Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XI.11.6.
K.5.

EXAMEN
BULLÆ PAPALIS,

QUA

P. INNOCENTIUS X.

Abrogare nititur Pacem Germaniæ:

INSTITUTUM

A

JOHANNE HOORNBEECK
S. Litterarum in Eccleſiâ, & Academiâ
Ultrajectinâ Doctore.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ULTRAJECTI,
Ex Officina Johannis à Waeſberge
Anno cIɔ Iɔ CLII.

Digitized by Google

INSTRUMENTUM PACIS OSNABRUGENSIS,

Anno MDCXLVIII. Art. V. §. I.

QVÆ vero de nonnullis in ea Articulis controverſis, hac Tranſactione communi partium placito ſtatuta ſunt, pro perpetua dictæ Pacis declaratione, tam in Iudiciis, quam alibi obſervanda habebuntur, donec per Dei gratiam de Religione ipſa convenerit, non attenta cujuſvis ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione, quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur.

Iterum, §. 17. *Vtriuſque Religionis Magiſtratus ſeverè & rigoroſè prohibeat, ne quiſquam publice privatimve concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Tranſactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc imprimis ſive declarationem ſive Tranſactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit, irritum eſto.*

Digitized by Google

Nobiliſſimo atque Ampliſſimo Reip.

ULTRAJECTINÆ

SENATVI:

Academiæ Noſtræ

CURATORIBUS

Magnificis, & inclytis.

QUin gratum vobis *Nobiliſſimi Viri*, acceptumque futurum ſit Pacis & Germaniæ, quod in Academia veſtrâ, vobis inſpectantibus, ſuſcepi patrocinium, adverſus antiquas Romani Pontificis machinationes, paci & Germanię ęque ſemper infeſti, dubitare me non ſinit cum acceptabile pacis nomen & argumentum, tum veſtrum pro eâ inter omnes conſervandâ ſtudium, & perennandâ etiam hac, quæ ut in ſe quidem optima ſingulari Dei munere nobis obtigit, ita felix ut ſit & ſancta, vos cumprimis annitimini. Revera quantum pridem terrori Belgæ fuimus bello, tantum pace nunc cum illis factâ, qui ſuam nobis debent, omnibus prodigio exiſtimus, & miraculum interpretantur ipſi, qui à nobis per convitium miracula identidem efflagitant, hoc ſe bellorum noſtrorum videre auctoramentum. Creviſſe Rempublicam noſtram fere antequam nata, ſcripſit ſagacis ingenii vir Bentivoglius, quum Papalis nuncius aſſiſteret Archiduci Alberto, & factis hinc inde induciis: ſed armis crevit, vel bello po-

Digitized by Google

tius, cui etiam dum maxime florebat vix arma aliquando ſuppeterent; jam eluctata ex malis ſuis, & ſeipſâ ſuperior, periodum attigit, quam, quo optimo poſt bella munere, coronavit Deus, magnâ pace. Quando populus Romanus, qui *prima adverſus exteros arma pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde pro ſociis*, ut hæc elegantiſſimi rerum Romanarum ſcriptoris Annæi Flori verba noſtra faciam, ſuperato Philippo Macedonum rege, cum ad Iſthmicum ſpectaculum tota Græcia conveniſſet, per Præconem recitari hæc verba juſſiſſet: *S. P. Q. R. omnes urbes quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt liberas atque immunes eſſe jubet*, & verba primum minus intellecta populo vel credita, perculſis vehementer, quod in talibus fieri conſuevit, maximo & inopinato gaudio omnium animis, iteraſſet Conſulis juſſu Præco, tantis inde populus cœlum clamoribus complevit, ut aves quæ ſupervolabant, attonitas paventeſque decidiſſe, ut revera compertum, Plutarchus ſcribat, qui in ejus etiam inquirit cauſas; & pro certo conſtare, Valerius Maximus; facile ut appareret, verba hæc Livii ſunt, „ nihil omnino, bonorum multitudini gratius, quam libertatem eſſe. Noverint hoc illo ævo Romani, iſta in terris ſola gens, quæ ſua impenſa, ac periculo bella geſſit pro libertate aliorum; & experta prædicarit in libertatis ſuæ auctoribus Romanis olim Græcia; hodie nulli ſunt, qui edocti primum ſuo periculo, tum victoriis, jam pace, ſciant iſta melius Belgis, quibus ita propria libertatis poſſeſſio, ut ab illis ſe ſuamque naturam ipſa melius noſſe, alii ex illorum exemplo eam demum æſtimare videantur. Sed nobis quidem illa eo carior, quo duplex, id eſt, tota obtigit. Nam quum vel animam noſtram,

ſtram, vel corpus, aut etiam utrumq e in ſervitutem agere homines ambitioſe affectent, nobis pridem utraque incubuit, quarum illam Papa, alteram Hiſpanus urgebat, & hęc illam ita intime complectebatur, ut ſimul utraque vel admittenda fuerit, vel repellenda, & hodie ab utraque liberi & immunes, hoc, poſt Deum, debemus Proceribus noſtris, quod pro aſſerendâ & reducendâ libertate arma corripientes, utrique illi bellum indixerint glorioſum & felix, hoc ſolo utriuſq; diſcrimine, quod cum Papa nunquam poſſint, quod cum Rege ipſis integrum fuit, eum, ubi viſum, in gratiam ſecum admittere & pacem. Nullum terris odioſum magis & intolerandum nomen, quam Papæ: cum quo nulla ſocietas, nulla communio inſtitui poteſt, quæ non vergat in contrahentis certam perniciem. Belgas quidem noſtros, à longinquo tempore adverſus Papalem Juriſdictionem & auctoritatem animatos, omnia banna & evocationes Paparum ſuis ditionibus arcuiſſe, conſtat, vel ex Diplomate Arnoldi Ducis, a. cIↃ cccc xxx11. **Wy beloven alle bannen ende ladinge upt onſe lande te keeren/ gelyck onſe Voorvaderen dat oock gedaen ende uytgekeert hebben.** Scimus, P. Gregorium x111. a. cIↃ IↃ lxxv11. Bullam adverſus Noſtros primum edidiſſe, & Cruciatam, uti ſolet dici, promulgaſſe, cum plenâ peccatorum indulgentiâ omnibus, ſub Johanne Auſtriaco, adverſus Belgas, militaturis, tum, & in articulo mortis concedendâ: quo pacto non ſolum ęternam beatitudinem pręmium iſtius militiæ temere conſtituit, ſed & metum Purgatorii ſuis omnem ademiſſe videtur. Et nemo dubitat, quin ut incæpti belli cauſa apud Hiſpanum prima, ita continuati tam diu cum

Digitized by Google

magno hujus detrimento & ignominiâ, multa ſemper ſteterit apud Papam, utpote qui ſatis ſciret, nihil ſibi niſi per Hiſpanica arma hic ſuperfuturum, & ſeu victoriis, ſeu pace ceſſantibus armis, excidere ſe haud exiguâ regni ſui portione. Unde mirati mecum ſubinde fuerunt nonnulli, quod qui pacem Germaniæ Papa abrogat, non ſimul quoque noſtram Belgicam Bullâ ſuâ aliquâ proſcribit, futili licet eâ & ridicula; ſed quum is Paparum mos, & Romanæ Curiæ conſuetudo ſit, eamque ſequatur contra Germanos, Imperatorem, Galliæ Regem, Suecos, quid cauſæ obſecro, quod non idem tentet adverſus Nos, & Regem Hiſpaniȩ? niſi forte, vel turpem Bullarum ſuarum apud Belgas vereatur ſucceſſum, vel neſcientibus nobis, hoc jam actum ſit, & Regi ſaltem Hiſpaniȩ conſtet, eiq; mentẽ ſuper hac re ſuam Papa jam diu, vel abſque Bullâ publicâ, ſignificaverit. Quippe quam cauſam ſe habere dixit Innocentius, irritam pronunciandi pacem Germ., eandem, & forte plures reperturus ſit, pari modo, apud nos, in Pace Belgica: quod ſe inconſulto inita illa ſit, per non habentes (quomodo in Bullâ loquitur, de pace Germ.) poteſtatem, in præjudicium bonorum, jurium, quȩ prætendit; in fâvorem hȩreſis & hȩreticorum, id eſt, doctrinæ Chriſti, & veræ Reformationis; omnia illa copioſius ipſi in Pace noſtrâ occurrent, quam Germanicâ: unde ergo, quod non illam æque exagitat, & Bullä ſuâ, quamvis ludicrâ, dignatur, ac hanc? Putatiſne aut Papam ignorare articulos pacis noſtræ, aut negligere ſua quæ putat, aut nobis æquiorem contigiſſe Innocentium? nequaquam ſane. Qui, quod ſcio haud ita pridem in Papali Conſiſt. ventilatum fuiſſe, quando agebatur de concordando Galliæ Regȩ cum Hiſpano, Noſtris

ſtris adeo invidebant, quod arbitri intercederent Summorum Regum, ut omni opera agendum duxerint, ut illa Noſtris tum hic, tum alibi gloria præripiatur, æquabili animo laturos credatis, ita nobiſcum egiſſe Philippum Regem, ut grato animo Reip. noſtræ libertatem, & αὐτοκρατορίαν agnoverit, & jus noſtrum ſupremum in Eccleſiaſticis, in Politicis, præciſâ Papæ per Pacis noſtræ fœdus in æternum omni de rebus Belgii cogitatione? bene quidem hæc omnia; ſed quod in Imperatore, quod in Germaniâ tam impotenter exagitavit Papa, an idem in Philippo, in Belgio probaturum eum arbitrabimur? niſi forte quid ſiniſtri, aut doli mali hic ſubſit, quodq; olim datũ Hiſpano conſilium, ne ſic palam ſe objiceret Belgís, ſed ſenſim per quietem, & pacis potius inſidias illos everſum iret, hoc vel in alterius gratiam, vel in ſuum quoq; commodũ nunc ſequatur Papa. Scripſit Thomas Campanella, ex ordine Dominicanorum Monachus, lib. *de Monarch. Hiſpaniæ, c.* XXVII. poſtquam dixiſſet, bellum Belgicum plus humani ſanguinis abſorpſiſſe, quam aquarum hic ſit, & plus auri conſumſiſſe, quam ſint lapides: *Hiſpan. plus detrimenti percipere ipſam, & contra Hollandis plus boni impertire, quod armis cum illis decertat, quamſi illos quietos relinqueret.* Et paulo poſt addit: *Ita ut vanum & abſurdum mihi videatur, Belgas, qui in exordio belli oppreſſi non ſunt, diutius domi ſuæ oppugnare, cum hoc illorum potentiam etiam augeat. Quare duo remedia adhuc ſuperſunt ad hanc rem, quorum prius eſt diviſionis ſemina inter illos ſpargere; poſterius, illos de finibus ſuis elicere.* Quod deſerendâ inter Belg. populum diſcordiâ, poſt Lipſium, dicit, uti eo quidem ſemper collimavit hoſtium induſtria, ita ut nunquam permittat Deus, iſtudq; hoſtibus gaudium faciat,

& quo

Digitized by Google

quo averruncato res noſtrę parvę immenſum adeo creverunt, ut porro avertat à nobis Deus, continuę prçces noſtræ ſunt, & curæ. Eòdemque, quod anno cIↃ IↃ cl I ſolenne per omnes Provincias noſtras, & Eccleſias, à Proceribus primum, inde à civibus ſubditiſque, unanimiter ac publice repetitum fœdus, arctiorque Unio, pro defendendâ unâ & regione, & religione, juxta antiquum noſtrum ſymbolum erecti ſuper Euangeliorum codicem trophçi ferentis pileum, facit; ad exemplum populi Iſraëlitici, qui exigente id temporum conditione, aliquoties ejuſmodi cum Deo, atque inter ſe fœdus celebrarunt, ſub Joſuâ, cap. XXIV. ſub Rege Aſa. II. Chron. XV. Joaſo. II. Reg. XI. Joſia. II. Reg. XXIII. & ſub duce Nehemiâ, cap. IX. & X. *Et in hoc omni facimus nos certum fœdus, quodque conſcribimus, cum obſignatione Principum noſtrorum, Levitarum noſtrorum, Sacerdotum noſtrorum.* II. Chronic, XV. 12. *Iniveruntque fœdus de requirendo Iehova Deo Majorum ſuorum, ex toto corde ſuo, & ex toto animo ſuo.* V. 15. *Lætabantur enim omnes Iudæi de iſto juramento: nam ex toto animo ſuo juraverant, & toto ſuo ſtudio eum quæſiverant, & reperiebatur ab eis, dabatque ipſis Iehova quietem circumquaque.* Ejuſmodi ſacrum & nationale fœdus, à ſeculo Reformationis, celebre Scoticum, quod in iſto Regno præſtit primum a. cIↃ IↃ lxxx Rex cum tota ſua familiâ, additâ manuum ſubſcriptione Confeſſioni fidei, inde ab omnibus Regni Ordinibus, a. cIↃ IↃ lxxxI. Iterum a. cIↃ IↃxc. & nuper a. cIↃ IↃc xxxvIII. ab omni populo acceptum & confirmatum. Sed & ante hæc, Reſpublica Genevenſis, auctore præcipue Calvino, cum Collegis Farello, & Coraldo, a. cIↃ IↃ xxxvII. d. xx Julii, palam præeunte publico Scriba,

ba, Senatus populuſque in Chriſtianam religionem, & diſciplinam aliquot capitibus comprehenſam, repudiato prius Papatu, juravit. Quæ omnia ſedulo & ſancte ubi ſequuti fuerimus, ſpem haud vanam faciunt, obtenturos nos à Deo omne genus benedictionum, Patriæ, & Eccleſiæ, Nobis, Poſteriſque. Hoc ut Deum calidiſſimis ſemper votis precamur, ita in veſtrâ quidem *Nobiliſſ. Viri* Republica, ſi quâ aliâ, tum Senatorum dignitate, tum curâ erga Eccleſiam, & politiam, & quod veſtræ Civitati proprium, ſuis ſumtibus ſuſtentare Academiam, quæ Urbis celebritatem univerſo orbi communicat, erga hanc ſedulitate conſpicuâ, nobis pollicemur, in quibus dum partem me facere aliquam ſingulari veſtrâ benevolentiâ voluiſtis, hoc quod nunc oblatum vobis eo, officiorum quoque noſtrorum erga iſtam veſtram Remp. capite, ſi placet, perpetuum hoſtimentum. Dabam Ultrajecti xx Februarii a. MDCLII.

Nobiliſſ. Amplitud. Veſtrarum obſervantiſſimus

Johannes Hoornbeeck.

PRÆFATIO.

LECTORI.

Conſtitueram initio, haud quaquam prolixâ συζητήσει examinare Bullam P. Innocentii, quâ irritam velit pacem Germaniæ: quocirca Diatribam Scholaſticam aggreſſus, meditabar duntaxat, quod in principio etiam dico, marginalia quaſi quadam ad Bullam Papæ adjicienda. Et hoc ne quis ſecius interpretetur, ejuſmodi in Scholis aliquando ad ventilandum à nobis proponi, ſciat, in eo nos habere exempla, quæ ſi non cum laude, abſque vitio ſaltem imitemur; ne plura dicam, noverit celeberrimum Gerhardum Iohan. Voſſium primò Diſputationibus in Collegio propoſuiſſe, quæ poſt plenius elaboravit, Hiſtoriam Pelagianiſmi; *& quod non diu ante obitum adornavit ſcriptum,* de Baptiſmo veterum. *Atque ita etiam dum præſens Bullæ Pontificiæ examen Scholaſticis Diſputationibus inſtituiſſem, tribus aut quatuor, reſpondente Reverendi Viri Paſtoris Medioburgenſis Filio Doctiſſimo Daniele de Swaaf, nunc Eccleſiæ apud VValachros, etiam magnæ ſpei Miniſtro, mox expertus ſum quam longe aliud ſe nobis hic offerret negotium, quam quod Scholaſticâ diſſertatione abſolvi poſſet. Ita quippe, extra quam putaram, opus ſub manibus crevit, & ſe alia poſt aliam materia obtruſit, ut de perficiendo libro cogitandum fuerit, id eſt amphoram inſtitueram, & currente rota exivit urceus. Hinc ἀδιόρθωτον ſcriptum, & nec cura nec tempore ita ſubactum, ut quidem ipſe velim. Pergendum autem fuit, quando ſemel inceptum, ut non æque facile eſt curſum ſiſtere, ac intra carcerem ſe cohibere; vel quomodo expanſis velis navis, ſoluta ſtatione, retineri non ita poteſt, quin ſeipſam etiam impellat. Iam argumenti ſuſcepti dignitas, & copia volentem quoq; propellebant, eo fortius, quo pro pace, & Germaniâ, & adverſus Papam, & ventoſas ejus Bullas dicere, uti haud adeo moleſtam mihi operam, ita nec fruſtra collocandam pollicebatur. Neque puto quempiam miraturum, quod Papam adorimur; ubi id magis mirandum foret, ſi à nemine*

mine

mine caſtigaretur. Meretur quippe ejus ambitio, ut ubi ſe adeo ſupra Reges & Imperatores non modo effert, ſed illorum quoque regimen turbat, & quantum in ſe eſt evertit, pacem & fœdera damnat, ſubditos adverſus Dominos incitat, aliter quam illis viſum omnia decernit, & agitat, denique tyrannum ſe oſtendit & uſurpatorem, tanta unius hominis & Papæ veſania comprimatur. Quid Principes, quorum hic propriè cauſa agitur, facturi ſint, tum pro ſe, tum populo, atque etiam pro pace ſua, quam inierunt mutuo, illis relinquo; noſtrum fuit, Papæ petulantiam reprehendere; illorum, quin omnium, iſtam coërcere, opprimere. Nos allatis Veterum ac recentiorum exemplis oſtendimus, quid adverſus Papas fieri oporteat, & docemus, quam juſte, quamque facile Principes unum hominem compeſcendo, ſe & ſuam dignitatem vindicare, publicam rem ſtabilire, fœdera ſervare, populum ab aliena tyrannide liberare, (ut verbo dicam) orbem orbi reddere cum maximâ nominis ſui gloria & celebritate poſſint, abſque quo neque aliis unquam, neque ipſis bene erit, neque vel tutum aliquid haberi poterit, ſanctumve. Exemplum cape ex præſenti Bullâ P. Innocentii X. Fecerant poſt infeſtum & diuturnum Germaniæ bellum, ac tantum non excidium, Principes pacem, qui non alio remedio ſuccurri tanto malo poſſe, quam ſola pace, arbitrabantur. Pax concluſa, ſed poſt multa & magna tandem molimina, & ſupremâ neceſſitate æque ac ſtudio ſuo adacti Principes, in eam ierunt. Solus Papa, quod omnes magna cum gratulatione accipiunt, improbat & damnat, & ſolvi, non obſtante omni juramento & firmitate, jubet, & quod magis eſt, factam à non habentibus poteſtatem, ex Vaticano ſuo inclamat; quo neſcio quid magis intolerandum Imperatori, Regibus, & Principibus dici & jactari poſſit. Iſtorum nomina, & poteſtatem, & fœdera ſubjacere arbitrio alieno, & Papæ? hem, quò abeunt Principum res, ſi ex nutu illius aut interpretandæ ſint, aut ſuſpendendæ? ejuſce, qui uti nullos ſupra ſe agnoſcit Principes, (quâ pœnâ & ignominiâ propter ignaviam hic ſuam caſtigari Principes æquum eſt) ita nec ulla Numinis ſupremi tenetur reverentiâ, quando juramento omnes ſic ſolvit, ut neque Principibus, neque Deo, modo juxta ſuum placitum, fidem teneantur amplius ſervare, aut fœdus.

Notario publico teſtibuſque conſignatam: tum Reſcriptum adverſus execrabilem Antichriſti Bullam, *in quo hoc ſacete dictum tranſire non poſſum, ubi ait: Vulgo dicitur,* Aſinum ideo male cantare, quia altius orditur. Et iſta quoque Bulla felicius ceciniſſet, ſi non blaſphemum os ſuum in cœlum poſuiſſet, impudenti pluſquam diabolicâ impietate, veritatem etiam conteſtam & probatam damnatura. *In fine verò concludit:* Et ſicut ipſi me excommunicant pro ſacrilega hæreſi ſuâ: ita ego rurſus eos excommunico, pro ſancta veritate Dei. Chriſtus Judex fuerit, utra excommunicatio apud eum valeat. Amen. *Ita Bullam Papæ excipere oportuit, & retundere ejus Auctorẽ. Deniq;* Aſſertionem *ſcripſit,* omnium articulorum per Bullam Leonis X. noviſſimam damnatorum. *ubi articulos doctrinæ ſuæ in Papæ Bullâ condemnatos defendit, & Scripturâ ac rationibus iterum confirmat. Præter ipſum, Vlrichus Huttenus, Eques, eandem Bullam, additis variis annotationibus, ceu obeliſcis, egregie perſtrinxerat. Quæ omnia extant operum Lutheri Tom. II. Latin. Idem in Luthero ardor fecit, ut Pontificum libros decretales, & Ius Canonicum, ubi reſciverat libros ſuos à Pontificiis combuſtos eſſe, publicè VVittembergæ anno cIↄ Iↄ xx. d. x. Decemb. flammis traderet, hac additâ execratione:* quia tu conturbaſti ſanctum Domini, ideoque te conturbet ignis æternus. *Ne jam dicam, quæ Idem aliis variorum Epiſcoporum adverſus ſe Diplomatibus, & Bullulis, ut ſic loquar, oppoſuit, Epiſcopi Miſnenſis, anno xx. d. xxIV. Ianuar. Mauritii, VVarmienſis, anno xxIV. d. xx. Ianuar. tum Brevi P. Adriani VI. anno cIↄ Iↄ xxIII. Denique Bullæ P. Pauli III. indictionis Concilii Tridentini, anno cIↄ Iↄ xlv. Neque omittendus mihi hoc loco Huldricus Zuinglius, qui quo tempore Norimbergæ, in Comitiis, anno cIↄ Iↄ xxII. P. Adrianus VI. per Legatum ſuum Franciſcum Cheregatum curaſſet proponi ad deliberationem capita aliquot, quorum ſumma huc redibat, ut Lutheri nomen, ſive Papatus reformatio per Germaniam extingueretur, ſcripſit hac occaſione* Suggeſtionem ad Principes Germaniæ, *quæ exſtat Operum ejus Tom. I. cui in fronte hoc præmiſit:* Me legat, quiſquis defenſam velit & Chriſtianam religionem & Germaniæ vin-

dicatam. *Quo præconio ne quis offendatur, ſciat abſque nomine Auctoris ſcriptum illud primò prodiiſſe. Adeo ſui quoque officii exiſtimavit eſſe, videre ne quid per neglectum ſuum res & religionis, & Germaniæ detrimenti caperet. Neque poſſum quin exinde hoc ſaltem hic exhibeam legendum de Pontificibus quod dicit, & valde ad rem quoque præſentem noſtram notandum eſt* : Inveni eos nihil minus proximis fere triginta annis quam Principum concordiam ferre potuiſſe, iis enim ſeſe mutuo conterentibus Roma tacite, ſed ampliter ſuis delictis fruitur. *Legati Leonis X. anno* cIↃ IↃ xIx. *coram Imp. Maximiliano orationem dixere, pro colligendis decimis: huic, contrà ne Principes in Decimas illas conſentirent, aliâ oratione reſponſum ab Vdalricho Hutteno, Viro nobili, & Reformatorum ſuo tempore omnium & ſingulari patrono: cujus multa cum, & pro Luthero, vide Oper. Lutheri Tom.* I I. *Illa utraque oratio exſtat in* Faſciculo rerum expetendarum. *Bilibaldus Pirckheimerus anno* cIↃ IↃ xx I I. *ad P. Adrianum litteras ipſe dedit, conquerentes de artibus & facinoribus Dominicanorum, irritatus uti videtur, eorundem machinationibus contra bonum Virum Ioh. Capnionem, quibus cauſam & occaſionem attribuit Lutheraniſmi: epiſtolæ ejus pars aliqua legitur apud Goldaſtum*, Politic. Imperial. part. xxIv. *Quando anno* cIↃ IↃ lxxxv. *P. Sixtus V. adverſus Henricum Regem Navarræ, & Henricum Borbonium, Principem Condæum, Declarationem edidiſſet, quâ primum illos tanquam hæreticos notorios ex communione Chriſtianorũ ejiciebat; tum dignitatibus & imperiis omnibus, ac præſertim ſpe ſucceſſionis regni Galliæ abdicabat: porro ut eorum clientes ac vaſalli fidelitatis juramento, quo illis obſtricti erant, ſolverentur; poſtremo ut a Rege Galliæ vi, ferro, armis oppugnarentur, edicebat, Franciſcus Hottomannus I. C. Principum nomine, oppoſuit proteſtationem & declarationem multiplicis nullitatis, ſcripto ad eam rem doctiſſimo & acri libro,* Brutum fulmen P. Sixti V. *atque alter qui ſe vocat* un Catholique, Apoſtolique Romain, *Gallice ejuſdem argumenti ſcriptum, pro Principibus dedit* : Moyens d' abus, entrepriſes & nullitez du reſcrit & Bulle du Pape Sixte V. *Deinde quum anno* cIↃ IↃ xc I. *Gregorius XIV. Bullas monitoriales in Galliam miſiſſet,*

ſiſſet, adverſus Regem Henricum IV., cum gravibus interdicti in Regem & Regnum minis, iis oppoſuit Vir quidam doctus, Pium Conſilium ſuper Papæ Monitorialibus, *quod Gallice primo conſcriptum Tuſſanus Berchetus Lingonenſis mox Latinitate donavit. Pridem in causâ Bavaricâ, & transferendi in eam domum Electoratus, ubi Michaël Lonigus, præfectus Palatii Vaticani,* Conſilium *dabat Gregorio XV. & ex hoc* Aphoriſmos *pro Eccleſia Romana ſtatu reſtaurando in Germaniâ, præſertim per tranſlationem & confirmationem Papalem Electoralis dignitatis, collegerant Cardinales, Pontifici itidem tradendos; ad utrumque Notas &* Cenſuram *ſcripſit a.* CIↃ IↃ C XXIII. *Gerardus Ioh. Voſſius. Ad Bullam Iubilæi ab Vrbano VIII. a.* CIↃ IↃ CXLI. *promulgati, diatribem edidit venerandus Collega noſter D. Voetius. Quæ ante nos exempla, multum confirmarunt animi noſtri propoſitum in oppugnando liberè Papâ, ejuſque Bullâ, quum videremus illud hujuſmodi Bullarum fatum eſſe, ut ſcripto adverſario excuti & confutari ſoleant, ſi confutari id dicendum ſit, quod ſolum detegere ſatis eſt. Hiſtoriis hic præcipuè incubui, ut ex illis hodierna facta factis redarguerem. Lutherum obſervo, nuſquam plus hiſtoriarum in ſuis diſputationibus attuliſſe, quam quando occaſione tum Brevium P. Pauli III. tum Bullæ indictionis Concilii Tridentini, a.* CIↃ IↃ XLV *ſcripſit,* adverſus Papatum Romæ à Sathana fundatum: *qui liber valde doctus habetur Operum ejus latin. Tom.* VII. *Parum quippe ſupereſt quod ex jure cum Papis diſputemus, vel quod apud ipſos quid valeat, ita extra juris omnem orbitam ſe ponentibus, ſed & extra factorum etiam, pari protervià, regulam. Neque ſane tam illorum cauſa eſt quod verbum facimus, adverſus omnia diu obſirmatorum, quam aliorum, & noſtri ipſius, ne defuiſſe hac in parte officio videremur. Neminem ergo offendent crebræ hic adductæ allegationes & hiſtoriæ, uti nec quod paſſim proprio ſermone, ubi nempe facilis eſt & hodie obvius, non latine loquentes facio, quod & propter jam datam cauſam, & propter operis (in tantâ otii jam mihi eſt penuria) facilitatem, procul oſtentatione, vel ſi quod aliud ſiniſtrum mihi per injuriam hic quis impingat, factum teſtor: omitto quod & rerum aliquando momentum, & proprii ſermonis quo quodque ſcribi*

tur gratia idem facile excuſent. Iam ſi quis futurus ſit, ut hoc poſtremo moneam, qui noſtris offenſus, Papam forte defendendum putaverit, age procedat, at videat ſi poſſit ut in ſcribendo imitetur modeſtiam illius, quem fere ſolum à Noſtris hoc nomine laudatum ſcio, dum immani alioquin rabie ſolent in nos irruere Scriptores Pontificii, Valentinum Comparem, Vranienſem, cui cùm Zuinglio diſputatio fuit, & hoc ab eo in ipſâ diſputatione datur elogium : tibi ingenue tribuo, quod nullum ad huc alium mihi videre licuerit, cujus ſcripta tantis curis & tanta cum diligentia ſine omni cavillandi & convitiandi libidine ad veritatis inveſtigationem penetrent, quanta tu uti ſoles. *Hoc quanto rarius in Pontificiis, eo magis commendari & proponi aliis in exemplum debet : non quod aliorum contumeliis moveamur, aut lædamur, vel eas multum metuamus, ſed quod omni ratione Adverſarium emendare ſatagimus, ſi non in opinione veritatis, ad virtutem ſaltem hanc, quæ quò à Scriptis Theologidis, magno cum nominis noſtri opprobrio, eriſticis puta, exulat longius, eo majori cum conatu reducere laboramus, & ſacræ ſuæ ſedi poſtliminio quaſi vindicare. Quem in finem valde arriſit illud Valentini Comparis, à Zuinglio ejus adverſario, in perpetuam ejus gloriam, ſcriptis proditum, & hoc mihi loco dicendum; quam longe ſupra illud, quod in Stephano Gardinero, Vintonienſi olim in Angliâ Epiſcopo, obſervavit Martinus Bucerus! illum inter diſputandum ita excandeſcere ſolitum, ut vena quædam manus inter pollicem & digitum ſic intumeſceret, & celeri ac perſpicuo motu palpitaret, ut illum conſpicientes, ad pugnam quam diſputationem dicerent paratiorem. Et hujus ſcimus plura ubique exempla conſimilia, non itiem illius: quantum vero alter altero præſtet, ſitque commendabilior, Chriſtianus nemo ignorare poteſt, nec etiam Pontificius quamvis aliquis debet.*

* * *

DISPU-

Sanctiſsimi Domini N. D.

INNOCENTII

Divina Providentia Papæ X.

Declaratio nullitatis Articulorum Nuperæ Pacis Germaniæ:

Religioni Catholicæ, Sedi Apoſtolicæ, Eccleſiis, aliiſque Locis Piis, ac Perſonis, & Juribus Eccleſiaſticis quomodolibet præjudicialium.

Iuxta Exemplar ROMÆ impreſſum.

Ex Typographia Reverendiſs. Cameræ Apoſtolicæ.

Anno reparatæ ſalutis à partu Virginis 1651.

Digitized by Google

INNOCENTIUS
PAPA DECIMUS.

Ad Perpetuam rei Memoriam.

ZELO Domus Dei animum noſtrum aſſidue commovente, in eam præcipue curam ſedulo incumbimus,ut Orthodoxæ Fidei integritas, ac Eccleſiæ Catholicæ dignitas & auctoritas ubique ſarta tecta conſervetur, neve eorum,qui quærunt ſua potius, quam quæ Dei ſunt, ſacta jura Eccleſiaſtica,quorum Aſſertos à Domino conſtituti ſumus, aliquod detrimentum accipiant, Noſq; ſupremo Iudici rationem villicationis noſtræ redditurì, negligentitiæ in credita Nobis Adminiſtratione arguamur,ſane cum intimo doloris ſenſu accepimus, quod per plures annos Oſnabrugis die 6. Auguſti A. 1648.inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Ferdinandum* Romanorum Regem & Imperatorē Electum cum ſuis Fœderatis, & Adhęrentibus ex una,ac Suecos cum eorum itidem Fœderatis & Adhærentibus ex altera,nec non alterius Pacis Monaſterii Weſtphal.die 24. Octobris ejuſdem A.48. inter eundem *Ferdinandum* Romanorum Regem & Imperatorem Electum cum ſuis pariter Fœderatis & Adhærentibus ex una, atque chariſſimum etiam in Chriſto filium noſtrum *Ludovicum* Francorum Regem Chriſtianiſſimum cum ſuis ſimiliter fœderatis ex altera partibus reſpective initarum Articulos graviſſima Religioni Catholicæ, divino cultui, Sedi Apoſtolicę & Romanę ac inferioribus Eccleſiis, Ordiniq; Eccleſiaſtico,ac Iuriſdictionibus, Auctoritatibus, Immunitatibus, Libertatibus, Exemptionibus, Privilegiis, Pactis, Turnis,ac Iuribus illorum illata fuerunt præjudicia.Etenim pactionibus partim utriuſque, partim alterius pacis hujuſmodi inter alia bona Eccleſiaſtica, aliaque ab Hæreticis occupata, illis,

Digitized by Google

eorumque Succeſſoribus in perpetuum addicuntur; Hæreticis Auguſtanæ, ut vocant, confeſſionis, liberum ſuæ hęreſeos Exercitium in pleriſque locis permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis aſſignatio permittitur, ipſique cum Catholicis ad publica Munia, & Officia, ac ad nonnullos Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, aliaſque Dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica, Precumque primariarum eidem *Ferdinando* in Imperatorem electo à præfata Sede Apoſtolica conceſſarum participationem admittuntur; Annatæ, Iura Pallii, Confirmationis, Mēſes Papales, & hujuſmodi Iura, ac Reſervationes in bonis Eccleſiaſticis dictæ Confeſſionis Auguſtanæ excluduntur; Confirmationes Electionum, ſeu Poſtulationum prætenſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aut Prælatorum, ejuſdem Confeſſionis, poteſtati Sæculari attribuuntur; plures ArchiEpiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, Præpoſituræ, Balliviæ, Commendæ, canonicatus, & alia Beneficia, & Bona Eccleſiaſtica Principibus Hęreticis, eorumq; Hęredibus, etiam ſublata denominatione Eccleſiaſtica, in Feudum perpetuū ſub Dignitatis Sęcularis titulo conceduntur; Contra pacē hujuſmodi, ullumve ejus articulum, nulla jura Canonica, vel Civilia, communia, Specialia Cōciliorū Decreta, Religioſorum Ordinum Regulas, Iuramenta, aut Concordata cum Roman. Pontificibus, ullave alia Statuta ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica; Decreta, Diſpēſationes, Abſolutiones, aut alias Exceptiones allegari, audiri vel admitti debere diſponitur; Numerus Septē Electorū Imperii olim Apoſtolica authoritate pręfinitus ſine noſtro, & ſedis præfatæ beneplacito augetur, & octavus Electoratus in favorem *Caroli Ludovici* Comitis Palatin. Rheni Hæretici inſtituitur, aliaq; multa, quæ pudet referre, orthodoxæ Religioni, Sedique præfatæ, ac Romanę, & inferioribus Eccleſiis, cæteriſque præmiſſis ſummopere præjudicialia, & damnoſa decernuntur. Et quamvis Venerabilis Frater Epiſcopus Neritonenſis noſter, & Sedis præfatæ ad Tractum Rheni, & inferiores Germaniæ partes Nuncius extraordinarius in executionem mandatorum noſtrorum, fuerit palam noſtro, & ejuſdem Sedis Apoſtolicæ nomine proteſtatus, ejuſmodi articulos eſſe irritos, nullos, iniquos, ac per nō habentes poteſtatem

tem temere contractos,atq; pro talibus ab omnibus habendos; ac notiſſimi juris ſit, quamcumq; tranſactionem,ſeu pactionem in rebus Eccleſiaſticis ſine præfatę Sedis Authoritate factā,nullam, nulliuſque roboris & momenti exiſtere,attamen quo efficacius præmiſſorum indemnitati conſultum ſit , pro commiſſi Nobis ex alto Paſtoralis Officii debito providere volentes , ac Inſtrumentorum utriuſq; Pacis hujuſmodi, omniumque in illis contentorum , cæterorumque hic etiam neceſſario exprimendorum, & inſerendorum tenores etiam veriores, & datas ac ſi de verbo ad verbum inſererentur , præſentibus pro plene , & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes , allata proprie ac ex certa ſcientia,& matura deliberatione noſtris,deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , prædictos alterius,ſeu utriuſque Pacis hujuſmodi articulos , cæteraque in dictis inſtrumentis contenta,quæ Catholicæ Religioni,Divino cultui,animarum ſaluti, eidem Sedi Apoſtolicæ, Romanæ, & inferioribus Eccleſiis , ac Ordini, & Statui Eccleſiaſtico, illorumque perſonis, membris , rebus, bonis, Iuriſdictionibus, authoritatibus, immunitatibus, Libertatibus, Privilegiis,prerogativis,& Iuribus quibuſcunque quomodolibet officiunt, ſeu prejudicium etiam minimum afferant,aut inferre, ſeu intuliſſe, & alias nocere, aut nocuiſſe quoquomodo dici, intelligi, prætendi, vel cauſari poſſent,cum omnibus inde ſecutis, & quomodocunque ſequendis , ipſo jure nulla, irrita,invalida, iniqua,injuſta, damnata,reprobata,inania, viribuſque, & effectu vana omnino fuiſſe, eſſe, & in perpetuo fore,neminemque ad illorum, & cujuſlibet eorum,etiamſi juramento vallata ſint , obſervantiam teneri , neque ex illis cuiquam aliquod jus,vel actionem,aut titulum coloratum,vel cauſam præſcribendi,etiam ſi longiſſimi, & immemorabilis tēporis poſſeſſio,ſeu quaſi poſſeſſio etiam citra ullam interpellationem, ſeu interruptionem ſubſequatur,acquiſitum fuiſſe,nec eſſe,minuſve ullo tempore acquiri, & competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, atque perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, pro non exſtantibus, & non factis perpetuo haberi debere,tenore earundem preſentium, decernimus,vel declaramus, & nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus

ritate ſemper & ubique judicari & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Cõſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis tam generalibus quam ſpecialibus etiam in Comitiis univerſalibus editis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſt. regula de non tollendo jure quæſito, & Conſtitutione fel. record. *Pii* Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri de gratiis qualecunque intereſſe Cameræ Apoſt. concernentibus infra certum tunc expreſſum tempus in eadem Camera præſentandis, & regiſtrandis, ita ut præſentes nullo unquam tempore in eadem Camera præſentari ſeu regiſtrari neceſſe ſit; legibus quoque Imperialibus & municipalibus, nec non quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, uſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoq;, indultis, Conceſſionibus, & litteris Apoſtolicis quibuſcunque locis, & perſonis, etiam Imperiali, Regali, & alia quavis ſive Eccleſiaſtica, ſive mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Cõſiſtorialiter ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiã irritantibus, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent pręſentibus hoc plene & ſufficienter expreſſis, & inſertis, formamque in illis traditam pro ſervata habentes, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem

dem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique locorum & gentium in Iudiciis, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctam *Mariam* majorem ſub annulo Piſcatoris die 26. Novembr. & ſolenniter ibidem publicatum 3. Ianuar. Anno M. DC. LI. Pontificatus Noſtri octavo.

M. A. Maraldus.

F I N I S.

Digitized by Google

DISPVTATIO THEOLOGICA,

A D

BULLAM P. INNOCENTII. X.

Abrogantis pacem Germaniæ.

I. QVum non abſque ſingulari divinæ providentiæ virgulâ factum exiſtimem, quod Papæ *Innocentii* X. Bulla, qua pacem Germaniæ, ante annos aliquot Monaſterii, & Oſnabrugis, poſt diuturna molimina & difficultates graviſſimas, non cum Germaniæ ſolius, ſed univerſi orbis Europæi applauſu, ictam tandem, & à partibus, quorum intererat, utrimque magno animorum conſenſu confirmatam, ille ſolus improbat, facit irritam, damnat, (uti Romę illa prodiit ex Typographiâ Cameræ, ſicut vocant, Apoſtolicæ, hoc anno cIɔ Iɔ CLI.) ipſumque Exemplar Romæ impreſſum, ad me miſſum ſit, ad quod porro, qua Latinè, qua Belgicè recuſa hic exemplaria fuerunt: ego non committendum duxi, quo minus adderem ei annotationes, & quaſi marginalia; vel ideo, quia pro ſtylo & conſuetudine iſtius, unde hæc prodiit, Curiæ, cum *Gloſſis* eorum Decreta legi ſolent. Simul videbunt Germani, orbiſque adeo univerſus, Quis, & quod hominum genus Paci ſemper inimicum haberi debeat, & quam antea profligarunt, incitatis ad opprimendum, perſequendum, belligerandumq; Principum ac Chriſtianorum animis, eandem nunc inviſam Romano Marti, ut ruptam iterum & exploſam cupiant.

II. Neque hoc mirum videri cuipiam debet, vel piaculum Roma habere, quod ejus Edicta alius oppugnat, & Papæ obloqui, ex Eccleſiæ Miniſtris, quamvis nulla Epiſcopali *majoritate* inſignis, aliquis audeat: quum quando melior Roma Epi-

ſcopos Martyres potius, quam Papas habebat, bene tulit ut Cornelium, ut Stephanum ſuos, fratres Collegaſq; Cyprianus appellaret, neque ſuperiores illos ſe multum agnoſceret. quo magis jam abſque ulla venię prętatione alloquendus Romanus epiſcopus, ſuæ, & plurimarum Eccleſiarum unica pernicies, & prędo *maximus*, nec frater, neque Pater ultra dicendus, ubi extra diſtrictum ſuum, rebus ſe immiſcet aliis, & politicis, quaſi ſupra eccleſiam, & politiam omnem conſtitutus, atque dum pro innocentiâ Chriſti, aut Petri piſcatoris humilitate, non deberet ἀλλοτριεπισκοπεῖν, non μάχεσθαι pacem, quam alii multo ſanguine redemerunt, in filiis ſc. ſuis ſolus diris omnibus divexat & execratur. Quæ quia minimè ferenda eſt in Eccleſiaſtico, in Epiſcopo, ut ſe putat, in Innocentio, in Petri ſc. ſucceſſore, aut Chriſti Vicario arrogantia atque improbitas, ob omnium oculos ponenda, & caſtiganda pro merito videtur.

III. *Sanctiſſimi Domini N. D. Innocentii, Divina Providentia Papa* X.) Si vocis *Papa* aut etymologiam, aut uſum antiquum conſideres, *Patrem* ſignificat; & cum vel proprium, *naturalem*, ex vocis origine; vel uſu Eccleſiaſtico, per metaphoram, *epiſcopum*, quaſi patrem ſpiritualem, communis olim denominatio hæc fuit, non epiſcopo Romano, uti hodie, appropriata. Nonnulla in hanc rem dixi alias, *de Theologia Patrum*, in initio. Papa πάπας, aut πάππας, unde παππάζειν: à Syriaco, אבא *abba*, Hebraicè אב *ab* Pater, unde *avus*: b. & v. litteræ unius organi inter ſe commutantur. Apud Callimachum, Diana:

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν.

Da mihi virginitatem perpetuam, Pater, cuſtodire.

Πάππα, τέττα, & ἄππα apud Suidam. Illud πρὸς πατέρα σεπτικὴ φωνή: *vox venerationis ad Patrem.* Hinc παππασμός. Homeri Interpres in Odyſſ. ζ. πάππα φίλ' &c. πάπα, προσφώνησις φιλοφρονητικὴ νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον. Idem Ραψ. ε. παππάζουσι. πάππα φωνοῦσι, πατέρα καλοῦσιν. *Pappos, aviaſque trementes*, apud Auſonium. Ineptum eſt, *Papam*, vi vocis, quaſi ſcil. ἀναδιπλασμὸς *Pa Pa*, putare quod ſignificet Patrem Patrum: quod Gloſſa, in procemio

Cle-

Clement. & Remigius Antiſiodorenſis, de *Celebrat. Miſſa*, & Hoſius, in confeſſ. fidei, aliique tenent. Etiam *mamma* dixerunt Veteres. *Mammas atq; Tatas habet Afra*, Martialis, *lib.* I Alii nomen Papæ à Veteri ſcriptione derivât quaſi *P. P.* vel *Pa. Pa.* imperitia hinc unam voculam fecerit. Videſis Coraſium *Miſcell. Juris lib.* v. *c.* xv. Chriſtoph. Landinus, ad Dantis Aligeri Comœdiam, *de Inferno*, cant. VII. ubi Pluto exclamat:

Pape Satan, pape Satan aleppe,

Papè eſt interjectio admirantis, cioè è voce che dimoſtra maravigliarſi, onde il ſommo Pontefice, come coſa maraviglioſiſſima tra Chriſtiani è chiamato Papa. Exiſtimat, Papam propter admirationem ita dici, ut rem maximè admirandam, quemadmodum papæ interjectio eſt admirantis. Si non ad etymologiam, ad rem ſaltem verè ſatis. Scio quidem Epiſcopis aliquando datum olim elogium, quo ſupra alios agnoſcebantur, Patris Patrum; ſed non Hormiſdæ hoc ſolum, quem Baronius iſto adducit, in Martyrologio, *ad diem Januarii* x. verum etiam Alexandrinus ita appellatus fuit, *πατὴρ πατέρων*. Commune primis ſeculis nomen fuiſſe Epiſcoporum, ex epiſtolis Cypriani, Gregorii Thaumaturgi, Hieronymi, Auguſtini, Proſperi, Sidonii, aliorumque, notius eſt, quam ut dici debeat. *Cypriano Papæ, preſbyteri & Diaconi Romæ conſiſtentes* ſcribunt: quę epiſtola apud Cyprianum eſt *lib.* VII. Sed hic certò ſcio neminem à ſplendido riſu ſe temperaturum, qui, ubi epiſtola illa citatur in jure Pontificio I *Diſt. L. c. abſit.* Gloſſam viderit torquentem ſe, ut Cyprianum aliquem in Catalogo Romanorum Pontificum reperiat, quaſi nemo aliter Papa dicatur, ubi tamē & hic, & *c. De eo*, eadem diſtinct. videt Papam dici Cyprianū, & hanc tadem criſin ſuam interponit: *ſed forte hic & ibi mendoſa eſt littera.* Lepidum caput, & gnaviter in ſcriptis veterum, vel Cypriani verſatum ſc. Gregorio VII. a. clↄ lxxIII: in Concilio Romano adſcribunt Papales, quod adverſus ſciſmaticos ſtatuerit, Papæ nomen non ultra commune eſſe aliis, ſed ſolius Romani proprium. Digna ſane res, quæ non ab alio inſtitueretur, quam ab homine, quem ipſi Romanenſes

Digitized by Google

pro monſtro & Dæmone verius, quam Epiſcopo habent, cui dixerint, uti apud Ottonem Friſingenſem eſt, in initio librorum ejus de geſtis Frederici I. Ænobarbi: *ſicut hactenus ſolebas dicere, quod nullus noſtrum eſſet epiſcopus, ita ſcias quod nulli noſtrum deinceps eris apoſtolicus*. Neque in iſto homine præcipitantiam admiramur, qui nõ alia arte ad ſedem pervenerat, quin eâ horâ, qua prædeceſſor ejus Alexander defunctus erat, ſeipſum, ſine aſſenſu cleri & populi, ut author eſt Benno, Cardinalium archipreſbyter, in ejus vita, inthronizavit, & perquam facete Abbati Caſſinenſi advenienti inquiens: *frater nimium tardaſti*: hoc reſponſum ab illo audiit: *Et tu Hildebrande nimium feſtinaſti*. Ab iſto, & in Romano aliquo Conciliabulo, conſtitutum teneant reliqui Romani Epiſcopi, ut Papę, ſcilicet ad denotandum, in cujus nomine veniant, appellẽtur. Plane quemadmodum nomen tyranni, primum in bonam partem ſumtum, in communi Regem denotavit, εἷς τύραννος ἔστω; poſtea vero injuſtis atque improbis Regibus ita proprium manſit, ut eo Regem denominare aliquem peſſime nunc audiat. Sunt qui à Gregorio III. qui Syrus erat, & a. DCCXXIX ſedit, quippe Syri Abba Patrẽ dicunt, ſed temerè, derivant. Neq; quod putant, hoc tamẽ pacto Romani obtinuerunt: nam & Græci Patriarchæ hodie etiã ſe Papas ſcribũt. Patriarcha Alexandr. Ioachim, in litteris a. cIↄ Iↄ LXI. Alberto Comiti à Lewenſtein datis apud Chytræum, *de ſtatu eccleſiarum, in Græcia*; Ὁμολογῶ ἐγὼ, Ἰωακεὶμ Πάπας καὶ πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας, καὶ κριτὴς τῆς οἰκουμένης: *Teſtor ego Ioachim, Papa & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, & Iudex orbis* &c. & in ſubſcriptione, Ἰωακεὶμ ἐλέῳ θεοῦ πάπας καὶ πατριάρχης μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας. *Iudex orbis*, ab ipſo Romano etiam audit, ob litem, ejus delatam arbitrio feliciter aliquando compoſitam. Quæ noſtri ad Bellarminum *lib.* II. *de Romano Pontif. cap.* XXXI. ſuper illa Papæ appellatione, diſputarunt, prætereo.

IV. *Sanctiſſimi Domini N.*) Hoc, ſi quippiam, eſt contra pręceptum Domini iſtud, Matth. XXIII. 8. *Vos autem ne appellemini Rabbi*: nempe ejuſmodi ne quis inſignatur titulis vult, qui faſtum, qui ambitionem ſpirant & ſupra alios arrogantiam;

Chri-

Chriſti diſcipulis tantopere prohibitam, quique quod nulli hominum adſcribendum, comprehendunt. Chriſtus Patrem allocuturus, ait: *Sancte Pater*, Ioann. XVII. 11. cujus Vicarius ſcilicet non niſi ſanctiſſimus dici, & ſalutari amat.

V. *Innocentii* X.) Hic antea dictus Pamphilius. quem mutandi nominis uſum à Sergio II. derivant plurimi, qui cum prius *Os porci* appellaretur, ob deformitatem nominis mutare vocabulum coactus, ſe Sergium appellari fecit, a. DCCCXLIX. *& inde mutandorum nominũ conſuetudo ſumta eſt*, inquit Stella: refert & Platina, qui addit, ab omnibus id non fuiſſe obſervatum. Onuphrius autem, primum qui nomen ſuũ, cum adepto Pontificatu mutarit, cenſet fuiſſe, non forte Sergium iſtum, ſed Ioannem XII. illo, ſeculo integro poſteriorem. Noſtras Adrianus P. nomen ſuum retinuit, non mutavit cum accepto Papatu. Pamphiliorum familiam ad dignitates eccleſiaſticas primus evexit Innocentius VIII. Genuenſis, ex familiâ Cibonum, τῶν κύβων; Græcæ ſiquidem proſapiæ erant, atque à cubis in inſigni poſitis, græco nomine originis ſuæ monumentum ſervare voluerunt. Hinc & hodie Cardinalis Cibo intimæ admiſſionis apud Papam eſt. Innocentius X. Romanus natione, Neapoli Nuncius, atque epiſcopus antea fuit, ubi cum totâ ſuâ familiâ, & fratre, ejuſque uxore, aliquamdiu degit: ante Papatum, quem accepit a. CIƆ IƆ CXLIV. appellatus Iohannes Baptiſta Pamphilius. Quid vero eum ad Pontificatum evexerit, incertum, niſi forte aliorum diſſenſiones, & Gallorum, Hiſpanorumque obverſæ ſibi invicem factiones dum in alium convenire nequeunt, hujus illud faverit fortunæ. Et vos quid tandem meritorum in me comperiſtis, quem Chriſtianæ Reip. principem conſtitueretis? reſpondebat Cardinalibus, frementibus quod indigno homini, Simię appellato, quia in familia ſimiæ curam geſſiſſet, galerum ſuum tradidiſſet Pontifex factus Iulius III. refert Thuanus, *lib.* VI. Quum in locum Clementis ſurrogaretur Paulus V. valde pro Bellarmino in conclavi clamitabat Baronius: *faciamus Bellarminum Papam, is ſanctus eſt.* Sanctimoniâ commendatum Innocentium fuiſſe, ut eli-

eligeretur, non dicet ejus Olimpia, neque Cardinalis Palotta. Scilicet, ut ſui nominis Innocentium VIII. haud male referat, de quo iſtud Epigramma.

Quid quæris teſtes, ſit mas, an fœmina Cibo
Reſpice natorum pignora certa gregem.

Tanti quippe eſt, ne in oblivionem abeant famoſa iſta Prędeceſſorum exempla, Pauli III. ſuæque Lauræ; Ioannis XXIII. Benedicti XII. Clementis V. Ioannis XI. & ſuæ Theodoræ: Sergii III. cum ſuâ Maroziâ: ne Sixtum IV. aut Alexandrum VI. alioſque iſtius commatis memorem. De qualibus Bellarminus ipſe ingenuè, in Præfat. ad libros, de Romano Pontifice, ait, permiſiſſe Deum, *Vt etiam quidam parum probi Pontifices aliquando hanc ſedem tenerent & regerent. Quales ſané fuerunt Stephanus* VI. *quales Leo* V. *Chriſtophorus* I. *Sergius* III. *Iohannes* XII. *Alexander* VI. *aliique non pauci &c.* Quis Romæ nunc filiam Pamphilii ignorat, quamvis non pro illâ dignitate, quam nunc parens Innocentius obtinet, opulenter vel liberaliter habitam? unde, mutato nomine, illi merito antiquum illud epigramma, in Paulum II. olim compoſitum, adſcribas:

Pontificis Pauli teſtes ne Roma requiras,
Filia quem ſimilis ſat docet, eſſe marem.
Sanctum non poſſum, patrem te dicere poſſum,
Cum video natam Paule ſedere tuam.

Marcellum II. ſcribit Onuphrius, in ejus vitâ, & Thuanus, *lib.* xv. revocatis ei in memoriam Hadriani IV. verbis, quibus miſeram Pontificum Rom. conditionem deplorabat, menſâ manu percuſsâ ſubjeciſſe; *non videre ſe, quomodo qui faſtigium hoc altiſſimum tenerent, ſaluti ſuæ conſulere poſſent.* Quis nobis dicet, quid animi ſit hodie Innocentius? Pius V. quod dixerit ſtatim ut Papa factus erat: *ego, quamdiu fui Religioſus, bene ſperavi de mea ſalute, factus Cardinalis cœpi timere, jam creatus Pontifex pœne de ea deſpero*, referunt Papiſtæ ipſi, & allegat Cornelius à Lapide, in *Eccleſiaſtic.* XXXII. I. & *Apoc.* III. I. Eò ſpectare exiſtimo, quod Eraſmus, quantumvis etiam dilectus Leoni P. filius, de eo ſcripſit in Commentario, ad Pſalm. II. *Sic Leonem*

de-

Digitized by Google

decimum, quum omnia Romæ perſtreperent triumphis & gratulationibus, ſubito mors exemerit rebus humanis, quo tranſtulerit, incertum. Et Henricus Albi, inter Elogia Cardinalium, de Bellarmino adducit, quod poſteaquam præteritus in electione fuiſſet, deinceps Litaniis ſuis hoc ſigillatim addiderit, quod Deus ipſum à Papatu liberaſſet. Nequidquam ego dubito, quin haud paulo aliter animatus ſit noſter Innocentius. Et tamen in coronatione Papę Prior Epiſcoporum Cardinalium ſolet dicere, cum *violenter* ad iſtum locum protrahi: in oratione, *eique univerſæ Chriſtianitatis molem ſuper humeros impoſuiſti, reſpice quæſumus propitius hunc famulum tuum N. quem de humili Cathedra violenter ſublimatum in thronum ejuſdem Apoſtolorum principis ſublimamus.* Atque ita Innocentius, vel Ioh. Bapt. Pamphilius, Romanus natione, Papa factus eſt, ſcilicet, *non niſi de Paradyſo Italiæ* is ſumendus, uti adverſus Alexandrum II. ab illis qui Cadulum Parmenſem epiſcopum petebant, olim dicebatur. *Innocentius Papa Decimus, ad perpetuam rei memoriam*) *Memoriam*, lege, *infamiam*, & verior erit ſenſus. Miror autem quod hic nuſquam occurrat titulus ille ſolennis, *ſervus ſervorum*; niſi pro ſimplicitate ſua faſtidiat Innocentius ſtolidam iſtam hypocriſin, ut ſervus ſervorum dicatur, ubi ad ferendas Imperatoribus, Regibus, totique adeo Chriſtiano orbi leges ſe accingebat. Imo jamdudum omnibus ſanæ mentis riſum debuit ille titulus, non minus ac alterum illud quod inter ſolemnia coronati Pontificis uſurpatur, ut, quando à ſibi aſſiſtente Camerario nummorum quantum pugnus capit, ſumens inter ſpargendum dicit: *argentum & aurum non eſt mihi.* Videlicet:

Servierant tibi Roma prius Domini Dominorum:
Servorum ſervi nunc tibi ſunt Domini.

VI. *Zelo Domus Dei animum noſtrum commovente.*) Quid *Dei? noſtræ* dicere debueras. Neque quæ alia horum auſuum turbarumque, & ea ſatis nota, obviaque cauſa: pro *innata aulæ R. præpoſtera ambitione*, ut his Thuani verbis utar, quę is habet, *hiſtor. lib.* xx. in fine. Hæc Papæ animum cura angit mordetque unica, imperare omnibus, & jubere ut ad ſuum nutum

tum, & commodum quęcunque fiant, & vel ſtent, vel cadant. Nihil æque ſudat, quam ut ſedis ſuę faſtigium ſemper altius evehat, & bella atque ignes in omnia terrarum loca, in regna, imperia, & Dei domū immittat, pro coronâ ſuâ, & ventre, quibus non melius conſulitur, quam Principibus inter ſe cōmiſſis & belligerantibus. Centies mori ſe malle, & ſubjectis mundo per quatuor ejus plagas facibus, incendium rerū omnium ruinâ reſtinguere, quam loci ſui dignitatem minus curare, ſæpius auditus fuit dicere, P. Paulus IV. Vtcumque videantur aliquando magis pacifici, & quietis amatores, at ubi rei aliquid agitur, quod quacunque ratione ad ſe putant trahi poſſe, vel in quo videtur læſa ipſorum ambitio & majeſtas, anti-Apoſtolica illa atque anti-Chriſtiana, hic tumultuare, damnare, ad arma & viros conclamare, & nec ſuperis parcere, neque inferis. Innocentium VIII. ſcribit Stella, Sacerdos Venetus, in lib. *de Vitis & Geſtis Pontificum*, ad pacem colendam præ reliquis fuiſſe propenſum: *nec tamen bellum diſſuadebat, cum pro tutela Eccleſiaſtica ditionis ſuſcipiendum foret. Haud ſcio quo pacto ſit*, inquit Eraſmus, *ut Pontificum autoritas longe plus valeat ad excitandum inter principes bellum, quam ad componendum?* in præf. lib. *de Conſcribendis epiſt.* Sequitur in Bulla Innocentii, agere ſe hęc, ut VII. *Eccleſia Catholica dignitas & autoritas ubique ſarta tecta conſervetur*) Eccleſiæ *Romana* dicendum fuerat: nam ne Noſtros dicam, qui nominis hujus uſurpationēm injuſtam multis doctiſſimiſque ſcriptis oſtenderunt, inter Græcos Barlam, lib. de Papę Principatu, cap. xv. *Romana Eccleſia, non unam rem aliquam apud ſanctos Patres; ſed diverſas ac diſcrepantes ſonat. Nam cum Catholicam Eccleſiam dicunt; Chriſtianorum intelligunt cœtum, qui uſquam terrarum, de fide recte ſentiunt, pietatiſque dogmata immota & inconcuſſa obſervant. Romanam autem Eccleſiam cum dicunt, ut illam à cæteris in orbe Eccleſiis particularibus diſtinguant, ſic loquuntur. Prout Concilii Carthaginienſis centeſimus quartus canon habet, his verbis: De diſſenſione inter Romanam & Alexandrinam Eccleſiam ortâ, ad ſanctiſſimum Papam Innocētium ſcribi placuit; ut utraque Eccleſia inter ſe pacem & concordiam colat, quam Domi-*

minus præcipit. Iam vero pro Catholica Eccleſia, Romanam nemo unquam dixit. Catholicam itidem fidem cum dicunt; eam utiq; intelligunt, quam omnes recte ſentientes Chriſtiani ubicunq; locorum profitentur. Chriſtianam autem fidem, Romanam nemo ſanæ mentis dixit. Quinimo non in Romanam aut fidem aut Eccleſiam; ſed in Catholicā, ſeu univerſalem, atq; communē fidem & Eccleſiā credere nobis præceperūt.

VIII. *Eorum, qui quærunt ſua potius, quam quæ Dei ſunt.*) Neſcio qui illud hic in fronte occurrat, quod plurimos ſcio dicere ſolitos Papis & curiæ Papali, ubi eis ſuam exprobrant ambitionem, id eſt, vere deſcribunt. E multis, ita loquitur Fridericus I. Imp. epiſt. ad Epiſcopos Tranſmontanos, quâ eos vocat ad Concilium Papienſe, ob negotium vel ſciſma duorum Paparum, Victoris IV. & Alexandri III. *Defuncto itaque Adriano Papa in Calend. Septembris, Cardinales, qui columnæ immobiles eſſe videbantur, quibus ſancta & univerſalis firmiſſimè inniteretur Eccleſia, non quæ Dei ſunt, ſed ſua quærentes &c.*

IX. *Eccleſiaſtica, quorum Aſſertores à Domino conſtituti ſumus.*) Tene Deus? imo, quomodo Deus quos ἔθετο εἰς ὀργὴν, Pharaonem, ſuique ſimiles, *in id te ſuſcitavi, ut in te oſtendam potentiam meam, & nomen meum annuncietur per omnem terram.* Rom IX. 17. Tu in Eccleſia? imo, ſed uti Apoſtolus loquitur. II Theſſ. II. 4. *in domo Dei ut Deum ſedentem, gerentem ſe ut Deum.* Cujus explicatio non ab aliis, quam ipſis Papis petenda. Extravag. Ioannis XXII. tit. XIV. de verb. ſignific. cap. IV. Gloſſ. in verb. *declaramus.* ex editione Lugdunenſi A. 1616. *Credere Dominum Deum noſtrum Papam conditorem dictæ decretalis & iſtius, ſic non potuiſſe ſtatuere, hæreticum cenſeretur.* Sixto IV. *& merito in terris crederis eſſe Deus.* Gregorio XIII. Iaponenſes, ex inſtigatione Ieſuitarum, ita litteras ſuas inſcribunt, apud Thuanum, lib. LXXXI. *Adorando, & cœli Regis locum in terris obtinenti magno & ſanctiſſimo* PP. *Reddatur epiſtola magno illi & Sancto Domino, quem adoro Dei vices gerentem.* In alia: *Sublatis manibus adorans offero hæc Sanctiſſ.* D. P. P. *magno Dei vices gerenti.* Stapletonus, in dedicatione lib. Princip. fid. doct. *ſupremum planè, ſupremum in terris numen.* Ne alia à Noſtris infinities

B hic ad-

hic adducta eandem in rem hic repetas. Miratus fui, quod non legerem hic, ad majorem ſibi conciliandam authoritatem, Innocentium dicere ſe, conſueto Papis titulo, Dei vicarium: ſed titulo, ne Nos dicam, ipſis Iudæis jam pridem notato, damnatoque. Sic quippe Menaſſe ben Iſrael, Iudæus, & hodiernorum Iudæorum facile doctiſſimus, explicans illud Zachariæ Prophetæ: *& ſuper virum ſocium meum*, inquit: *Id eſt, ſuper eum, qui ſe putat Deo proximum & æqualem eſſe*. Paulo poſt: *Vel potius de Papa Romano capiendum eſt, qui ſe paſtorem, & proximum à Deo appellat & Dei vicarius interris audire vult. Contra illum, ſimilesque illi, qui poteſtate ſunt inferiores, Deus bellum ſuſcitabit.* Pauli V. hæc ſunt: *Paulo V. Vice Deo, Chriſtianæ Reip. Monarcha invictiſſimo, & Pontificiæ omnipotentiæ conſervatori acerrimo.* Hoc eſt, non Aſſertorem Eccleſiæ eſſe, ſed ſui faſtus ac arrogantiæ.

X. *Sane cum intimo doloris ſenſu accepimus, quod per plures annos Oſnabrugis die 6. Auguſti A. 1648. inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem & Imperatorem electum cum ſuis fœderatis, & Adhærentibus ex una, ac Suecos cum eorum itidem fœderatis & Adhærentibus ex altera, nec non alterius Pacis Monaſterii VVeſtphal. die 24. Octobris ejuſdem A. 48. inter eundem Ferdinandum Romanorum Regem & Imperatorem electum cum ſuis pariter fœderatis & adhærentibus ex una, atque chariſſimum etiam in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum cum ſuis ſimiliter fœderatis ex altera partibus reſpective initarum.*) Conqueritur *pacem* factam bonus ſc. Innocentius, *cum intimo doloris ſenſu*, etiam quæ non niſi *per plures annos* obtineri potuit; videlicet hoc eſt, pacis filium, atque innocentem eſſe. Quid ad ipſum, quod Principes, ex bono Reip. conſulunt, decernunt, agunt? *Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet*, legit ipſe inter Regulas Iuris, ſui Bonifacii VIII. Dolet pacem ictam inter Imperatorem, & Suecum; tum inter Imperatorem, & Gallum. Non ergo ſola eſt hæreſis alterius partis, quæ eum commoveat, *Tros Rutilusve fuat*, quem ſola ſua exagitat ambitio, & inquies dominandi turbandique animus vel genius. Cumque illa Capita in partes

tra-

Digitized by Google

traxerint reliquos Europæi orbis Principes, ac Status, gauderet Innocentius commiſſos illos iterum cernere; & hoc agere eum ut aſſequatur, palam hic profitetur, & per varias ab eo partes tentari, jam omnes experiuntur. In aqua turbulentiori novit ſibi ſemper feliciorem obtingere piſcationem, & ex ruinis aliorum, ut Romæ olim, ita ſedis ſuæ pendere incrementum. Gregorius de Heimburg, qui ſcripſit ſub Friderico III. *Admonitionem de Papar. Romanorum uſurpationibus*, part. 11. ubi de Henrico IV. loquitur de Cardinalibus & Papa: *timentes*, inquit, *ſe optatum dominium in Imperium conſequi non poſſe, niſi procuratis diſſenſionibus in Germanica natio, tunc potentiſſima*. De Alexândro VI. non ignorat Innocentius, quid olim ſcriptum ſit:

Libidinoſa ſanguinis captus ſiti,
Tot civitates inclytas,
Tot regna vertit, tot duces letho dedit:
Natos ut impleat ſuos.

& in Iulium II.

Concitat iratum bellator Iulius orbem,
Efferapacificos induit arma duces.
Tela dat Italia, tibi dat Germania bellum:
Hoc turbante, domo prodit Ibera quies.

Ferdinandum Imp. ut & Francorum Regem appellat *filios* ſuos: nempe ipſe Pater, fratres quidem habet, ſed Cardinales; Imperatores verò & Reges, filios ſuos. Ita Papę, cujus nempe eſt Status, & dignitatum ordines diribere, Cardinalis Imperatore, ac Rege ſuperior eſt. Quin & Epiſcopum Neritonenſem, nuncium ſuum, hic fratrem dicit. Exinde titulus Cardinalium, ab Vrbano VIII. datus, *Eminentiſſimorum*. Nempe *hi ſunt Principes ſub Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ejus in terris Vicario conſtituti, non ſuper hac vel illa civitate vel Provincia, ſed ſuper Gentes & Regna, ac ſuper omnem terram*, loquitur de iis noſter Rovenius, *lib.* 1. *Reip. Chriſtianæ, cap.* XV. Atque ideo Cardinales dicti, quod ceu cardines ſunt, ſuper quos totus vertatur orbis, juxta id: *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.* 1. Sam. 11. Et Papa, quum eos creat, ſic alloquitur:

ad Collegium Apoſtolicum vocati Conſiliarii noſtri, & conjudices orbis terrarum eritis: ita Pius II. quando primos ſuos creavit Cardinales. In antiquo Rhythmo: *Ita dicunt Cardinales, ita ſolent Dii carnales*. Alter *Cardinales, carpinales*, dixit: Conradus, epiſcopus Moguntinus, in Chronico. Nec aliter Frideric. I. in Reſcripto, ad P. Vrbanum, eos deſcribit, dicẽs: *non videmus eos prædicatores; ſed prædatores; nõ pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores*: atq; ita paſſim alii. Maxima Cardinaliũ in Eccleſia Romana eſt poteſtas, ac dignitas: hinc ad eam Regũ fratres & filios aſſumũt, & promovent potentiſſimos quoſq; ut ſc. eâ arte ſibi habeant devinctos magis obſtrictoſque Imperatores, Reges, Principes; vel nepotes ac conſanguineos ſuos ad hoc faſtigium provehunt, ut ſupremum quod ſuis impartiri queunt; vel aliquando etiam ob raras ingenii dotes, eruditionem, ſolertiam, quoſdam in hunc numerum cooptant; haud raro quoque ut nummos, ex vacantibus & venditis beneficiis, lucrentur: unde tales ſæpe promoveri contingit, qui omnibus pudori ſunt & ludibrio. Non dicam Franciſcum Rapacciolum, lintearii alicujus filium; vel Iohannem Iacobum Panzirolum, Sartoris; Martium Ginetti, Inſtitoris; Iulium Mazarinum, cujus parens foro turpiter ceſſerat; Lelius Falconerius litterarum adeo rudis eſt, ut vix nomen ſuum proprium legere vel ſcribere queat. Franciſcus Barberinus adoleſcens Cardinalis factus eſt ab Vrbano VIII. cui pœdagogum addere opus habuit Aſcanium Filomarinum, poſtea quoque Cardinalem. Atque illi nunc Cardinales rerum potiuntur, atque cum Papa ſuo omnibus dominantur. Pręter illos quos creant Cardinales, in more habent, ut alios in pectore ſervent, ſuo tempore nominandos. Vti Paulus III. quando in tertia Cardinalium creatione, duodecim in ordinem iſtum cooptaſſet, *tres alios ſibi in pectore reſervavit, nominandos per Imperatorem, Regem Francorum, & Remp. Venetam*, inquit Onuphrius. Ita quoque Innocentius, in primâ quidem creatione Cardinalem Cecchinum cogitabat, ſed quem demum in ſecunda elegit: & alios in gratiam Regis Galliæ, puto Mazarinum; vel Hiſpaniæ, ut Montaltum; & Reip. Venetæ, Bre-

Digitized by Google

Bregadinum;quos hodie Curia Cardinales habet.Haud abs re erat,quod Sixtus V.datâ hanc in rem Bulla omnibus ſuæ familiæ declararet Galerum vel non rogatis concedendum eſſe, propter eximia ſc.ſua de ſede Romana bene merita.Quo major viſa Eraſmi Rotterodami,ſc.Hollandica ſtoliditas, hãc tantam dignitatem,ſponte oblatam renuentis : unde Italus quidã de eo dicere:Eraſmum eſſe ſapientẽ beſtiam, qui eo ultrò oblato uti neſciret, quod alii pretio ac precibus adeo ambirent, neq; tamen vel ſic impetrarent ſępe. Sed quidquid aliis viſum, nunquam deſunt qui locum iſtum percupiant. Quid de noſtrate Adriano dices? Epiſcopus Dertuſenſis, & Regis Caroli præceptor erat,quando ad purpuram Cardinalitiam à Leone X.proveheretur:& Pontifex à Rege,id quod qui egenas filias in matrimonium elocant ita ut alter eas decenter veſtiat,petiit, ut paupertatem illius ſublevaret, & præberet unde jam honorificenter pro illo ſtatu & vitę genere ſe habere poſſet: *tuum erit deinceps dare operam, ut homo optime de te meritus, magnus nunc vir, & in Magiſtratu eminenti poſitus, fortunarum ſuarum tenuitati, vel potius, ut jam id quod eſt, dicatur, paupertati, quæ tot annos ejus vitæ ſocia nec bella nec placabilis fuit, poſſit nuncium remittere : atque aliquando tandem, perinde ut illa dignitas poſtulat, quam tueri debet, laxè ac liberaliter vivere* : ſcribit ad Carolum Regem Pontifex: eſtq; inter epiſtolas Petri Bembi,Pontificis nomine ſcriptas,*lib.* XVI. Hunc, ſi quempiam,cum Martino illo Cardinale compara, quem Bernardus,*lib.* IV. *de Conſideratione,ad Eugenium* P. ob frugalitatem, paupertatemque tantopere commendat, & Eugenio ob oculos ponit. Sed noſtris hominibus,quippe ſupra modum agreſtibus,magnificentius loci iſtius & pilei dignitatem tuentur atq; æſtimant quorumcunquę regnorum alii,præſertim Itali.In Concilio Baſil. ſtatutum quidẽ *ſeſſ.* XXIII. ne plures quam viginti quatuor eſſent Cardinales; idemq;inGalliis confirmatum ſanctione Pragmatica,a.cIↄ CCCC XXXVIII. à Rege Carolo : ſed illius nulla habita ratione Siſtus IV. & Alexander VI. numerum illum exceſſerunt : nullus autem impudentior Leone X. qui unâ creatione a. cIↄ

ↄlc XVII. fecit Cardinales triginta & unum : inter quos quoque erat noſter Adrianus de Trajecto , epiſcopus Dertuſenſis in Hiſpania: adeo ut Leo viderit lxv. Cardinales: quem ſequutus Paulus III. habuit Cardinales lxIII. Paulus IV. ſupremum, qui unquam fuit, attigit numerum Cardinalium lxx. hodie ſunt ſexaginta & duo. Non excedebant olim numerum lIII. Quando crearetur Nicolaus III. non erant niſi ſeptem. Sixtus V. numerum ſeptuageſimum definivit. Clemens VII. epiſt. ad Franciſcum I. ad cujus petitionem crearat Cardinalē Grammontium , antea epiſcopum Tarbenſem, adfert rationem nonnihil iſtud impedientem, quod paulo ante egregiam Cardinalium turbam fecerat *une aſſez belle troupe*: inter epiſtolas Principum eſt, collectas ab Hieronymo Ruſcelli, atque ex Italico verſas in Gallicum , per Belleforeſt. Quanti autem gratiam illam æſtimet Papa, quid gratiam dico ? quando Galeros Cardinalitios, ad Regis , vel Imperatoris petitionem aliquibus confert, ſatis notũ, & pœnitere ſuum quod tãti illos emiſſet, quãvis non niſi unum poſtulaſſet , Carolus V. teſtatus fuit in Reſcripto, ad Clemẽtis VII. Criminationes, prolixo illo, at vere Imperatorio, dato a. CIↃ IↃ XXVI. *De pileis autem, diximus unum duntaxat à veſtra felicis promotionis exordio à nobis petitum, quem ubi putabamus tam diu differendum, cum eſſet prima gratia à V. S. manu etiam noſtra conſcriptis literis petita ac inſtanter flagitata. Alter vero pileus petitus non fuerat , ſed ultro à V. S. oblatus noſtroque conſenſu acceptatus. Sicque alienum cenſebamus eos nunc pileos tali conditione perſtringi, quos tamen V. Sanctitatis arbitrio tunc relinquendos putavimus, pollicentes nos de cætero pro his nec pro aliis quibuſcunque pileis ullam facturos inſtantiam.* Multa ſunt & magna Cardinalium privilegia, quę ne rēcenſeam, videri quippe poſſunt, apud Azorium, *Inſtitut. Moral. part.* II. *lib.* IV. *cap.* III. (plures etenim de Cardinalibus , & eorum dignitate ſcripſerunt, *Andreas Barbatius, Martinus Laudenſis, Io. Hieronymus Albanus, Onuphrius Panvinus,* præter alios, qui materiam eandem attingunt, *ut Bellarminus, de Clericis lib.* I. *cap.* XVI. *Azorius, Rovenius* & plurium Card. vitas ſcripſerunt, pręter *Onuphri-*

phrium Panvinum, qui primus illorum hiſtoriam, juxta cum Pontificum, recenſuit; *Aubery*, Gallus, à Leone IX. a. clↄ xlix. poſt Onuphrium exorſus, unde ſeriem iſtorum hominum ordiniſque Cardinalitii derivant, finitque in Bonifacio IX. a. clↄ cccc11; *Henricus Alby*, quoque Gallice, ſed poſteriorum vitas complexus: præſentium deſcriptionem dedit Auctor anonymus, *Statera giuſta di Porporati*, quod in Belgicum jam converſum: hoc unum, quod ad rem præſentem facit, attuliſſe nunc ſuffecerit, ex Regulis Cancellariis Gregorii XIII. quod Cardinales non comprehendantur ſub regulis faciendis: 67. *Item cum S. R. Eccleſiæ Cardinales ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro aſſiſtant, ac propterea debeant ſpecialibus prærogativis, & privilegiis gaudere, Idem Dominus Noſter ſtatuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuſcunque conſtitutionibus, & regulis per ſanctitatem ſuam in poſterum poſt hanc primam editionem, & ſuarum conſtitutionum, & regularum publicationem faciendis, non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipſæ conſtitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel majoris partis eorum conſilio editæ fuerint.* Ita ubiqué primas ac potiores tenent Cardinales, atque ipſis etiam Regibus in omnibus præferuntur: ut non ſine gravi cauſa olim dixiſſe Clemánges, lib. *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*, videri debeat: *ſi artifex quiſpiam vellet ſuperbiæ ſimulachrum effingere, nulla congruentius ratione id facere poſſet, quam Cardinalis effigiem oculis intuentium objectando.* Convivio ſolemni Papæ, quod die coronationis ejus inſtituitur, Rex aliquis ſi adſit, ſedet in menſâ poſt primum epiſcopum Cardinalem; nobilior laicus, Imperator aut Rex, aquam ad lavandas Pontificis manus adfert. Quod ſi plures adſint Reges, mixtim ſe habent cum primis Cardinalibus, & primum locum tenet Cardinalis, deinde ſequitur Rex: ſi erunt mixtim principes, aut filii vel fratres Regum (ſi non ſerviant Papæ) debent ſedere inter Diaconos Cardinales, vel poſt eos, pro eorum dignitate & conditione. Primogenitus autem regis, quia Rex futurus putatur, poſt primum presbyterum Cardinalem. ſed nullo modo inter epiſcopos. Et hoc tam in conviviis quam in aliis publi

cis

cis actibus. Primum ferculum portat nobilior Princeps, ſive Imperator, ſive Rex ſit: ſecundum alius dignior poſt eum, atq; ita deinceps. Hæc ita deſcripta in libro *Sacrarum Ceremoniarum*, à Chriſtophoro Marcello, epiſcopo Corcyrenſi. Quo verò loco Papa habeat Imperatorem & Reges, quorum poteſtatibus ὑπερεχούσαις Paulus Apoſtolus omnem animam ſubjicit, apparet.

Ex eodem fonte eſt, quod in ſua hac Bullâ Innocentius *Ferdinandum* non ſimpliciter Imperatorem, ſed Imperatorem electum nominat: nempe quia nondum coronationem ſuam accepit à Papâ, & tamdiu ac illud fecerit, electum Imperatorem per μείωσιν, non ſimpliciter Imperatorem appellat. Quamvis non hic jam, ſed & ante eum plures alii, iſtam Papę coronationem jam ab aliquo tempore omiſere: Rudolph. I. quia veſtigia, ajebat, Romam euntium ipſũ terrebant: Maximilian. I. negavit neceſſarium eſſe; quia Imperium à Statibus Imperii acceperat. Neque id vel Ferdinandus I. vel Maximilianus II. vel Rudolphus II. vel Mathias, aut Ferdinandus II. aut III. faciendum ſibi cenſuerunt; nec eo minus Imperiũ adminiſtrarunt tamen, & pro Imperatoribus habiti in Imperio fuerunt. Egoq; exiſtimo, ſi vel aliquis electus Imperator id jam conaretur, Romam irepro confirmandâ ſuâ electione, non id ab Electoribus & Statibus Imperii concedendum fore. Volunt, ut Imperii diadema humiliter de manu Pontificis poſtulet Romanorum Rex, atque ſuſcipiat. Vt electio Pontifici quam primum offeratur examinanda, tam ſuper forma electionis, quam idoneitate (ut loquuntur) & habilitate perſonę electi. Non nego quidem Imperatorum nonnullos ab Epiſcopo Romano coronationem olim accepiſſe, ſed ex ſolâ id egerũt primum reverentia, & erga Eccleſiam atq; Eccleſiaſticos devotione, ut ab Epiſcopo, eoq; magnæ authoritatis, in ſuo ſtatu conſecrarentur. Hoc Papæ mox accipere, quaſi debitum ipſis, ac ſi debuiſſent ab ipſis coronari Imperatores, ſi confirmari in ſua dignitate vellent: ex facto, & humanitate, ſed præpoſterâ, primo erga Epiſcopum, tum ſedem, debitum officium illi, & jus, legem, neceſſitatem fece-

re

Indeque ulterius pergentes, ut ſemper ad altiora ſerpit ambitio nuſquam conſiſtens vel quieſcens, in ipſum quoque Imperium poteſtatem ſibi arrogarunt, atque à ſe omnia dependere arbitrati ſunt. Hinc, uti ſui juris putabant, Imperatorem facere, & vel approbare electum vel repellere, ita Imperatorem quoque deponere aliquando, in ſua poteſtate ſitum credi voluerunt; exhibito ejus in nonnullis, quos deponere annisi ſunt, exemplo haud uno, iſtam ob cauſam quod non accepta primum à Pontifice coronatione, ut minus neceſſaria, imperium tractare fuiſſent agreſſi: uti in Ludovico Bavaro, à P. Iohanne XXII. & Wenceſlao, à Bonifacio IX ejectis ab Imperio, apparuit. Poſtquam Carolus M. coronam à Papa accepit, Carolus Craſſus a. Iↄ cccxc. Conſtitutionem edidit, de Expeditione Romana, id eſt, quo comitatu, pompa, modo Imperator Romam, pro coronatione ſuâ, proficiſceretur. Hac occaſione ſolerter Papæ uti ſciverunt, ut gratitudinis loco, præſertim feſtivo adeo tempore, à coronatis Imperatoribus plurima impetrarent, prædia, terras, regiones, & poteſtatis incrementa omnifaria, & nunquã non confirmationem donationum, ſibi ſuæq; Eccleſię, ab aliis ſeu vere ſeu falſo factarum, vel abolitionem quarundam rerum aut legum adverſus Romanenſes alibi, vel à Prædeceſſoribus conditorum. Quale edictum Fridericus II Imp. à. cIↄ ccxx. eo die, quo ab Honorio Papa coronaretur, fecit, pro tollendis omnibus ſtatutis & conſuetudinibus, *quæ civitates, vel loca, Poteſtates, Conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel perſonas Eccleſiaſticas edere, vel ſervare tentaverint.* Atque illam occaſionem coronandorum Imperaorum ego conſtituo inter pręcipuas provecti & exaltati Papatus, quodq; in Imperium & Imperatores ſibi ſemper tãtum authoritatis adſcripſerunt, cauſas. Gregorio. V. ſub annum cIↄII. (quod tamen ab aliis Gregorio X.) adſcribitur, quod ut gratiam rependeret Otthoni III. qui ad Pontificatum eum promoverat, atque ſervarat adverſus vim tum Creſcentii Conſulis Romani, tum anti-Papæ Iohannis, utque etiam Imperium eo melius apud

Digitized by Google

Germanos permaneret diuturnum: *Solis Germanis licere principem deligere, qui Caſar & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Romanus Pontifex coronaſſet.* Hinc ſibi arrogavit Papa, Imperii coronam offerre, auferre quibus viſum: *Tibi Papa coronam*, uti poſt obitum Conradi, Petro Regi Hungariæ quum offerret Imperium; vel *Petrus diadema Rudolfo*, quando ejecto Henrico, in ejus locum Rudolfum Sueciæ ducem conſtituit a. clↃ. lxxvii. nempe P. Hildebrandus, vel Gregorius vii. qui primus, ſecus ac ſolebat, citra conſenſum Imperatoris Papam ſe fecerat, primus quoque fuit, qui ex coronatione, quaſi debita, tantam poteſtatem ſibi arrogavit, ut Imperatorem minus ei obedientem, extra communionem Eccleſiæ ejicere, & ab Imperio deponere auſus fuerit. *Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno privatum*, inquit Otto Friſingenſis Epiſc. Chronic. lib. vi. cap. xxxv. Atq; inde illud in Comitiis Wormatienſibus a. clↃ. lxxvii. Treverenſis Epiſcopus appellavit, obſtupendam abuſionem novitatis, & inauditum decretum: quibus in Comitiis propterea de deponendo Papa actum, quem ſic deſcribunt, *Hildebrandum ſcilicet, Monachum quidem dictum Apoſtolicum, non paſtoris cura, ſed invaſoris violentia; Apoſtolica Sedi præſidentem, & de Sede pacis Catholicæ, pacis unica vinculum diſſipantem:* deponuntque poſtmodum in Comitiis Brixiæ Noricorum a. clↃ lxxx. vii. Cal. Iulii. Cauſam inter alia, addit Rex in epiſtolâ ad Hildebrandum, ex ipſis Comitiis ſcriptâ: *in ipſam Regiam poteſtatem nobis à Deo conceſſam exurgere non timuiſti, quam à nobis auferre auſus es minari, quaſi nos à te regnum acceperimus, quaſi in tua & non in Dei manu ſit Regnum vel Imperium.* Vnde jam, Henrico ab Hildebrando, & Hildebrando viciſſim ab Henrico excommunicato, ejecto, graviſſimis diſſenſionibus belliſque omnia exarſerunt, quæ non cum demortuo Hildebrando deſævierunt, ſed à ſuccedentibus Victore, Vrbano, & Paſchali fota, tandem & eo uſq; perducta fuerunt, ut Henricum V. filium in Parentem incitarint, & bellū ei move-

ve-

Digitized by Google

vere perſuaſerint. Verum & in priori Rudolpho, & in hoc Henrico, utroque à Papâ in Imperatorem Henricum IV inſtigato, exhibuit Deus juſtæ ultionis documenta. In illo quidem, propriâ cum urgente conſcientiâ quando moribundus abſciſſam in prælio manum aſtantibus oſtentans, diceret: *Juſſio Apoſtolica, & petitio Principum, me fecit juramenti transgreſſorem, videte igitur manum abſciſſam, quâ juravi Domino meo Henrico non vitæ nec gloriæ ejus inſidiari.* In hoc ab Hiſtoricis notatur, in pœnam rebellionis atque ingratitudinis in Parentem, quod prole ideo caruerit. Auctor Chronici Colonienſis: Diſſer Keyſer ving ſynen Vader/ ind lieſſyn in der Hechteniſſe ſterven. Darumb meynemen dat he aenlyffserve ſturve. Neque etiam ab Henrico f. tamen obtinuit, quod volebat, & ob quam cauſam adeo inſectatus Patrem fuerat, Papa: ſed relinquere ei Epiſcopatuum & Abbatiarum in Imperio, pro antiqua à Carol. M. conſuetudine, inveſtituram coactus fuit. Quanta proh iſta fuit in Imperatore Lothario II. veſania, ut accipendæ à Papa Innocentio coronationis gratia, non tantum forti manu eum Romam reducere, ac reddere urbi, ſed ſe ad Papæ pedes dejicere, & confirmatis ei primum ſuis honoribus, coronam à manu ejus a. ClↃC XXXIII. ita recipere ſuſtinuerit: unde poſtea in ſummum Imperatoris ludibrium, in Laterano hiſtoriam coronationis depingi curarunt, Innocentio Pontificali inſidente cathedræ, & ad genua ſua curvatum habente Imperatorem, ſubjunctis huic iſtis verſiculis atrociſſimè ignominioſis:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Significans Imperatorem Papæ vaſallum eſſe, atque Imperium ab eo habere in feudum. Effigiem iſtâ conſpicatus Romæ Fridericus I. quum ibi coronationis ſuæ cauſa degeret, vehementer cum Adriano P. ob eam expoſtulavit, delerique voluit: quod quamvis promitteret Papa, parum tamen poſt Imperatoris abitum curavit. Apertius adhuc magiſque pudendum exemplum Papalis in coronatione Imp. faſtus & uſurpationis cape in coronatione Henrici. v. a. ClↃ. CXCI. à Cæle-

ſtino: cujus hiſtoriam, ex Rogerii Annalibus, ſic refert Baronius: *Dominus verò Papa ante oſtium eccleſiæ B. Petri ſupra gradus recepit ſacramentum à prædicto Alemanorum Rege, quod ipſe Eccleſiam Dei, & jura eccleſiaſtica fideliter ſervaret illibata, & quod Tuſculanum ei redderet. Deinde introduxit eos Dominus Papa in eccleſiam & unxit eum in Imperatorem, & uxorem ſuam in Imperatricem. Sedebat autem Dominus Papa in cathedra Pontificali tenens coronam auream Imperialem inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite, recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ. Dominus autem Papa ſtatim percuſſit cum pede ſuo coronam Imperatoris, & dejecit eam in terram, ſignificans, quod ipſe poteſtatem ejiciendi eum ab imperio habet, ſi ille demeruerit. ſed Cardinales ſtatim arripientes coronam, impoſuerunt eam capiti Imperatoris.* Baronius, nempe explicationis ergo ad tantum myſterium, & commentarii, addit: *Vt autem id fixum menti ejus hæreret, nempè, dare, cuſtodire, conſervare & auferre, ſi cauſa exigeret, Imperium eſſe in voluntate Romani pontificis: ejuſmodi voluit commonuiſſe ipſum exemplo.* Imo digna Cardinale obſervatio, æque ac factum Papâ. Quin palam atque in os patri ejus Friderico I. Adrianus P. exprobrare auſus fuit primò per literas, Imperium teneri ab ipſo, ex donatione ſua, inter *beneficia* à Papâ ei collata; tum per Legatos, in conſeſſu Principum, præſente Imperatore, dictum: *à quo ergo habet: ſi à Domino Papa non habet imperium?* quo dicto parum abſuit quin confoſſus gladio fuiſſet Legatus ille, à proſiliente in impudentiſſimi hominis cervicem Ottone Palatino, niſi ab intervolante Friderico ictus fuiſſet inhibitus. Statim autem exire imperio, neque alloqui quempiam in via præcepit. Vnde quid animi in Imperio Principes fuerint ſuper illa Papæ arrogantiâ, & prætenſa, ex coronatione, poteſtate, liquet: ſed Adrianus tamen haud aliter ſenſit, quàm Imperatorem, per ſe conſtitui in Imperio, illudque ſuo habere & tenere beneficio. Quare ſcripſit ad Germaniæ epiſcopos, quæ epiſtola legitur apud Aventinum, lib. VI. *Romanum Imperium à Græcis tranſlatum eſt ad Alamannos, ut Rex Teutonicorum non antè, quàm ab apoſtolico conaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem*

Rex

Digitized by Google

Rex,poſt Imperator. Vnde igitur habet Imperium,niſi à nobis? Ex electione Principum ſuorum habet nomen Regis; ex conſecratione noſtra habet nomẽ Imperatoris & Auguſti & Cæſaris. Ergo per nos imperat. Atque in illum ſenſum hoc capiunt Papiſtæ curiales: ut haud obſcure iis patefiat, *eum, qui coronam è manu Pontificis non obtinet revera non eſſe imperatorem*; quemadmodum ad allegatum Hadriani iſtud factum loquuntur Cardinales, in Aphoriſmis de Statu eccleſiæ reſtaurando, Gregorio xv. exhibitis haud ita diu in cauſa ducis Bavariæ, per Michaelem Lonigum. Negotium illud coronandi à Papa Imperatoris, vel de ejus tum neceſſitate,tum vi diſputatio in nervum erupit per Imp. Ludovicum Bavarum, cum Iohanne P. xxii. Scindebatur Imperium, vel Electorum ſtudia ut aliquoties factum, in electione novi Imperatoris: pars Ludovicum, Bavariæ; alii Fredericum, Auſtriæ ducem volebant: uterque coronationem per legatos poſcebat à Papa, qui, quoniam melius ſibi vacuo imperio exiſtimat, neutri annuebat, in Ludovico hoc captans, quod non exſpectatâ coronatione res & gubernacula Imperii, prout Imperatori convenit, tractare aggreſſus eſſet. Ludovicus Romam tendit, atque, abſente Papa coronam à Cardinalibus accipit, a. cIↄ cccxxvii. quod indigne ferens Papa, qui Avinione hærebat, Imperatorem excommunicat, proclamat hæreticum, deponit. Vbi videre fuit, quomodo ſupremam ſibi in Imperium poteſtatem arrogent, & quo fine coronationem illam neceſſariam æſtiment Papæ. Bulla Papæ cIↄ cccxxiii. anno *dignitatis*, ut hic quidem ſcribit, eo quod alii, *Pontificatus* (nempe inſolito verbo in re non minus inſolita) octavo, ſic incipiebat: *Poſteaquam à deceſſoribus noſtris res Romana à Græcis ad Germanos translata, Carolo Magno in fidem atq; tutelam commiſſa eſt, ſummus ille honor beneficium Pontificis maximi eſſe ſolet. Decretum ſiquidem eſt, ut cum Germani Principes Regem juſſiſſent, demum ratum eſſe, ſi Romanus Pontifex, univerſi orbis Chriſtiani Pater atque Princeps, author fieret: nec antè cuiquam Comitiis Cæſareis, ſuffragiis Principum deſignato Regi, neque adminiſtrandi, neque Regii tituli uſurpandi jus eſt, quàm primarius Sacerdos, Dei*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

OPT. MAX. legatus ſuo numine faveat & aſpiret. Præterea ſumma poteſtas maximum Imperium, ubi orbium capite fuerit, penes Maximum Pontificem, cujus beneficium illud eſt, exiſtit. Vides, ut beneficium Paparum faciunt Imperium, ipſos vero directos ſupremos Dominos. Iam quomodo deponat Imperatorem, & quam ob cauſam, ſimiliter audi; *Proinde Ludovicus maximo malo ſuo, non minore Eccleſiæ Romanæ detrimento, nec dum à nobis dignus qui imperet judicatus, ſua ſponte Regium nomen, rerum habenas temere uſurpavit, atque in Italia atque Germania occupat. Nos igitur juxta munus cœlitus nobis datum, Ludovico præcipimus: ut intra menſes tres ſeſe abdicet ab Regio nomine, gubernatione, functionibus publicis, rebus gerendis penitus abſtineat, à ſe hactenus acta reſcindat, nec poſt hac niſi juſſu & mandato noſtro dignitatem reſumat. Quod ſi obtemperare obtrectaverit, Patriachis, Epiſcopis cunctis, Sacerdotibus, Principibus, Civitatibus imperamus, ut eundem deſerant, ac nobis parere cogant.* Candide, uti paſſim, hac de re judicat Auctor Chronici Colonienſis, mirum ſibi videri, quod Papa Imperatorem invitaret in alienum territorium: Idt was ouch vremde/ as mich dunckt / dat de Pays den Konynck woulde laden in eyn vremde herliſcheit/ ind dat he niet gen Rome ſelffs quam / off yemantz dair ſende van ſynt wegen/ ſo doch dat vur ind nat geſchiet is. Eyn yglich Hundt is koen op ſyner myſte.

Ex adverſo Imperator; in Comitiis Francofurtenſibus a. cIↃcccxxxviii. conſtitutione de Imperii Iuribus, & excellentia, & poteſtate Electi Romanorum Regis, edixit *quod Imperator: ex ſola electione eorum ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione ſeu approbatione*: Contra quod *aliis & in aſſertiones deteſtabiles prorumpunt, contra poteſtatem & auctoritatem imperialem, & jura Imperatorum, Electorum, & aliorum Principum & Imperii fidelium committentes, fallaciter aſſerentes, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt à Papâ, & quod Electus in Imperaterem non eſt verus Imperator nec Rex niſi prius per Papã ſive Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur: & per hujuſmodi pravas aſſertiones, & peſtifera dogmata hoſtis antiquus movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones parit, & ſeditiones procurat. Ideo*

ad tantum malum evitandum, de conſilio & conſenſu Electorum aliorum Principũ Imperii, declaramus, quod Imperialis dignitas potestas est immediatè à ſolo Deo: & quod de jure & Imperii cõſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive Regẽ ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola electione est Rex verus & Imperator Romanorum cenſendus, & nominandus, & eidem ab omnibus Imperio ſubjectis obediri, & adminiſtrandi jura Imperii & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ ſive Sedis Apoſtolicæ aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate indiget vel conſenſu. Et ea propter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut Electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex ſola electione cenſeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus ſubjectis Imperio debeat obediri, & adminiſtrationem Imperialem, & Imperialis poteſtatis plenitudinem habeat, & ita habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur & firmiter aſſeratur. adverſantes vel inobedientes pronunciavit crimen læſę majeſtatis cõmiſiſſe, omnibuſq;, quæ ab Imperio accipiunt, feudis, excidiſſe. Atq; in eundem ſenſum ſcribunt Principes, ex Comitiis Renenſibus, eodem anno, ad P. Iohannis Succeſſorẽ Benedictum IX. tum conquerentes, quod P. Iohannes *ſententias excommunicationis & interdicti (ſi ſic dici merentur) ac alias diverſas ſententias & proceſſus de facto contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem fulminavit contra prædictum Dominum noſtrum, Dominum* Ludovicum *Romanorum Imperatorem, ac fautores & adhærentes ſibi*; tum declarantes, & ſententialiter, uti dicunt, definientes, *quod vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel à majore parte Principum electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus eſt habendus: & quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii indiget, ſive titulo Regio aſſumendo: quodque jura & bona Imperii amminiſtrare & gubernare poterit, & de jure & conſuetudine, nulla Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta.* Ne alia dicam, hoc tempore ultro citroque, potiſſimum

propter ſegnitiem & laſciviam, quod res Imperii non curat, Wenceſlao, non uti in Bulla ſua Papa loquitur, ideo quod Romam venire coronationis ergo diſtuliſſet, tamen ut animum ſuum aperiat Papa, ſciantque omnes in Imperio quid ſibi arroget, ita loquitur, & hac utitur in confirmando electo Imperatore formula: *penſantes depoſitionem præfati VVentzeſlai & electionem de te factam, & quæcunque inde ſecuta, rata habentes & grata: teque in ſpecialem noſtrum & dictæ Eccleſiæ filium ſuſcipimus, tibi noſtros favorem & gratiam concedentes, tuaque perſona idonea repreſentata, te nominamus, pronunciamus, & in Regem Romanorum aſſumimus, tuam approbantes perſonam: teque ſufficientem & habilem atque idoneum declarantes ad ſuſcipiendum præfati Imperialis culminis dignitatem, ac decernentes unctionem & conſecrationem Imperialem, nec non ejuſdem ſacri imperii diadema per manus noſtras tibi opportunis loco & tempore impendenda, ſupplentes nihilominus omnē defectum, ſi quis aut ratione formæ aut ratione perſonæ tuæ, aut perſonarum dictorum Electorum, ſeu quavis alia ratione vel cauſa in electione hujuſmodi interveniret actionis modus, ex certa ſcientia & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: præcipientes quoque omnibus fidelibus & vaſallis Imperii, cujuſcunq; conditionis exiſtant, etiamſi Regali aut Pontificiali dignitate præfulgeant, ut tibi ſicut Regi Romanorum pareant efficaciter & intendant.* Confer Clement. II. *de jurejurando:* ubi de juramento agitur, à Romanorum Rege electo Imperatore Papæ prſtando; quod poſtea adferemus. Neque aliunde orta diabolica illa Luciferi contentio, ab Adriano P. IV. mota Imp. Friderico I. de loco nominum tum Papæ, tum Imperatoris una in litteris, & utrum ante aliud ponendorum. Carpebat Imperatorem graviter Papa, quod ille in litteris ſuum nomen præpoſuiſſet. *Lex divina, ſicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri, ſententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia* omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. *Quapropter, dilecte in Domino fili, ſuper prudentiam tuam non mediocriter admiramur, quod beato Petro & ſanctæ Romana Eccleſiæ, non quantam deberes, reverentiam exhibere videris. In litteris enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis: in quo*

inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris. Quin minatur, ipſi auferendam coronam, ni aliter fecerit. *Quid dicam? Reſipiſce ergo, reſipiſce, tibi conſulimus. Quia, dum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum in conceſſa captas, ne conceſſa perdas, Nobilitati tuæ timemus. Vale.* Quid ad hæc Imperator? num mutat ordinem? num facti pœnitet? nihil minus: ita quippe reſcribit, *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hadriano Romanæ Eccleſiæ Pontifici, omnibuſque adhærere volentibus iis, quæ cœpit Ieſus facere & docere, S. D.* Deinde: *cum Romano Pontifici ſcribimus, jure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus, & ad juſtitiæ normam eidem nobis ſcribenti concedimus. Revoluite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic invenitur.* Deniq; pro merito Papam, non jam cum ſuis, ſed cum regibus gentium, cum Imperatoribus de præcedentia (vide Luc. XXII. 23.24.25.26.) concertantem perſtringit: *Humilitatis autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ non minimam notam curritis, cùm hujuſmodi quæſtiones, religioni nō multum conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Provideat itaq; paternitas veſtra, ne dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cùm ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam uſque ad Sedem Petri reptaſſe videamus, paci Eccleſiæ bene ſemper providentes. Bene ſemper valete,* Confero ego ſemper litteras has cum illis, quas ſibi invicem ſcripſerunt P. Bonifacius VIII. & Rex Galliæ Philippus a. cIↃ CCCII. Quorum ille prior ad Regem, ita *Bonifacius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Philippo Francorum Regi. Deum time, & mandata ejus obſerva. Scire te volumus, quod in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes. & Aliud credentes hæreticos reputamus &c. Datum.* Hic, in reſponſo: *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Bonifacio ſe gerenti pro Summo Pontifice, ſalutem modicam ſive nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non ſubeſſe:* &c. *ſecus autem credentes, fatuos & dementes reputamus Datum &c.* Quis ferat iſtam tantam hominis, & Papę proterviam, ut qui à longiſſimo tempore ſolitus fuit electionis ſuæ confirmationem petere ab Imperato-

eo res ſuas provexit, ut ſui juris factus, jam nec Impera-
rem curet, nec ejus exſpectet conſenſum vel approbatio-
m, ſed verſis vicibus ipſe Imperatorem eò uſque ſibi ſubje-
, ut abſque ejus nutu & confirmatione ille nec poteſtatem
c nomen quidem Imperatoris ferre poſſit: & qui ab Impe-
toribus non ſemel antea depoſitus fuit, ipſe aliquando Im-
ratores deponere,& alios ſurrogare jā auſit? Extant Honorii
mp. Reſcripta anni ccccxix. in cauſa Eulalii,& Bonifacii,qui-
us Bonifaciū in Pontificatu confirmat,reprobato Eulalio ſci-
ſmatico.& an.cccclxxxiii.Regis Odoacris edictū:ne ſine ejus
conſultatione cujuſlibet celebraretur electio. Similiter Regis
Theodorici an. ccccxcviii.Atq;A.dcclxxiv.Adrianus P.Ro.
mę convocatâ cliii. Epiſcoporum,& Abbatum Synodo,Ca-
rolo Magno,qui ab eo Romam,ad liberandam à Longobardis
Italiam, accerſitus venerat, profligatis iis, decernit jus eli-
gendi Pontificem: quod præter Hiſtoricos, ipſe Gratianus
quoque refert lxiii. Diſtinct.c. 22. *Hadrianus autem papa cum univerſa ſynodo tradiderunt Carolo jus & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem: dignitatem quoque patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper archiepiſcopos & epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere deffinivit: ut niſi à rege laudetur & inveſtiatur epiſcopus, à nemine conſecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit: & niſi reſipiſceret, bona ejus publicari præcepit.* adde & can. ſeq. *Agatho.* Quorum veritatem, quam ſolus evertere molitur Baronius, tuetur in *Rationali Conſtitutionum Imperialium* Melchior Goldaſtus, in initio. Nihilque in hiſtoriis & Imperatorum,& Paparum frequentius, quam audire, ab Imperatorum arbitrio dependiſſe Paparum electionem. Confirmavit hoc, *ad exemplum Adriani*, Leo P. viii. Ottoni i. a. Dcccclxiv. *Idcirco ad exemplum beati Adriani, Sedis Apoſtolicæ hujuſmodi Epiſcopi, cujus vitam & actionem ſatis diſcretam audivimus, qui rationabilis admodum ſuis ſpiritualibus ſanctionibus Domino Carolo victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum regni Italiæ & Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Sedis Apoſtolicæ conceſſit inſuper & E-*

piſcopatuum inveſtituras, velut ipſi cum diſcretione & reverentia libitum ſuerit, præter quos tam Pontifici ſummæ Sedis quàm Archiepiſcopis ipſe Carolus reliquit. Igitur nos Leo Servus ſervorum Dei, Epiſcopus, ad idem exemplum beati Adriani, cum cuncto ſimiliter Clero & univerſo populo Romano, omnibuſque ordinibus hujus almæ Urbis, ſicut in ſuis ſcripturis apparet, conſtituimus, & confirmamus & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus atque largimur Domino Otthoni Primo, Teutonico, Regi doctiſ-
,, *ſimo.* De hoc Chronicon Colonienſe ita: Leo VIII. vi-
,, dens fraudes in electione Paparum uſitatas, inſtituit, nul-
,, lum Papam abſque Imperatoris conſenſu eligendum eſſe:
,, etiam licere Imperatori Epiſcopos & Prælatos inſtituere, ut olim III. Diſt. in Synodo congregatis. Quod & Carolo M. Adrianus dederat. Otto III. in Conſtitutione de jure ac poteſtate Imperii, a. DCCCCXCVIII. *Silveſtrum magiſtratum noſtrum Papam elegimus, & Deo volente ipſum ſereniſſimum ordinavimus & creavimus,* Henricus II. a. CIↃ XIV. in Conſtitutione, quâ confirmat donationes Eccleſiæ Romanæ factas, conditionem addit, ut electus Pontifex non conſecretur ſine Imperatoris confirmatione. Epiſcopi Germaniæ a. CIↃ LXXVII. Comitiis Wormatienſibus, in cauſa Henrici IV. adverſus Hildebrandum P. inter alia ſic loquuntur: *cum tempore Nicolai Papæ Synodus celebraretur, in qua centum viginti Epiſcopi conſederant, ſub anathemate hoc ſtatutum & decretum eſt, ut nullus Papa fieret, niſi per electionem Cardinalium, & approbationem populi, & per conſenſum & authoritatem Regis. Atque hujus Concilii ſeu Decreti tu ipſe author & perſuaſor ſubſcriptorque fuiſti.* Semper hæc lis agitata inter Cæſarem & Papam, penes quos Eccleſiaſticorum, etiam Paparum, inveſtitura, uti loquebantur, eſſet. Hoc ad ſe Papa rapiebat, de omnibus per Imperium, ne alia nunc orbis regna dicam, Epiſcopis: atq; Imperator, ſibi id deberi aſſerebat. Non ego nunc adeo de utriuſque & Imperatorum & Paparum adverſus ſe invicē factionibus ac ſtudiis judicium perſequor, ac narratorem ago; ut videatur, quo Papa Romanus jam res produxerit ſuas,

ut

ut ſubjecto ſibi Romano Imperatore, cui ipſe ante ſubdititius fuit, ejus coronationem adeo à ſe dependere fecerit, ut abſque hac ne Imperatorem quidem dicendum, quamvis ab Imperii Principibus electum, arbitretur. Non multum curo hierarchiam eccleſiaſticam, vel Paparum, vel Epiſcoporum, minus eorum quando politici evaſerunt, à quibus ſc. pendeat eorum conſtitutio, ſive electio, aut confirmatio; ſed quod attinet jus Eccleſiaſticum, de conſtituendis ut ſic Eccleſiaſticis, juſte hactenus Imperator adverſus Papam egit, qui ſibi poteſtatem arrogabat in Eccleſias ad ſe neutiquam ſpectantes, quibus ſolummodo conabatur κυριεύειν. At nec Imperator excuſſa illa Papæ, ipſe uſurpare debuit, quatenus Eccleſiaſtica, non politica ſunt. Itaque utrique male pro ſe egerunt, ubi neutri jus in Eccleſias competebat, ſed ad Imperatorem quidem decuiſſet in ordinem redacto Papâ, jura Eccleſiæ eccleſiaſtica defendere & tutari, ſed quomodo quis bona & jura pupillorum quorum curam habet eaque non ſibi arripit, ſed pupillis conſervat, Eccleſiæ ab Imperatore protegendæ ſuum jus ſervandum, relinquendumque, non ab alieno, ſeu Papâ, ſeu Imperatore, uſurpandum fuerat. Cæterum infiniti operis eſſet, per hiſtorias omnes, vel Paparum electiones oſtendere, ut confirmationes illæ ſuas ab Imperatore ſemper habuerint, præterquam quod notum ſatis etiam illud cuivis eſt, Paparum plurimos ab Imperatoribus depoſitos olim fuiſſe. Vide obſecro id nunc, ut mutatâ adeo ſabulâ, in Imperatorem nunc Papa teneat, quod antiquitus, & tamdiu in Papam poteſtatis obtinuit Imperator? Hic illum eligere, vel confirmare, vel etiam, ubi res exigebat, deponere ſolitus, nunc ab iſto ex adverſo eligi, confirmari dicitur, aliquando etiam deponi: quin, uti neceſſarium fuit, ab Imperatore Papam conſtitui, ita nunc viceverſa, nihil omnino Imperatori in Papam juris relictum, in cujus electione nequaquam amplius vel Imperatoris vel Regis alicujus conſenſus aut approbatio exſpectatur aut petitur, ſed eliminato jam Imperatore, à ſolis eligitur & confirmatur Cardinalibus. At-

que ſi id ſolum eſſet, ut mutuo à ſe liberi exiſterent, neque dependeret, non Imperator à Papa, ut nec Papa ab Imperatore; ſed neſcio quo malo, & Imperii fato factum, ut in Imperatorem tenuerit Papa tantum poteſtatis, & illius ab eo hucuſque pendeat dignitas, ejuſque confirmatio & coronatio, ut abſque ea ne Imperator quidem dicendus videatur? Coronationem, & benedictionem Pontificalem ambierunt, fateor, jam olim à Papa & Epiſcopo Romano Imperatores, pro humanitatis, & quaſi religionis aliquo officio, majori certe ac decuit: indeque pro ambitione ſua, & iniquitatis iſto operante myſterio, jus & debitum Papa, ac legem fecit. Imprudentes Imperatores atque intempeſtive nimium humani erga Papam, quod honoris ei detulerunt acceptum ab eo, atque abuſum graviter fuit, proque lege habitum, ac ſancitum id deberi ſibi, neque ut aliter unquam liceat. Quis ante Fridericum I. ex univerſo Imperatorum catalogo viſus audituſve eſt Papæ equitanti, vel ex equo deſcendenti pedaneum tenuiſſe? vel quis in eo aliquid pręter inſolitum humanitatis officium ſpectet? Papæ tamen exinde legem conſtituerunt, uti mox videbimus, ut ſemper quando Romæ fuerit Imperator coronandus, hoc officium Papæ præſtare teneatur. Non dubito, quin ſi unquā Fridericus cogitare potuiſſet, illo ſuo facto adeo abuſuros fuiſſe Papas, & debitum ſibi officium, & legem ſequentibus Imperatoribus inde extructuri fuiſſent, quod nunquam illud commiſſurus fuiſſet, vel daturus exemplum, quo ſolo in magnum Imperii præjudicium talem legem conſtituiſſent. Atque eodem pacto cum Imperatorum à Papis coronatione ſe res habuit. Ex religione quidem quaſi aliquâ, ſed liberâ, neutiquam ad hunc vel illum Epiſcopum, aut ſedem aſtricta coronari cupierunt; à Romano Epiſcopo Imperatores: & hoc liberum fuit, ut à ſacerdote, quemadmodū loquebantur, fieret; & à Romano. Hic à honore iſto in propria commoda & arrogantiam verſo, utrumque fecit neceſſarium: neque hoc ſolum, ut ſacerdotalem quaſi benedictionem & conſecrationem conferat, quod ſpirituale & Eccleſiaſticum videri poſ-

ſet,

ſet, ſed ulterius, exertis in ipſum Imperium ejuſque politica ſuis alis, majeſtatem Imperii à ſe dependere, & ſuum eſſe hoc beneficium, neque abſque approbatione & confirmatione ſuâ Imperatorem rite quamvis electum, vel Imperatoris nomine, titulo, aut juribus uti ante coronationem poſſe, credi voluit; quamvis reclamante ſemper Imperio. Etenim à ſolo Deo imperium eſſe, atque majeſtatem illius à nullo alio dependere, vel ſubjectum alicui eſſe, jam olim Fridericus Imp. dixit: *per electionem Principum à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum* eſt. Ludovicus. IV. *Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediate à ſolo Deo.* Vnde etiam a. CIↃCCC XXXVIII. adverſus Iohannem XXII. ſcribit: *Imperator Ludovicus* IV. *divino duntaxat munere Cæſar Auguſtus.* Videlicet, uti id antea explicarat: *Imperator ex ſolâ electione eorum ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione ſeu approbatione: quorum in temporalibus non habet ſuperiorem in terris.* Sigiſmundus a. CIↃ CCCCXXXIII. epiſtolâ ad Concilium Baſilienſe ſcriptâ Senis, quando pro accipiendâ à Papâ coronatione ibi locorum ageret, interim quam non æſtimet eam abſolute ſibi neceſſariam, ſatis eo ſignificat, quādo ait: *certificantes vos, quod niſi Sanctitas ſua ſæpe dictum Concilium approbaſſet, indubie ſine ipſis coronis, quas propter facta ipſius Concilii tanto tempore prætermiſimus, ad propria rediiſſemus.* Neque ambigo, quin idem intellexerit Carolus V. in Reſcripto ſuo, ad Clementum. VII. a. CIↃ IↃXXVI. ubi conqueſtus de Papæ adverſus ſe & Imperium inſtitutis fœderibus ac colligationibus, adducens illud ex Pſalmo: *quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Adſtiterunt Reges terræ & principes convenerunt in unum*, adverſus, inquit, *non Dominum & Chriſtum, ſed adverſus Miniſtrum a Domino inſtitutum divinitus ab ipſomet Chriſto, à quo omnis pendet autoritas & poteſtas.* Cæterum: *an Imperator habeat ſuam poteſtatem immediate à Deo, vel à Papa,* (etenim hoc immediate ita intelligunt in præſenti negotio, oppoſite ad Papam) vide ex jure & rationibus late probantem Jacobum Almain, Doctorem Pariſienſem, lib. *de ſupremâ poteſtate Eccleſiaſticâ & Laicâ.* & An-

to-

tonium de Roſellis I.C. Aretinum, tractatu *de Monarchia*, ſive de poteſtate Imperatoris & Papæ, part I. Adde Iohannis de Gauduno *Informationem* pro Ludovico Imp. ubi ex variis rationibus concludit: *quod poteſtas Imperialis immediate eſt à Deo, & non à Papâ: & quod electus in Imperatorem ex ſola electione eſt Rex Romanorum, & habet autoritatem, jurisdictionem, poteſtatem Imperialem, etiam antequam inungatur, & conſecretur, vel coronetur a Papâ.* Quod non ignorarunt quoque Baſileenſes, quando poſt obitum Ludovici Imp. Bambergenſi epiſcopo cordate ita reſponderent: *Domine Bambergenſis, quemcunque Imperatorem Electores nobis dederint, hunc recipimus, etiamſi nunquam Papam requirit.* Gloſſa diſt. XCIII. c. I. *Legimus*, ita habet: *Ex ſolâ enim electione Principum, dico eum verum Imperatorem, antequam à Papa confirmetur.* Pluraq; alia in hanc eandem rem allata vide à Goldaſto, in *Replicatione pro Imperio*, adverſus Gretſerũ, *cap.* XXXVI. ubi ex variis Veterum Scriptorũ teſtimoniis, ratiobuſq; evinnicit, electum Romanorum Imperatorem ante & abſq; coronatione Papæ Imperatorem eſſe, & haberi, atq; imperialia omni jure & poteſtatis plenitudine tractare: quemadmodum Baldus ait in Conſiliis, Conſ. 326. *communem eſſe opinionem Legiſtarum, quod Imperator ante coronationem, licet tanquam Rex Romanorum, poteſt omnia, quæ poteſt Imperator, quia corona non ſit non de ſubſtantia poteſtatis. licet inferat incrementum majeſtatis & honoris.* Tum variis exemplis oſtendit Goldaſtus, Regem Romanorũ & electos Imperatores, ex ipſa electione, non coronatione Papę, Imperatores, & Auguſtos nominatos fuiſſe. Adde & Iohannis Servini Galli *Vindicias, ſecundem libertatem eccleſiæ Gallic.* ſcriptas ſub Hërico IV. ubi auctor ſolide & erudite oſtendit Regem Francorum diu etiam ante, & abſque coronatione Regem haberi: *quoad poteſtatem adminiſtrandi Regni unctio & coronatio nihil addunt.* Autorem lib. *Somnium Viridarii*, ſub nomine Philothei Achillini, quod Dialogum continet Clerici & militis, ſcriptumque ſub Carolo V. Galliæ Rege. Præterea Iohannis Garſenii Mundenſis Orationem, *de Pontificia Electi Romanorum Imperatoris Coronatione*, quæ extat inter Poli-

ti-

tica Imperialia Goldaſti, *Part.* IV. Hieronymum Balbum, de *coronatione*, ad Carolum V. Reſtaurum Caſtaldum, *de Imperatore qu.* XLVI. Simonem Scardium *de Iure, quod olim in approbandis Pontificibus Imperatores habuerunt, & quomodo vice verſa, eo ademto, Pontifices Cæſarem confirmandorum rejiciendorumve autoritatem ſibi uſurpare cæperint.* Henricum Bebelium, *pro Majeſtate & præcellentia Imperatoris & Imperii Germanorum*: ubi adverſus Leonhartum Iuſtinianum Venetum, qui ex eo etiam Imperatoris majeſtatem extenuarat, quod primo ſint Romanorum Reges,& poſt coronationem demum Imperatores,ita loquitur: *Ad quod ego tibi reſpondeo, omnium noſtrorum conſenſu Imperatorem majus nobis videri eſſe (uti probavi) quam Regem, non tamen* Regem Romanorum *alium exiſtimamus,quo ad poteſtatis exercitium, quam Imperatorem Romanum. Nam poſtquam aliquis ex noſtris in Regem Romanum eſt electus, mox omnia Imperatoris officia exercet, & (ut loquar more leguleiorum recentium) de facto habet pleniariam omnium rerum adminiſtrationem, ſupremamque poteſtatem, nec aliquid addit creatio in Imperatorem, niſi quandam ſolennitatem, & quædam ornamenta, quæ Romanus Pontifex, non nos excogitavimus. Vt igitur Rex aliquis Romanorum primum dicatur,& poſtea Imperator coronatione Pontificis, ſolum eſt Sedis Apoſtolicæ,non Germanorum, inſtitutum, ut leges in* capite venerabilem, Extra de Electione. *Nos vero Germani, dum elegerimus aliquem in Regem Romanorum, mox etiam habetur nobis Imperator: ſed illæ tres coronationes non ſunt à nobis introductæ, propter majus Imperium, ſed propter conſuetudines locorum. Primum enim Aquiſgrani, pro Regno Teutonicorum & Galliæ Belgicæ coronatur: Mediolani pro conſuetudine Longobardorum, qui ſpectant additionem Romani Imperatoris: Poſtremo Romæ, pro Romano Imperio.* Quin & hic pendet alia quæſtio, quam in Concilio Tridentino diſceptavit Antonius Quetta, de præcedentia Regis Romanorum, vel Oratorum ejus,ante Regem Franciæ. Non eſt diſputatio de excellentia Imperatoris, ſed ſiquidem tantum differat Rex Romanorum & Imperator, ut ille nondum habeat authoritatem & poteſtatem Imperatoriam ante coronationem Papalẽ,& agni-

Digitized by Google

liæ Rex à Rhemenſi archiepiſcopo conſecratur, conferri ei ab Epiſcopo dixerit Regiam poteſtatem? vel ubi ab Archiepiſcopo Toletano, Rex Hiſpaniæ; aut olim à Cantuarienſi Rex Anglorum; nunc Poloniæ Rex à Gneſnenſi, Sueciæ ab Vpſalenſi, Hungariæ ab Arigonienſi: vel à Colonięſi archiepiſcopo inungitur & coronatur Rex Germanorum, tribui ab illis ajat dignitatem Regiam? neque magis de Imperiali dici poteſt, quamvis à Papa Imperator benedictionem aut coronationem accipiat: nedum ut citra eam negetur, Imperatorem dicendum aut habendum eſſe. Vnde Ludovicus IV. in Comitiis Francofurtenſibus, a. cIↃ ccc xxxix quibus quoque Eduardus Angliæ Rex interfuit, & Imperii Vicarius generalis conſtitutus eſt, edixit, tum Electum Imperatorem, verum Imperatorem eſſe; tum coronationem ejus à Papa non tantæ eſſe neceſſitatis. *Cuique plura accedunt Principum ſuffragia, is etiam in diſcordia verus cenſeatur electus ſive Rex ſive Imperator, cum in eſſentia, idem ſint, licet nomina diverſa credantur, idemque poſſit, citra Apoſtolicæ Sedis confirmationem, Imperii jura & exercere & adminiſtrare. Debeat quoque mox idem poſt Principum inſinuationem à Pontifice inungi, ſi legitime ſit electus. Quod ſi recuſet Pontifex, poſſit à quocunque Catholico Antiſtite proclamari Imperator & Auguſtus: cum maxime inunctiones iſtæ ſolennitates tantum quædam ſint adinventitiæ, à Pontificibus excogitatæ, nomina tantum, & non res concedentes. Quis enim Romanus Pontifex conſervavit Conſtantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Chriſtianos Cæſares? & ante Conſtantinum, Ethnicos quis ſacravit Imperatores? Nec fidelitatis juramentum Pontifici tribuit Imperator, ſed obſequii ac fidei defenſionis.* Ibidemq; falſiſſimum eſſe oſtendit, quod tempore vacationis, jus Imperii ad Papam devolvatur: contra vero adminiſtrationem ejus Palatino Rheni, non obſtante Clemētina *Paſtoralis*, incumbere. Atque a. cIↃ ccc xlv cum̄ inſtaret Clemens VI. illa à Ludovico ita pro Imperio, ejuſque libertate & majeſtate conſtituta adverſus Papam, ut refigerentur, atque Imperium agnoſceretur beneficium Papæ eſſe, in Comitiis Francofurtenſibus hæc iſtorum omnia condemnantur.

Digitized by Google

Anno MCCCXLV. Legati Cæſaris Avinione revertuntur, mandataque ſcripta Pontificis Maximi ad Auguſtum perferunt, quorum hæc ſumma fuit. Cæſar VVilhelmum Occomenſem Hæreſiarcham ejus collegas & ſocios Pontifici Maximo dederet: Decreta adverſus Ioannem Viceſimum ſecundum Vicarium Chriſti retractaret, acta reſcinderet, approbaria recentaret, edicto perpetuo publice ſanciret, Imperium beneficium eſſe primarii Sacerdotis, nec ante Cæſarem eſſe aut vocari, quam ille author fieret. Hæc ubi ad Imperatorem relata ſunt Francofordiæ Proceres convocat, mandata Clementiis VI. recitari jubet. Fit Decretum: huſuſcemodi poſtulata prava, inepta, antiquata, argutiora denique eſſe, quam ſimplicitati Chriſtianæ atque Majeſtati Reipublicæ conveniret, irrita vanaque declarata ſunt; Flamineſque Avinionenſes ſecundis rebus oblitos humanæ imbecillitatis nullum modum neque dicendi neq; faciendi niſi quem velint, noſcere promulgatũ. Quę confimata ſũt a. clↄ ccc xl ix. à Gunthero Swartzenburgio Imperatore, electo à Moguntino, Saxone, Brandenburgico, quum alii Carolum Bohemum à partibus Pontificiis ſtantem, & ab ipſo confirmatum ſequerentur, Colonienſis. Trevirenſis, & Bohemus. ergo in civitate francof. VI. idus Martii tale factũ edictum à Gunthero fuit Cum: prædeceſſor noſter, Dominus Ludovicus felicis recordationis Romanorũ Imperator, legẽ condiderit, in qua decrevit, Electum in Francofurt in Regem Romanorum à Principibus Electoribus, aut majori eorum parte, adminiſtrationem Imperii ante confirmationem Papalem habere plenam & omnimodam, nos habitu Principum noſtrorum conſilio, tam ſpiritualium quam ſecularium, poſt electionem noſtram ab omni Clero & populo probatam & confirmatam, eandem legem hoc edicto noſtro in perpetuum valituro renovamus & ratificamus, renovatamque & ratam eſſe jubemus, decernimuſque omnes proceſſus adverſus illam inſtitutos fuiſſe & eſſe nullos, Pontificumque Romanorum acta & dogmata adverſus eam habita Chriſtianæ doctrinæ & Apoſtolicæ repugnare, cum ipſe Pontifex ſecundum omnia jura divina & humana debeat ſubeſſe Imperio, nec Imperator in temporalibus illi aut ulli perſonæ in terris ſubjectus eſſe noſcatur. Quænam ergo hæc ſuperbia eſt, quæ nova & inaudita tyrannis, ut Princeps Romanorum legitimis ſuffragiis Electus, publicæ libertatis author, libertate pri-

ve-

vetur, ut cujus eſſe debent omnia, ipſe non ſit ſuus? Et tamen illa ſecus perſuaſum nobis cupiant Papales; neque alia ex cauſa eſt quod in ſua Bulla Innocentius dicit, *Ferdinandum Imperatorem Electum*, non plenum, non abſolutè aut ſimpliciter dicendũ Imperatorem; duntaxat electum. Denique hanc poteſtatem ſuam ſc. ut palam exerceret Papa, ejuſq; recuperaret uſum, haud ita pridẽ Gregorio XV. conſultũ à Michaele Lonigo, Vaticani in Scriptis digerendis præfecto, in causâ Maximiliani Bavariæ Ducis, quãdo agebatur de eo perſuadendo ut obtentæ dignitatis Electoralis confirmationem peteret à Papa: quo pacto ut Auctor in initio loquitur, tantum Papa brevi lucrifeciſſet, *quantum ne ducentorum quidem annorum curriculo ab ſuperioribus Pontificibus acquiſitum fuit; aut potius, ut verius loquar, rurſum illud vindicaret, atque redimeret, quod à Gregorii* XI. *temporibus ad hæc uſque noſtra de juribus, quæ in conſtituendis rebus, & ordinibus Imperii ad Eccleſiam attinebant, cæteri amiſerunt.* Quæ hæc jura? videlicet, in Electionibus Imperatorum, *ut nemo unquam ſine ipſorum aſſenſu, aut Sedis Apoſtolicæ legatorum interventu, ad Imperii culmen adſcenderit.* Neque poſſit *Imperator electus ſe rebus adminiſtrandis admiſcere, niſi prius à ſummo Pontifice electioni præſtitus eſſet aſſenſus, & elargita confirmatio.* Vides, quid ſignificet dicere Imperatorem electum, nempe ut non poſſit ſe rebus Imperii adminiſtrandis miſcere. Quod an ita intelligat Ferdinandus, & Imperii hodie Principes, vehemẽter equidem dubito. De clandeſtina aliqua Imperatoris à Papâ confirmatione, dicere nequeo: hoc ſcio, publice & palam, nec ab hoc, nec à pluribus inante Imperatoribus Romanam confirmationem, minus coronationem expetitam fuiſſe. Et tamen hoc illud eſt, inquit Lonigus, *ex quo inferunt Doctores, non ſufficere Imperatori electionem, ſed neceſſario indigere Pontificis confirmatione. Quo caſu non ſolum electionis forma perpendi ſolet; verum etiam ipſius electi perſona, cum non ſit abſonum, ut electio legitimè facta appareat; hominem autem electum dotes illæ deficiant, quæ hic requiruntur; ita ut tanto ponderi ſit impar. Quod ſi contingat, in poteſtate Pontificis eſt, illum rejicere, & ab illius dignitatis faſtigio abdicare.* Quidquid

Digitized by Google

utilitatibus ejus cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura, ac jus, quantum divino fultus adjutorio fuero, ſecundum ſcire & poſſe meum recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & hac ſancta Dei Euangelia. Quod idē habetur in Clemētinâ, *de Iure jurando cap. Romani Principe.* Carolus V. quando Bononiæ. a. cIↃ Icxxx. coronaretur à P. Clemente VII. hoc juramento uſus perhibetur: *Ego Carolus Romanorum Rex, & brevi Dei gratia futurus Cæſar, per Deum, Divinumque Petrum promitto: polliceor, teſtificer atque juro, ne inpoſterum pro viribus, ingenio, & facultatibus meis, Pontificiæ dignitatis & Romanæ Eccleſiæ perpetuum fore defenſorem, nec ullam Eccleſiaſticæ libertati vim illaturum: ſed poteſtatem, juriſdictionem & dominationem ipſius quoad ejus fieri poteſt, conſervaturum ac protecturum. Cujus rei teſtem voco Deum ipſum & hac ſancta Euangelia.* Nempe tot tantiſq; juramentis ſibi iterato devincit Imperatorem Papa. Melius certe Henricus VII. Lutzelburgēſis, qui referente Aventino, Annal. Bojorum lib. VII. Italiam pro coronatione obtinenda ingreſſus, reſcripſit ad P. Clementem V. Imperatorem Romanum Pontifici Romano juramentum præſtare non debere, cum ſit *res inuſitatiſſimi & novi exempli, Principem & Dominum orbis terrarum ſervo ſervorum fidelitatis juramento obſtringi.* Contrà deceret potius, ut Papa juramentum prędtaret Imperatori: quemadmodum Fridericus I. quando Cardinales nomine P. Adriani, inter alia ſtipularentur: *Nuntios ad Urbem, ignorante Apoſtolico, ab Imperatore non eſſe mittendos, cum omnis magiſtratus inibi B. Petri ſit cum univerſis regalibus. Epiſcopos Italiæ ſolum ſacramentum fidelitatis ſine hominio facere debere Domino Imperatori. Neque Nuntios Imperatoris in palatiis Epiſcoporum recipiendos.* Bene reſpondit, ſua quum illa loca eſſent, & palatia, & urbem, ſe quoque eorum agnoſci debere dominum, & Imperatorem. *Epiſcoporum Italiæ ego quidem non affecto hominium, ſi tamen & eos de noſtri regalibus nihil delectat habere. Qui ſi gratanter à Romano Præſules* Quid tibi & Regi? *conſequentur quoq; eos ab Imperatore non pigeat audire:* Quid tibi & poſſeſſioni? *Nuntios noſtros non eſſe recipiendos in palatiis Epiſcoporum; aſſeritur: Concedo, ſi forte aliquis Epi-*

tem-

tem in noſtro ſolo & allodio ſunt palatia Epiſcoporum, cum profe-ſto omne quod ædificatur ſolo cedat, noſtra ſunt & palatia. Injuria ergo eſſet, ſi quis Nuntios noſtros à Regiis palatiis prohiberet. Legatos ab Imperatore ad urbem non eſſe mittendos affirmat, cum omnis magiſtratus inibi B. Petri ſit cum univerſis regalibus. Hæc res, fateor magna eſt & gravis, gravìorique & maturiori egens conſilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & ſim: ſpeciem tantum Dominantis effingo, & innane utiq; porro nomen ac ſine re, ſi Vrbis Romæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa. Regrediendo ad coronationẽ Imperatoris à Papâ, de quâ ſermo noſter inſtitutus erat, ante eã, & Romæ jã exiſtens Imperator, in convivio ſedet poſt primum Epiſcopum Cardinalem; ſi quis Rex adſit quoq;, hic locum poſt primum preſbyterum Cardinalem capit, neuter ante illos. Vbi verò coronatus eſt, tum ſedet Imperator in ſede inſtructa inter Papã & primum Epiſcopum Cardinalem: Rex poſt Cardinalem primum. Sunt enim ut tres vulgò ordines in Clero, Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, ita trium ordinum Cardinales; epiſcopi Cardinales, & preſbyteri, & diaconi. Et quando jam cum Papa per urbem equitaturus eſt, fit hoc ſub eodem, uti loquuntur, Baldachino, latus Papæ ſiniſtrum tenente Imperatore, *traditis ſceptro & pomo uni ex ſuis, prævenit ad equum Pontificis, & in honorem Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, cujus vices Pontifex in terris gerit, tenet ſtapham quoad Pontifex equum aſcenderit. Et deinde accepto equi fræno per aliquos paſſus ducit equum Pontificis.* Quo in officio quod minus verſatus eſſet, errorem ſuum, quando dextram ſtapham pro ſiniſtra teneret, falſe (uti notum) excuſatum ibat imperator Fredericus. Et quid quæſo Romæ, in iſta coronatione, quam tantopere urgent Papæ, Imperator emolumenti capit, aut honoris, ſive ſibi, ſive imperio? profecto nil niſi ignominiam, dedecus, damnum incurrit, & proſtituendæ omnibus ſuæ majeſtatis certum periculum. Atque iſta ſunt, quæ ſub eo continentur, quando non aliter Papa Imperatorẽ, quam *Ferdinandum Romanorum Regem & Imperatorem electum* nominat, nempe nondum coronatum, & à Sede ſua, ſaltem non publicè & ſolenniter,

Digitized by Google

approbatum, confirmatumque, ac proinde non Imperatorem ſimpliciter, non Auguſtum appellandum.

X. *Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum*) Gregorius I. Regem Francorum appellavit Catholicum. Gregorius IX. Chriſtianiſſimum, atque ita Innocentius IV. Vrbanus IV. & ſubſequentes. Quin titulum Regis Chriſtianiſſimi Regi Romanorum aſſeruit Henricus Bebelius, atq; aliorum exemplo: *ego in ſcriptis meis*, inquit, *Regem noſtrum Maximilianum appellito* Chriſtianiſſimum, *exemplum divi Ambroſii, & aliorum, qui Imperatores Chriſtianiſſimos ſcribunt, exemplo Romanæ Eccleſiæ, quæ in die Paraſceves pro Cæſare orans dicit:* pro Chriſtianiſſimo Imperatore Romano. *Ita habent libri ſacri tam recentes, quam vetuſti.* Alterum Regis Hiſpaniarum titulum *Catholici*, a. cIↃ CCCCXCII. Ferdinandus & Iſabella Reges Arragoniæ & Caſtellæ, poſt ejectos Hiſpaniâ Mauros, & receptam Granatam, ob erectâ adverſus Iudæos & Muhammedanos Inquiſitionem, ab Innocentio P. VIII. primi adepti ſunt. Bzovius, *Annal. Eccleſiaſt. Tom.* XVIII. Alii dicunt, a. Iulio II. Adrianus Meerbeeck, in *Chronico Vniverſali ad A.* 1610. Fruſtra ſunt, qui tituli illius cauſam arceſſunt, jam inde ab a. IↃ CXXXVIII. ex Concilio Toletano VI. ubi Regum Hiſpaniæ commendatur fides & zelus pro catholicæ religionis defenſione adverſus Iudæos, eo quod ibi dicitur, quod Rex non ſinat degere in regno ſuo quempiam qui non ſit catholicus, quodque Rex in ſuâ inauguratione teneatur jurare, ſe catholicam non permiſſurum violari religionem; quaſi quod ibi nomen catholici occurrit in Synodo Hiſpaniæ, idque quando ſermo de Rege eſt, ejuſque erga Eccleſiam & fidem devotione, ſequatur, *haud eſſe recentem* titulum Hiſpaniarum Regum, ut Catholici cognominentur: quemadmodum imperitè inde colligit Baronius, *Annal. Tom.* VIII. atque ex eo Dionyſius Mutzaerdt, in ſua *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, qui alterum illud de Regibus Arragoniæ, & dato illis titulo iſto, hiſtoriam eâ attingens, nequidquam tamen memorat; ſcilicet vetuſtiorem titulum cupiens, & originem, aliamque, quam revera ſit. Et ſuper antiquitatem quidem potiſſimum fundant Galli jus præeminentiæ

 ac

ac præſeſſionis Regis ſui, ante Regem Hiſpaniæ, quem appellant Catholicum: uti apparuit in Oratorum Galliæ Regis Caroli IX. Proteſtatione, in Concilio Tridentino facta a. cIↄ Iↄ lxIII. quando ſecus fieret, & Oratores Hiſpani Regis, poſt Imperatoris, locum caperent primum; cujus omnem culpam in ſolum rejiciebant Papam Pium IV. cujus ajebant *imperium detrectamus, quæcumque ſint ejus judicia & ſententia, rejicimus, reſpuimus & contemnimus. Et quamquam, Patres ſanctiſſimi, veſtra omnium religio, vita & eruditio magnæ ſemper fuit & erit apud nos auctoritatis, cum tamen nihil à vobis, ſed omnia magis Romæ quàm Tridenti, agantur: & quæ hic publicantur, magis* Pii Quarti *placita, quam Concilii Tridentini Decreta jure exiſtimentur, denunciamus & proteſtamur, quæcumque in hoc Conventu, hoc eſt, ſolo Pii nutu & voluntate, decernuntur & publicantur, ea neque regem Chriſtianiſſimum probaturum, neque Eccleſiam Gallicanam pro Decreto Oecumenici Concilii habituram. Interea, quotquot eſtis Galliæ Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Doctores, Theologi, vos omnes hinc abire Rex Chriſtianiſſimus jubet, redituros, ut primum Deus Optimus Maximus Eccleſiæ Catholicæ in generalibus Conciliis antiquam formam & libertatem reſtituerit: Regi autem Chriſtianiſſimo ſuam dignitatem & Majeſtatem.* Iam cauſas attendere oportet, propter quas motum ſe profitetur Papa, ad pacem, inter tantos orbis Chriſtiani Principes ictam ratamque, abrogandam. In genere primum ait; quia *graviſſima Religioni Catholicæ, divino cultui, Sedi Apoſtolicæ, & Romanæ, ac inferioribus eccleſiis, Ordinique eccleſiaſtico, ac Iuriſdictionibus, Auctoritatibus, Immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, privilegiis, pactis, turnis, ac juribus illorum illata fuerunt præjudicia.* I. de illatis Religioni Catholicæ, divinoque cultui præjudiciis, à Rege Chriſtianiſſimo, uti appellat, hic ipſe viderit: vel potius de factâ ſibi tantæ impietatis dicâ & injuria. II. Quid hæc jura ſonent in Eccleſiâ Romanâ, quæ hic recenſet, & per pacem everti conqueritur, nil attinet multis explicare: potius id conſiderent omnes, num hæc tanta ſint omnia, ut propter ea tanti moliminis uſuſque pax negli-

Digitized by Google

gi aut reſcindi debeat:annō omnia ſint & inſtitutionis & commodi duntaxat Papalis,ut in horum gratiam Reſpublicæ conturbari, & devaſtari bello tam crudeli & diro, quale Germanicum fuit, debeant. Denique & quis non videt hinc, tum quis belli flabrum moveat, unde & qua ex orbis regione turbines ac tempeſtates illæ veniant;tum quæ intima,& efficaciſſima, religioſaque bellandi hactenus cauſa fuerit & ratio, videlicet pro juribus, authoritate, ditione, & bonis Papalibus. Sane res Paparum dederunt bello iſti & ſpiritū,& motus. III. Si Papa ita judicet de pace initā inter Imperatorē & Suecum; tum Gallum; quid cenſes illum de noſtrâ pace Belgicâ ſtatuere, & de Catholico ſuo Rege Philippo? annon & hæc pax, quamq; ipſe Rex maximopere urſit,juribus, auctoritatibus,& bonis, quæque his ſimilia, ſuis videtur eſſe præjudicio? procul dubio magis ac illa, ſive cum Sueco, ſive cum Gallo, ab Imperatore facta:& quid ergo?an & noſtram irritā dicere,improbamque,& execrandam? vel uti hic in Bullâ loquitur, de pace Germaniæ, quod *ipſo jure nulla, irrita, invalida, iniqua, injuſta, damnata, reprobata, inania, viribuſque, & effectu vana omnino fuiſſe, eſſe, & in perpetuo fore, neminemque ad illorum, & cujuſlibet eorum, etiam ſi juramento vallata ſint,obſervantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum coloratum, vel cauſam præſcribendi, etiam ſi longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio etiam citra ullam interpellationem, ſeu interruptionem ſubſequatur, acquiſitum fuiſſe, nec eſſe, minuſve ullo tempore acquiri,& competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere,vel feciſſe, atq; perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, pro non extantibus,& non factis perpetuo haberi debere, tenore earundem præſentiū,decernimus, vel declaramus,*atq; uti ſequitur,articulos pacis præfactos *& poteſtatis plenitudine penitus damnamus, reprobamus,nullamus,caſſamus,annullamus,viribuſque & effectu vacuamus?* De pace noſtra neque benignius eum ſentire vel loqui,neque imo poſſe ex ſuis hypotheſibus & regulis, quis queat dubitare?& vel eo ergo nomine,eum inceſſurum Regem Hiſpaniæ, ut ibi Imperatorem, & Regem Galliæ, niſi id jam fecerit, vel

Digitized by Google

clam omnia premantur, & colludat tacite neſcio cum quibus in noſtrã perniciem, quo ſubtilius tutiuſq;, eo fortius & magis pernitioſe, quid dicemus? ſaltem cauſarum nihil Papæ deeſſe æque pacem Belgicam exagitandi & damnandi, (quamvis id Belgæ curemus nihil, quin rideamus potius; ſed ad Pontificios nunc loquimur & clientes Papę) religione Papiſtica eliminata & damnata, ſede Romana ordineque ejus peſſundato, juriſdictionibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, privilegiis, pactiſq;, turnis, ac juribus illorum conculcatis, nemo non videt; ſcilicet inde ſi cauſam arripere ei liceat, vel pacis abrogandę, vel à juramento & officio quo ad eam conſervandam tenentur homines, abſolvendi, vel clientes caſtigandi ſuos. IV. *Pactorum* hic facit mentionem, & Turnorum, id eſt, menſium Papalium: at quid iniquius, quam hæc ſervata velle, & non quoque pacta politica, adeo in uſum Reip. neceſſaria? vel in illorum gratiam reliqua omnia pacta, utcumque ſolennibus juramentis convallata, reſcindere & profanare, illis longe juſtiora atque magis utilia? *Hujus edicti æquitas naturalis eſt, quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt ſervare?* inquit Vlpianus, *D. de Pactis l.*1.

XI. Pergendum nobis juxta Bullam, videndumq;, ut probet Papa iſtam ſuam jam notatam aſſertionem, vid. per pacem Germaniæ tantum religioni Catholicę, divino cultui &c. fieri præjudicium: *Etenim pactionibus*, inquit, *partim utriuſque, partim alterius pacis hujuſmodi inter alia bona Eccleſiaſtica, aliaque ab Hæreticis occupata, illis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum addicuntur*) 1. Quidquid conqueſtus fuit de pacis iniquitate & improbitate, utrique vult applicatum, & ei quæ Monaſterii, inter Imperatorem, ac Suecum; & quæ Oſnabrugi, inter Imperatorem, & Gallum icta eſt. quod in hac quidem magis mirandum, non inita niſi inter partes Romanæ religioni, Pontifici & ſedi addictas, utrumque Papæ filium. II. Hoc annon ridiculum? ſi modo fas ſit in re tam gravi ridere: ad probationem, quod pax Religioni Catholicæ, divino cultui

tui &c. inimica ſit & adverſa, rationem adferre primam præcipuamque à bonis Eccleſiaſticis, iiſque jam ab aliis, bello occupatis. Ergone religio Catholica & divinus cultus in ſolis bonis illis, vel etiam præcipuè ſitus? atque illius dignitas & res hinc æſtimandæ, & quidem principaliter? Hoc non religio, non cultus, non Chriſtus, docent; ſed Chriſtianæ religionis eſt hæc quidem præcipua regula, uti pacem ante omnia venerari ac tenere, ita bona terræ opeſque minus æſtimare, quin contemnere præ ſola pace ac religione. Profecto turpe eſt tanti terrena illa facere, & tam exigui pacem, quæ intereſt univerſi mundi, nec minus Eccleſiæ, ut habeatur atque ſervetur. Rom. XIV. 17. ***non eſt regnum Dei cibus & potus***: neque in bonis, quibus illa comparantur, ſumma religionis conſiſtit. Sive pacem conſideremus, & hanc ipſam, quam nunc Germania poſſidet, atque utinam poſſideat! ſive religionem: utrique tanto inferiora illa bona ſunt, quę hic Papa loquitur, quibuſque in bello non minus caruit, ac jam, ut nec propter illa rumpenda pax tanta, nec in iis ponenda religionis cauſa videri debeat. Et tamen ſcio, ob nullam adeo cauſam, bellum illud funeſtum hactenus à Pontificiis partibus geſtum, & à Papa incitatum fuiſſe, ad tantam hominum Eccleſiarumque, & religionis ſtragem, quam ob ſola bona iſta, quæ dicunt, Eccleſiaſtica, quomodo repetere illa poſſent, per vim & arma, quæ Proteſtantibus jam dudum per fœdera attributa, atque occupata ab iis fuerant. Hoc Collegiũ Cardinaliũ nuper in cauſa Ducis Bavariæ, & confirmandi à Papa ei Electoratus ſpectabat etiam, quod hoc pacto optime, non ſolum jura à ducentis uſque annis & ultra, in conſtituendis rebus & Ordinibus Imperii, ſed quoq; poſſeſſionem bonorum Eccleſiaſticorũ recuperare Papa facilius poſſet. Vid. ipſis religionis anima ſunt bona, & dominandi quaquaverſum poteſtas III. Totius Bullæ Papalis tria hæc ſunt quaſi elementa, *ambitio, avaritia, perfidia:* ex ambitione ſibi res arrogat Imperii, atque de iis pronunciat, diſponit: ex avaritia, & ſola bonorum cupiditate conturbat & damnat pacem, omniaque: nec

 hoc

hoc efficere poteſt, niſi ruptis omnibus juramentis, fide, qua tum ad ſervandam pacem, tum ad obediendum ſuis Superioribus homines tenentur. Notum, quod olim Græci reſponderunt P. Iohanni XXIV. *Ambitionem, nec avaritiam tuam toleramus. Diabolus tecum: Deus* autem ſit *nobiſcum.* Avaritiam ſuam hoc paragrapho manifeſte prodit; ſed quam à multis ſeculis viri quique docti, pii, cordati, Eccleſiæ, Reges, Principes, in iſto homine & Curia diu acriterque jam olim notarunt. Auctor libelli Italici, haud ita pridem ſcripti (quis enim vetera, & à Reformatoribus jam diu, variis ſcriptorum catalogis prodita hac ſuper re gravamina & querelas repetat?) Il Divortio celeſte, lib. 1. *Chriſto con ſi puoco pane, & con ſi puoco peſce habbia ſatiate tante milla perſonne, mentre hora, ſi vede, che Chriſto con tanti millioni d' Oro appena può ſatiare l' appetito d'un ſolo Pontefice*: atque in hunc ſenſum paſſim loquitur. IV. Iſtaque eo minus ferenda, quo, ſive attendamus quo pacto *acquirat* ſua, quę vocat Papa, bona; vel *poſſideat*; vel denique *utatur* iis, indignum eſt ut pro bonis, quę pleraque injuſtâ *rapacitate* corraſit, & ſuperfluâ *opulentia* tenet, neque aliter quam in *luxum* impendit, violetur pax, religio, & quod ſacri bonique Chriſtiana colit reſpublica. Quis Curiæ Romanæ rapacitatem ignorat? vel quis Scriptorum eam non perſtrinxit ac damnavit diu, ſæpiuſque? adeo ut jam olim dictum creditumque ſit, Harpyas ſuâ relictâ inſulâ Romam commigraſſe, atque in Curia Papali ſedes fixiſſe. Quod inter Alphonſi Regis dicta, refert Panormitanus. Mantuanus, lib. III. de calamitate Imp. *per tecta, per aulas Harpyia, funeſta lues, luxuq;, fameq;, Infeſta volitant.* Aliis, Romam à rodendo dictam eſſe, ſcribentibus. Petrus Caſſiodorus, in epiſt. a. clɔcccII. qua Anglos de Papalibus exactionibus præmonet, ita loquitur: *verè in ſcrinio Papæ legitur illud Prophetæ Ieſaiæ*, 8. 1. *propera ad rapinam, feſtina ad prædam. Chriſtus pro ſe & Petro tributum ſolvit, hic regna ſibi ſubjicere conatur.*

At nos teutonico cupientes parcere Regno
Et ſimul injuſtas Cleri prohibere rapinas &c.

Tum

Tum ratione habita ipſorum *opulentiæ*, quidni Papæ reſpondeamus quod Ludovicus Galliæ Rex, dictus Sanctus, olim iis qui tenues reditusquerebantur Monaſterii alicujusab ipſo ædificati: ſatis illis adhuc eſſe, modo probi ſint. Quid attinet ut corona Pontificis triginta aureorum millia valeat? quod de eâ quæ Felicis P. capiti impoſita fuit, refert in Commentario Concilii Baſileenſis, Æneas Silvius. vel ut ad eam gemma hæreat, quæ ſex millibus ducatorum æſtimetur? qualem ab eâ in conorationis Clementis tumultu excidiſſe, memorat Platina. vel ut tam ſumtuoſa inſtituatur coronatio, qualis Leonis x. fuit, omnium quæ unquam fuere maxime prodiga, ut quidem teſtis eſt Guiccardin, *Bell. Italic. lib.* xi? quo die centum millia ducatorum à Papa diſtributa fuiſſe, *quamvis prudentiores judicarent, eſtiuſmodi pompam Papam parum decere*, ſcribit. Qui lib. ix. refert, Iulium II. coronam ſuam ideo Florentiam miſiſſe, ut pretioſiſſimum hoc inſtrumentum à Gallorum furiis ibi tutius ſervaretur. Quid refert, ut filiæ ſuę Papa queat in dotẽ dare, quod Alexander VI. quando jam quartò ſuam Lucretiam elocaret Alphonſo, centum ducatorum millia, præſente pecunia? uti Guiccardin refert, *lib.* v. Quis neget, ſupra modum ingentes reditus Papam poſſidere, qui cum ſciat quotidie in reditibus habere 26000 coronatorum? qui, quos ei varię orbis *regiones*, Eccleſię, aut Italia; & ſuum, quod appellat, patrimonium Petri; vel artes ſuæ Papales, annatæ, reſervationes, beneficia, atque iſtud generis *religioſa commenta*; aut deniq; ſui *emiſſarii* nuntii, legati corradunt ubicunq; theſauros, expenderit? Quando Clemens IV. ſuperato Manfredo, Carolum Provinciæ comitem Regem Siciliæ ac Ieruſalemi diceret, conditionem adjecit, ut propterea Rex ſingulis annis quadraginta aureorũ millia in Papæ ærarium conferret: ſic Platina, Stella: longe plura exacturus, ſi ditionem pacificã dediſſet, addit Molineus, Comm. *de Monarch. Francorum*. Ex patrimonio ſuo, quod ita appellat Papa, ex Ducatu Beneventano, in regno Neapolit. Comitatu Avenionenſi, in Gallia; Latio, Vmbria, Romandiola, Ducatu Spoletano, Marca Anconitana, Bono-

nia

Digitized by Google

nia,additis vaſallorū tributis,à Rege Hiſpaniæ, pro rege Neapolitano, à Duce Parmæ & Placentiæ,à Duce Vrbini,ex ditione Radicofanenſi, quotannis percipit decies & octies centena ſcutatorum millia: ita Auctor Commentarii, *de Principibus Italiæ.* qui & addit, è ditionibus ſuis Papam facile poſſe conſcribere exercitum, quinquaginta millium peditum,equitum quatuor,omiſſis adhuc feudatoriorum ſubſidiis. Quocum convenit Auctor Relationis,*de Statu urbis Romæ & Pontificis,* tempore Sixti V. a. cIↄ Iↄ lxxxv. ſcriptæ, qui ait: *ex agro Piceno & Flaminia creditur vigintiquinque millia hominum bello idoneorum & ex Patrimonio, ac Latio fortaſſe totidem educi poſſe*: adeo illud confirmat hic calculus, & adauget. Scriptus eſt a. cIↄ Iↄ lxxII. Comentariolus, *de Reditibus & expenſis pontificis Romani*,quem inſeruit ſuæ de Rep. Romana Deſcriptioni Scriverius, ubi redituum Papalium accuratam init Auctor rationem: primum, quod ex vectigalibus Romæ inferuntur Cameræ coronat. 17000. Ex ſalinis quotanis 8660. Ex frumenti molitione 16000. Tum quantū Marchia,Romana,Vmbria,Campania, Spoletum, Ancona, & reliqua loca conferant in Theſaurum Papalem,diligenter enumerat: etiam redituum magis incertorum ſummam conſtruit: quod Collectaria Hiſpaniæ annuatim cenſeatur coronat. 40000. Luſitaniæ, 20000. Proventus frumenti in Patrimonio Marchiæ, & Romaniæ, 30000. Duo primi anni P. Sixti dederunt 130000. Reliqua ibi videas. Quin ſi Papam aut Παντοκράτορας audiamus,Romanæ ſedi omnia vectigalia: ex quibus proinde,in ſubjectionis argumentum, hæc vel illa ſibi deberi perſuaſum hominibus velint. Sic *Angliam* olim vectigalem Romano Epiſcopo Innocentio III. (qui ſedit a. cIↄ cxcv.) factam à Rege Iohanne, atque illam ob cauſſam mille marcas ſterlingorum ei annuatim pendendas,aſſerunt. Quodverò de denario Petri ajunt, à Rege Inâ primum inſtituto a. Iↄ ccxl.(ad quem & ſequentes annos Iↄ cclxxv. & Iↄ ccclvII. videſis Baronii Annales: uti eundem, ad a. Iↄ ccclv. de donatione Regis Etheluphi. & ad a. Iↄ ccclxIx. regis Salomonis. & a. Iↄccclxxiv. Beorredi, Merciorum Regis) non tan-

tanquam tributum Romano Pontifici,ſed ſubſidii loco Anglis Romæ degentibus conceſſum ſuit, uti proinde exſerte in epiſtolâ Regis Eduardi a. Iↄ ccccIx. *eleemoſyna Regis* appellatur. Ipſeque Baronius, ad a. Iↄ ccclxxxvIII. Regem Aelfredum memorat,Romam Epiſcopum Vintonienſem miſiſſe, ad perferendas eo eleemoſynas. Eundemque Regem in annum ſequentem collectam univerſalem tam clero quam Laicis impoſuiſſe,Romam & Ieroſolymam pro egenis ibi locorum ſuſtentandis,mittendam. Denarius ille erat nummus argenteus,ſingulis domibus annuatim ab iis perſolvẽdus, impoſitus:de quo Polydorus Virgilius, *Hiſtor.Anglic.lib.* Iv. *&* v.Qui idem *lib.* xv. dejactata illa Regis Iohannis donatione, non aliter,quam ex famâ,& neutiquam ſervandâ à ſequentibus,ſi vel aliqua interveniſſet,donatione loquitur: *Ex quo fama eſt Iohannem cupientem perpetuare memoriam muneris accepti, ea lege feciſſe ſe Innocentii beneficiarium,ut Reges deinceps,à Pontifice duntaxat Rom.jura regni conſequerentur. Cæterum has reconciliationis leges, qui ſecuti ſunt reges, minime ſervarunt, neque annales Anglici de ejuſmodi deditione loquuntur. Quare illa omnia onera Iohanni tantummodo, qui deliquiſſet impoſita, non item ſucceſſoribus ſuſtinenda fuiſſe, ſatis conſtat.* & porro: *Apud quoſdam varie ſcriptum reperio, de his quæ inter Iohannem & Pandulphum, ſuper reconciliatione ejuſmodi geſta ſunt, quæ ut ſcriptorum arbitrio confictа, nequaquam commemoranda duximus*.Primus autem in Anglia denariũ iſtum, vel tributum Inæ, quod vocabant, ſuſtulit Rex Henricus VIII. a. cIↄ Iↄ xxxIv. *Scotiam* ſibi aſſeruit P. Bonifacius, quando Eduardo Regi, ne Scotos bello vexaret, edixit: *quod id regnum antea in Romani Pontificis fidem & poteſtatem à Scotis ipſis permiſſum fuiſset, ideoque aſseverabat, ſibi ſoli integrum eſse, cuicumque liberet, dare auferreve.* Polydorus, lib.xvII. *Galliam* etiam, ſi quis Baronio credat, Romanæ ſedi vectigalem fecit Carolus M. atque ad exemplum Angliæ, illi quoque imponere ejuſmodi denarium cogitavit. Vide Annalium ſcriptorem,ad a.Iↄ cclxxxII. ubi idem de *Saxonia* dicit; atque ad a. Iↄ ccclv. de *Hungaria*: ad a.cIↄ. narrat regnum hoc à Rege

Digitized by Google

Stephano Romanæ Eccleſiæ donatum fuiſſe. Et *Hiſpaniam*, eidem vectigalem factã, refert ad a. IↄI. & Iↄ cccxliv. De Regno *Siciliæ* notiſſima eſt hiſtoria. Tum in Oriente quas ſibi arroget Papa terras & regiones, apud eundem Annaliſtam videre licet, ad a. Iↄ cclx. Laurentius Banck I. C. Profeſſor Franekerenſis, in Diaſcepſi, *de Tyrannide Papæ*, nuper edita, *cap.* xiii. xiv. & deinceps oſtendit Papales uſurpationes non in urbem Romam & agrum Romanum ſolùm, vel pátrimonium, quod ita appellant, Petri, ſed inſuper in Imperium Germaniæ, in Regna Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Daciæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Arragoniæ, Luſitaniæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniꝑ, Ruſſiæ, Hungariæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ, atque Norwegiæ, in quæ dominium ſibi arrogant Papæ, & jus quaſi illorum hiꝑ defenſum it Auguſtinus Steuchus, Pontificis Bibliothecarius, in Laurentii Vallæ Declamationem *de Donat. Conſtantini, lib.* II. Id eſt, compendio ut dicamus, unus Papa dominus eſt omnium, κληρονόμος πάντων, atque ei omnia ſubjecta, vectigalia omnia. Quantum putas ex *beneficiis* ei accedit lucroſiſſimis illis, quæ per varias orbis regiones confert, nempe quouſque ei conceditur, & non acciſæ ejus ſunt alæ, & retuſum dominium, per varia Regum & Imperatorum edicta, Pragmaticas, & Concordata; aliter ac Auctor Commentarioli, *de Auctoritate Rom. Pontif.* qui adducitur in Rep. Romana Scriverii, cujus hæc ſententia: *Papa eſt ſupremus Chriſtianorum Pontifex, omnes Eccleſiaſticas & ſeculares dignitates indifferenter diſtribuere poteſt.* Incredibile dictu eſt, quantum ex beneficiorum, tum caſuum, aut litium *reſervatione*, Papali ꝑrario ſemper acceſſerit theſaurorum. Vnde Continuator Chronici Abbatis Vrſpergenſis, ſub Imp. Philippo, in hæc verba erumpere coactus fuit: *Vix enim remanſit aliquis epiſcopatus, ſive dignitas Eccleſiaſtica, vel etiam parochialis Eccleſia, quæ non fieret litigioſa, & Romam deduceretur ipſa cauſa, ſed non manu vacua. Gaude mater noſtra Roma: quoniam aperiuntur cataractæ theſaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum, in magna copiâ. Lætare ſuper iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompen-*

Digitized by Google

penſationem tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare ſuper adjutrice tua diſcordia, quia erupit de puteo infernalis abyſſi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum præmia. Habes quod ſemper ſitiiſti. Decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam religionem orbem viciſti. Ad te trahit homines, non ipſorum devotio aut pura conſcientia, ſed ſcelerum multiplicium perpetratio, & litium deciſio, pretio comparata. Magnam lucrandi occaſionem neglexit noſtras P. Adrianus, quo mortuo quingenta beneficia, quorum penes ipſum erat diſpoſitio, vacaſſe, ſcribit in ſua, quæ inter Principum Epiſtolas eſt, ad Antonium Micheli epiſtola, Henricus Niger, a. cIↄ Icxxii. Aliter Prædeceſſor, promotorque ejus Leo, quē quo die horrendam illam Cardinalium creverat turbam, quingenta ducatorum millia, ex iſta fæcunda omni ratione promotione, lucratum ſcribunt. Solum Archiepiſcopi pallium, ſi quis illud accipiat, vænit triginta coronatorum millibus: & qui redimere illud tanto pretio nequit aut non vult, cur ab officio removeatur, jam commiſit: id ipſum etenim inter cauſas depoſiti à Papa Pio Dietheri, quod ſummam pecuniæ, pro confirmatione & pallio ſuo debitam, non ſolviſſet, refert Trithemius, in Chronicâ A. cIↄ ccccLxii. Hoc nimirum eſt, quod in Novella conſtitutione cLxi. Imperator dicit: *officia rediment potius, quam ſuſcipiunt.* atque quod Ambroſius appellavit, Serm. 1. *quæſtum degeneris mercaturæ.* Quod Papæ Romani artificium ſalſe ridebat celebris Iuriſconſultus Ioh. Andreas, dicens, haud fruſtra pro modico plumbi Papam maximam auri molem capere. Adverſus Paparum *Reſervationes*, quod iis immenſam opum vim undiquaque colligerent, integræ nationes, & regna ſe oppoſuere. Inter Germanicę nationis gravamina, quæ Legatis P. Adriani, in Comitiis Norimbergenſibus expoſuerunt Imperii Principes, quintum adverſus caſus reſervatos fuit: *quorum ſine pecunia nulla poterat haberi abſolutio.* En exemplum ejus aliquod in epiſtolis Leonis x. apud P. Bembum, lib. ii. epiſt. xxviii. ubi fratribus Bentivolis Papa remittit quidē offenſam, verum addit, *ita quidem, ſi mihi prædederitis ſeſtertium duum millium.* Quid *Taxam*

am ſacrę Pœnitentiarię Cameræ Apoſtolicæ, Diabolicæ verius, dicam? ex qua excerpta nonnulla habes in Proteſtantium *Recuſatione Cōcilii Tridentini*, & in Muſculi *Locis Communibus*: ubi infanda peccata & flagitia ſingula ſuis pretiis æſtimantur, quæ dicere pudet, nedū agere, minus redimere: beſtialitas Turon, 90. ducat. 12. Karl. 6. Simonia, Turon. 36. ducat 9. ſacrilegium, furtum, rapina, perjurium, turon 36. duc. 9. & infinita ejuſmodi: verum quod ad pauperes, addunt: *hæ gratiæ non conceduntur pauperibus, quia non ſunt, ideo nō poſſunt conſolari*. Vah ſpurcitiē! atq; illa ſunt religioſa, pœnitentiaria, apoſtolica! quorum certe infamiam nemo unquam pro merito ſatis expreſſerit. Quam rapinam variis immenſiſque ſuis *exactionibus* per omnes orbis regiones regnaque exercuerit Romanus Papa, teſtari poſſunt gravamina, arreſta, & pragmaticæ adverſus illas ſanctiones; quin totius orientalis Eccleſiæ hac ſuper re querelæ: etenim hanc cauſam, inter alia afferunt ſui ab Eccleſia Romana divortii. Quod teſtatur, ex Græcorum monumentis, Petrus Steuartius, Profeſſor Ingolſtadienſis, in obſervat. ad Manuelem Calecam, contra Græcos, ubi refert: *Tertia occaſio fuit, quam ipſi aliquando nobis in familiari colloquio aſſignaverunt, ſuperba nimis exactio legatorum Papæ. Dicebant namque referentes, quod quando legati ſummi Pontificis ab ipſa ſede Apoſtolica annuatim Conſtantinopolim Chriſma deferebant, niſi octoginta libras auri à Clero, & urbis populo, præter alia dona, & munuſcula iiſdem impenderentur, non recedebant. Taceo ego, ajebant, de pompa & ſuperbia, quam ipſi oſtendebant*. Hæc ex MS. libro Biblioth. Bavar. A. M. CCLII. Conſtantinopoli à Prædicatoribus adverſ. Græcos, conſcripto: extatque jam in Biblioth. patrum, Tom. xv. Ne dicam aut Germanorum, aut Gallorum, & præſertim horum, adverſus immodicas illas & continuas Romanæ Curiæ exactiones, ſanctiones: anni cIↄ ccxxxvIII. à Ludovico IX. & a. cIↄ cclxvIII. à Philippo Pulchro, lege Philippinâ, a. cIↄ cccIII. tum à Philippo Valeſio. V. cognomento ſapiens. & Carolo VI. & VII. à Ludovico XI. præter alia diverſaque Curiarum Gallicarum, ſuper eadem re, Arreſta. Inter exactiones illas ve-

veniunt etiam *Annatæ*, quæ ſunt fructus primi anni ex beneficio Prælatorum vacante, ab eo cui id conceſſum; quod ſive ter aut pluries in anno vacet, pro qualibet tituli mutatione à novis dominis ſemper ſuæ ad Papam beneficioru m iſtorum collatorem redundant annatæ. Atque primum inſtitutæ illæ pro ſubſidio in bellum Turcicum, & ſub illa ſpecie à Papis exactæ, iiſque conceſſæ fuere; ſed quamvis in illum finem nequidquam impenſæ à Papis, tamen ſemper exigi non deſiere. Qua arte, & medio quum immenſa opum vis undiquaque Romam ſemper afflueret, ideo à variis ſemper reſtitum, & repugnatum illis conſtanter fuit. Clemanges, in libro *de Annatis non ſolvendis*, numerat ex Eccleſiis Gallicanis hinc emungi ad ſexcenta non aginta ſeptem millia ſeptingentaquinquaginta Francorum. Vnde quanta per alias etiam Orbis regiones ſumma ſequatur, facile colligi poteſt. Et quid aliud ſunt Papales *indulgentiæ*? & qui quo rariores illis, ita lucroſiores, *jubilæi*, quam corrodendorum nummorum artificioſa commenta? vel uti illas Lutherus, in prima ſua diſputatione anno CIↃ IↃXVII appellavit, Retia quibus virorum divitias piſcarentur. Tales quippe illæ primæ indulgentiæ, ex univerſi orbis judicio fuerunt, non ſolum quæ vivis, ſed & demortuis prodeſſent: de quibus Guiccardinus, magni nominis hiſtoricus, *lib.* XIII. quamvis ibidem doctrinam Lutheri peſtilens venenum, uti eum alibi *lib.* XX. auctorem peſtis appellet, teſtatur, manifeſtum ſatis fuiſſe, illas duntaxat nummorum conquirendorum cauſa prębitas fuiſſe, quos ſatis impudenter Commiſſarii exigebant, in Germania præſertim, ubi vidimus, inquit, Miniſtros in tabernis per ludum vendidiſſe poteſtatem animas educendi ex purgatorio: quodq; indignitatem rei adauxit, Papa ſorori ſuæ Magdalenæ Germanicarum indulgentiarum proventus donarat, quæ proinde epiſcopum Aremboldum, hominem tali provinciâ dignum, corrogandis iſtis pecuniis præpoſuerat. Non aliter ac Campegius Cardinalis, qui in Oratione ad Ordines Imperii, palam profitebatur, ſe omnem ſuam fortunam

Digitized by Google

Germanis acceptam ferre. Argumento eſt palatium Campegienſe Bononiæ, quod ideo per jocum *peccata Germanorum* appellarunt. Samſon Mediolanenſis, qui Tiguri & in Helvetia indulgentias tum temporis habebat venales, ex illis ſupra 120000 ducat. lucratus fuiſſe dicitur. Et quid alia referam? quum nemo ignoret non alium in finem excogitatas vel commendatas illas fuiſſe indulgentias, quam ad ditanda Paparum marſupia. Illis ſuccenturiant jubilæos. Polydorus Virgilius de jubilęo a.MD.lib.XXVI. *non fuit gratuita liberalitas*, inquit, *Alexander enim ſaluti hominum proſpiciendo, ſuis quoq; commodis ſerviendum ſtatuerat, quare pretium ſuæ gratiæ conſtituit.* Krantius, Saxon. lib. IV. cap. XXVI. *Bonifacius* VIII. *anno trecenteſimo poſt milleſimum primus jubileum inſtituit. Vtinam ſolius pietatis gratia!* De iſto Iubilæo peculiarem tractatum conſcripſit Iacobus S. Georgii Cardinalis, ubi c.IX. exponit, quantum ex uſualis monetæ minutiis ea occaſione corraſerint Papani: extat in Bibliotheca Patrum, Tom.XIII. Atque illa cauſa eſt, quod à centum annis ad quinquaginta jubilæum contraxit Clemens VI. & poſt eum à quinquaginta, ad viginti quinque annos, Sixtus IV. *Extravag. Comm. de Pœnitent. & Remiſſionibus.* hic Bullæ ſingulorum, Bonifacii VIII primùm, tum Clementis VI. quorumlibet pro ſuis jubilęis, quin etiam ad quintum hodie annum eos deducunt. Nempe hoc medio duminnumeros Romam alliciunt peregrinantes, tanquam ad officinam ſacrarum mercium egregiè quæſtuoſam, quantum inde relinquatur Cameræ. ſc Apoſtolicæ, ex coëmtis indulgentiis oblationibus, donariis &c. quilibet facile colligat. *Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit aurum*: Mantuanus. Ne jam dicam, quantum Papæ *Emiſſarii*, & quotuplices hi, quamque omnes in idem negotium Papæ ſui evehendi intentiſſimi! regno Papali conferant & attrahant hinc inde nũmorum, & poteſtatis affatim. *accipitres pecuniæ*, diceret Ambroſius. *diſcurrentes ad ditanda marſupia*, ſic Leodienſes ad P. Paſchalem II. *poſcinummia, & palliata mendicabula*, Corn. Agrippa appellat. Quibus forte dictum credas: *Ite in orbem univerſum*,

pre-

prædicate dicentes, qui crediderit & decimas ſolverit, ſalvus erit, inquit Auctor Exhortationis ad Principes Germaniæ, de non ſolvendis Papæ decimis, in *Faſciculo Rerum expetendarum*. Iuxta verſiculos P. Iohannis XXII. à Concilio Conſtantienſi depoſiti, quos, dum a Comite Palatino teneretur captivus, compoſuit:

Omnibus è terris aurum mihi ſponte ferebant,
Sed nec gaza juvat, nec quis amicus adeſt.
Sic varias fortuna vices adverſa ſecundis
Subdit, & ambiguo nomine ludit atrox.
Papa fecit.

Atque in illis omnibus unicus hamus quo nummos & opes capiunt ab hominibus tantas, eſt nefanda ſimonia, quæ per omnia illa dominatur: unde non mirandum, theſauros illos in Romanam curiam confluxiſſe, huc ſi oculos noſtros reflectamus, cum Mantuano, lib. III. de calamit. Tempor.

Quid miramur opes, recidivaque ſurgere tecta?
Thuris odorati globulos, & cynnama vendit
Mollis Arabs, &c. venalia nobis
Templa, ſacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,
Ignes, thura, preces, cœlum eſt venale, Deuſque.

Perinde uti Iuvenalis, ſatyra I. *Criminibus debent hortos &c.* Denique quis recenſeat vel explicet millenas Pontificum, licet nefandas omnes, ad exigendos captandoſque nummos, artes, quibus quæ aliorum ſunt, ad ſe rapiunt ſine fine, ſine menſura? Vnde dictum à Lyno I.C. quod curia Papæ ſummopere vellet, quod totus mundus in eam influeret: tanta quippe eſt in ea auri & argenti ſacra fames. Quę eo faciunt omnia, ut inſatiabilem hominis iſtius ἀνόμου oſtendant avaritiam ac rapacitatem. Hinc, quod inumeri jam ſæpius conqueſti ſunt, potiſſimam orbis Chriſtiani & pleramque partem vel tenent, vel ſaltem occupare allaborant. Rex Angliæ Iacobus, in Apologiâ ad Reges &c. ita illos alloquitur: *quod ſi ſerio, qui auditis potentiſſimi, conſideretis, videbitis tertiam populi, terræque veſtræ partem Eccleſiæ eſſe, & nihilne vos tantum vel hominum vel ditio-*

tionum detrimentum tangeret? ubique locorum Papa, & provincia & coloniæ acquiruntur. Antea Clerici præter decimas nihil petebant, & contenti erant. Hodie Papa, Clericorum caput, non niſi cum tertia ſubditorum, bonorumque veſtrorum parte acquieſcit. Idem Principes Germaniæ olim in ſuis Gravaminibus: & Sereniſſima Venetorum Reſpublica, in contentionibus ſuis hoc ſeculo anno. cIↄ Iↄcvi. cum Paulo V. & ejus nomine Theologus ejus meritiſſimus Fr. Paulus Servita, peculiari tractatu, oſtendit, nempe quod Clerici centeſima duntaxat ſubditorum pars, tamen plus quam tertiam in dominio Patavienſi poſſiderent, in Bergomaſco ultra dimidiam, in cæteris ultra partem quartam. Vnde Nicolaus Craſſus I.C. in Antiparæneſi, pro Rep. Venetâ, adverſus Baronium, non ſine cauſa dixit: *Centuplo vos majores facultates & opes, quam pro numero poſſidetis: & tamen pluribus comparandis adhuc inhiatis.* Atque quod hodie Ieſuitæ Reipublicæ offerunt quatuor milliones auri, in ſubſidium belli Turcici, ſed pro ipſorum reductione & reſtitutione, quam illuſtre tenuitatis ipſorum argumentum ſit, quæſo perpendite: quo tamen non obſtante, Illuſtriſſimus Senatus, quamvis in grave hoc adverſus Turcas bellum nummorum quantum egeat, jubet tamen illos cum iſtis ſuis nummis perpetuum exeſſe. Auctor Vulgaris Hiſtoriæ Gallicæ *Mercure Francois, ad a.* 1611. ubi de Ieſuitarum reditu in Gallias agit, refert, unum aliquod ipſorum collegium habere in reditibus librarum 20000. Idemque ad a. 1608. in canonizatione Franciſci, ait, ſupra centum millia coronatorum expenſa, ab ejus ſodalibus, pro hac re fuiſſe. Et quanti conſtiterit canonizatio Brigittæ, ab Vrbano V. facta; Andreæ Corſini Carmelitani, Epiſcopi Feſulani, ab Vrbano. VIII. ad inſtantiam Ludovici XIII. Gall. Regis, in Sanctorum catalogum relati, ego non dicam, ſatis eſt de eo dixiſſe & conqueſtos fuiſſe alios. Haud ita diu prodiit calculus redituum quos habent Clerici Gallicani, ipſorum 14 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus 95. Parochiæ 140000. Abbatiæ 1356. Prioriæ 12440. Commen-

dæ

Digitized by Google

dæ 2061. Capellaniæ 152000. Abbatiæ Religioſorum 567. Conventus Cordigerorum 700. Conventus Religioſorum 14077. nēpe quod illi poſſident 9000. loca, caſtella, ac domus juriſdictionem habentes ſummam, mediam, infimam. Vineas & hortos ultra 17000. adeo ut deprehendatur, ſingulis annis illos habere in reditibus nummorū 8200000, octoginta duos milliones ſcutatorum: & ſingulis diebus 286301. ſcut. & 20. ſolidos. Philippus Honorius, lib. *de Regno Galliæ*, hanc init rationem, ut dicat; ex terræ fructibus colligi circiter quindecim millia aureorum; quorum ſex ſunt Eccleſiaſticorum, ſeſquialter patrimonii Regii, reliquum pro Principibus, Baronibus, aliiſque: adeo ut Clerus benè duas quintas Regni partes teneat. Conqueſtus de eo jam a. clↄ lↄ xv. fuit Claudius Seſellius, vir ætate ſuâ inter primos, Ludovici XII. ad Leonem X. aliquot annos legatus, epiſcopus poſtea Maſſilienſis, vel ut alii, Taurinenſis, lib. 1. de Rep. Galliæ, quando ait: *deinde maxima vis pecuniæ, quam noſtri ordinis homines, Eccleſiarum præfecti, ambitione quadam & inexplebili cupiditate majora conſequendi, profundunt, non excederet provinciarum fines, quæ nunc à Romana Curiæ ſectatoribus & alumnis præter omnem modum expilantur ac diripiuntur.* Scripſit Aubertus Miræus *Notitiam Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, & de Statu Religionis Chriſtianæ*, ubi quam numeroſi ubique locorum ſint Romani Clerici, & quæ, quamque immenſa loca teneant, oſtenditur. Conradus Low, in hiſtoria Muhammedica, Germanicè, pag. 83. calculum refert Simonis Wolderi, Imp. Ferdinando exhibitum in Comitiis Auguſtanis, ut oſtenderet, unde ſubſidia pro bello adverſus Turcas facillimè peti poſſent, aitque, monaſteria Minoritarum adſcendere ad quadraginta millia, atque ordinum trium reliquorum, vid. Auguſtinianorum, Dominicanorum, & Carmelitarum æſtimat non multum pauciora: atque quum in univerſum ſint Ordines ſeptuaginta & duo, præter Canonicorum, & Virginum Collegia, & eccleſias parochiales, cenſet illorum omnium numerum accedere ad vigeſies centum millia: quæ judicabat ille levi tributo ad belli Turcici ſuſtinenda onera in

multorum, ſi non orbis, ruinam ſecum ferat: potiſſimum quando reſpicimus, in quos fines vel uſus tanta ſua bona impendunt Papæ, videlicet in ſolos fere *luxus*, & mundanum typhum, aliaque non multum meliora. Et hoc, uti omnes norunt, magno conſtat, & qui ſe illis addicunt nihil unquam adeo curare ſolent, quam quibuſcunque modis, quantumvis illicitis peſſimiſq;, & inſuper habitis rebus omnibus aliis, unũ ventrem, & quæ ejus ac carnis ſunt, pro Deo habere ac colere. Concinne dixit Ferus, in Matthæum, cap. XVII. *Petrus piſcaturus pecuniam, hamo tantum utitur, & contentus eſt; piſcaturus homines retia laxare jubetur. Nunc omnia contrario modo fiunt, ad piſcandas divitias lata illa retia extendimus, ad piſcandos homines vix hamo utimur. O tempora noſtra, o Petri ſucceſſores.* Atque in quem obſecro finem adeo clamant & tumultuantur pro ſuis bonis & opibus, ut omnia prius conturbent & diſrumpant, quam ut illis priventur? in eundem nempe, in quem illa impendunt. Loquatur pro me Rex Anglię Eadgarus, in Oratione ad Clerum Anglicanum, quæ extat in Bibliotheca Patrum: *Dicam, dicam, quod boni lugent, mali rident, dicam dolens (ſi tamen dici poteſt) quomodo diffluant in comeſſationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitiis, ut jam domus Clericorum putentur proſtibula meretricum, conciliabulum hiſtrionum. Ibi alea, ibi ſaltus, ibi cantus, ibi uſque ad medium noctis ſpatium protractæ in clamore & horrore vigiliæ. Sic ſic patrimonia Regum, eleemoſynæ pauperum, imo quod magis eſt, illius pretioſi ſanguinis pretium profligatur? Ad hoc ergo exhauſerunt Patres noſtri theſauros ſuos? ad hoc fiſcus regius, detractis reditibus multis detumuit? Ad hoc Eccleſiis Chriſti agros & poſſeſſiones regalis munificentia contulit? ut deliciis Clericorum meretrices ornentur? luxurioſa convivia præparentur? canes & aves, & talia ludicra comparentur? ubi gladius Levi, & zelus Simonis? &c. Ego Conſtantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Iungamus dexteras, gladium gladio copulemus, ut ejiciantur extra caſtra leproſi, ut purgetur Sanctuarium Domini, & miniſtrent in templo filii Levi, qui dixit Patri & Matri, neſcio vos, & fratribus ignoro illos.* Atque hoc eſt, quod Theodoretus, orat. x. de providentia, ait:

de

de alienis bonis helluantur, & pauperum lachrymis ſaginantur. Ac Bernardus, ſerm. lxxvii. in Cantic. *Vnde vero hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriem, congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi de bonis ſponſæ.* Serm, xxxiij. *Omnes amici, & omnes inimici: omnes neceſſarii, & omnes adverſarii, omnes domeſtici, & nulli pacifici: omnes proximi, & omnes quæ ſua ſunt quærunt. Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt antichriſto. Honorati incedunt de bonis domini; qui domino honorem non deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frænis, in ſellis & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent. Inde ſplendida menſa & cibis & cyphis, deinde comeſſationes & ebrietates, inde cithara & lyra & tibia, inde redundantia torcularia, & promtuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marſupia. pro hujuſmodi volunt eſſe, & ſunt eccleſiarum præpoſiti, decani, archidiaconi, epiſcopi, archiepiſcopi.* Atque hæc plurimis ille locis ſatis graviter atque ad vivum perſtringit: lib. iv. ad Eugenium; epiſt. xlii. ad Archiepiſcopum Senonenſem, & alibi. Similiter Bernhardus Weſterrodus Corbejenſis, in ſuo planctu: *de Chriſti patrimonio, ſub pompis & præconio Viventes intumeſcunt: Intenti voluptatibus, Et mundi vanitatibus, De cappis erubeſcunt. Non ſolum noto monachos, ſed etiam canonicos, Et fictas moniales* &c. Illos autem, qui adeo bonis abutuntur, minus pro illis loqui oporteret, verum potius adimi illis ea, & ablata impendi in uſus longe meliores. Quæ erat ſententia Iohannis Wiclephi, articulo xvii. inter art. xlv. ob quos condemnatus à Papanis fuit: *Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſiaſticis habitualiter delinquentibus:* non in eum tamen ſenſum, quaſi aut non agnoſceret bona illa Eccleſiaſtica eſſe, vel uſum Eccleſiaſticum habere debere, aut in quoſcunque alios uſus à Dominis temporalibus impendi poſſe, quod forte quis ita capiat. M. Iohannes Hus Academiæ Pragenſis Rector, a. cIↄ cccc x. Determinationem ſupradicti articuli edidit, atque ita præfatur: *proteſtor tamen, quod non eſt intentionis meæ, ſicut nec u-*

niver-

niverſitatis, ſuadere quod Principes vel ſæculares Domini auferant bona à Clero, quando volunt, & qualiter volunt, & convertant, quò volunt. Et in ipſa determinatione §. XII. ait: *Pari evidentia Clericis habitualiter delinquentibus bona temporalia facta ſunt aliorum Eccleſiæ ad profectum.* Concedens quidem, ut bona quibus aliqui in grave damnum Eccleſię abutuntur, illis auferantur, ab habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu, non ſolum ex actu, uti id quoque alias licet; ſed non minus tamen data Eccleſiæ agnoſcit, eique, ſi non apud hos, apud alios impendenda. Poggius Florentinus, in epiſt. ad Leonard. Aretinum, de Huſſo & Hieronymo Pragenſi, refert, Hieronymum ſic in Concilio Huſſum ſuum defendiſſe: *illum nihil adverſus Eccleſiæ Dei ſtatum ſenſiſſe, ſed adverſus abuſus Clericorum, adverſus ſuperbiam, faſtum ac pompam Prælatorum. Nam cum Eccleſiarum patrimonia primo deberentur pauperibus, tum hoſpitibus, deinde Eccleſiarum fabricis: indignum illud bono viro videbatur, diſpendi illa meretricibus, conviviis, equorū ac canum ſaginæ, culturæ veſtimentorum, & aliis rebus indignis religione Chriſtiana.* Hæc de Huſſo Poggius. Atque ita ſententiam Huſſi capit & tuetur Andrers Willetus, *Synopſi Papiſmi Controv. general.* v. *qu.* VI. Iſtamque bonorum Eccleſiaſticorum dilapidationem, & abuſum Reformati ſemper præcipuè notarunt. Calvinus, Inſtitut. lib. IV. §. 10. *Non attingo hic extranea vitia, ſed duntaxat inteſtinum malum, quod in ipſorum inſtitutione radicitus hæret. Addam vocem, quæ malè ſonabit in eorum auribus: ſed quia vera eſt, dicere oportet, eodem loco habendos eſſe Canonicos, Decanos, Capellanos, Præpoſitos, & quicunque otioſis ſacerdotiis aluntur. quale enim Eccleſiæ miniſterium præſtare queunt? Qui in Canonicos degenerarunt, Preſbyteri eſſe debuerant, ut fuerunt olim, qui Eccleſiam cum Epiſcopo in commune regerent, & veluti collegæ ejus eſſent in munere paſtorali. Dignitates illæ capitulares quas vocant, nihil prorſus ſpectant ad veram Eccleſiæ gubernationem: multo minus Capellaniæ, & reliqua fæx talium nominum. Quo igitur loco eos omnes habebimus? Certe & verbum Chriſti, & veteris Eccleſiæ obſervatio, eos à Preſbyterii honore excludit. Preſbyteros tamen ſe eſſe contendunt: ſed detrahenda eſt larva: ſic reperiemus*

mus, totam eorum profeſſionem alieniſſimam eſſe ac remotiſſimam ab illo munere Preſbyterorum, quod & Apoſtoli nobis deſcribunt & in prima Eccleſia requiſitum fuit. Omnes ergo ejuſmodi ordines quibuſcunque titulis inſigniantur, novitii quum ſint, certè nec Dei inſtitutione, nec antiqua Eccleſiæ obſervatione ſuffulti, locum nullum habere debent in deſcriptione regiminis ſpiritualis, quod ore Domini ipſius conſecratum Eccleſia recepit. Aut (ſi rudius ac craſſius me loqui malunt) quando Capellani, Canonici, Decani, Præpoſiti, & ejus farina otioſi ventres ne minimo quidem digito particulam ullam attingunt ejus officii quod in Preſbyteris neceſſario requiritur, non eſt ferendum ut falſo ſibi honorem uſurpando, ſanctam Chriſti inſtitutionem violent. Et §. 15. *Ipſam vero bonorum diſpenſationem alio tranſtulerunt: & ita compoſuerunt, ut nihil fingi queat magis inordinatum. Quemadmodum enim latrones, jugulatis hominibus, prædam inter ſe dividunt: ita iſti poſt extinctum verbi Dei lumen, quaſi jugulata Eccleſia, putarunt expoſitum eſſe prædæ ac direptioni quicquid in ſanctos uſus dicatum erat. Itaque facta diviſione, rapuit ad ſe quiſque quantum potuit.* Chemnitius, in Exam. Conc. Trident. part. 1. de Script. Canonica: Non igitur *eo modo Scriptura vocatur canonica, ſicut vocantur horæ canonicæ; aut ſicut* κακὰ θηρία, γαςέρες ἀργαὶ *abligurientes bona Eccleſiaſtica, vocantur Canonici.* Grotius, in Annotatis ad Cassandrum, cap. de Canonicis: *& utinam ne nunc quidem multi ſint tales*, intelligit Canonicos irregulares. *Sed quid facias cum Collegia talia multis in locis impleant Principes ineruditi, & otioſi nobiles, excluſis qui in vita ſanctimonia principatum, & ex eruditione nobilitatem habent? & Reges & epiſcopos cura ſpectat hæc ut corrigantur: ſed id ita demum ſperabimus, ſi qui alios corrigere debent, prius ſemetipſi corrigant.* Rivetus ad hæc, vocem illam Grotii veram & liberam esse, prędicat. Grotius iterum, in Animadversionibus, *non utilia tantum ſed & plane, ſi Eccleſiam ſanare, & reſarcire volumus, neceſſaria.* Ad quæ Rivetus, calculum addens suum, *fiat ergo*, ait, *quod petitur, & corrigantur, quæ non tantum utilia putat D. Grotius, ſed plane neceſſaria ad Eccleſiam ſanandam. Non repugnamus.* Ex illis ita explicatis patet nunc, quam immerito pro suis sc. bonis ita

ex-

exæſtuet Papa, ut in illorum gratiam jubeat aboleri pacem, fœdera, juramenta omnia, & bellum iterum ac faces Germanię inferat, quum illa ſua bona, Papalia videlicet (diſtinguo enim bona *Eccleſiaſtica, à Papalibus* ſic dictis) tam male acquiſita, nec teneat neque utatur illis bene, ſed omnia quantum poteſt peſſimè. In Papatu, qui non aliter ſpectari poteſt quam rhapſodus aliquis, & variis ex rebus mixtum corpus, bona conſiderãda ſunt diverſorũ generum, *Papalia, Hierarchica, Principum* vel *Imperii, idololatrica* plane aut *ſuperſtitioſa*, deniq; ſimpliciter *eccleſiaſtica*, eaq; aut pure talia, aut potiſſimum, data videlicet in uſum Eccleſiæ Chriſti; quę aliquando contra diſtinguuntur ad bona *pauperum*, aliquando pro iiſdem habentur, ut Eccleſiaſtici ſub pauperibus, pauperes ſub Eccleſiaſticis comprehendantur & intelligantur. Neque enim putandum, quotieſcunque Veteres hoc in negotio, vel in piis teſtamentis pauperes nominant, non ſæpe etiam clericos vel Eccleſiaſticos includi, quaſi quum pauperum bona dicuntur, non quoque intelligantur clerici, vel iis legata bona fuiſſe. Pauperes enim aliquando hic diſtincti à clericis intelliguntur, ut quoties quadripartitam bonorum ſacrorum partitionem loquuntur, XII. qu. II. c. *Quatuor autem tam de reditu quam de oblatione fidelium prout cuiuſlibet eccleſia facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) convenit fieri portiones: quarum una ſit pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta eſt fabricis applicanda.* &c. can. ſeq. *De reditibus eccleſiæ vel oblatione fidelium ſola epiſcopis ex his una portio remittatur. duæ eccleſiaſticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ à preſbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: ultima clericis pro ſingulorum meritis dividatur.* c. 30. *Mos eſt Apoſtolicæ ſedis ordinato epiſcopo præcepta tradere, ut de omni ſtipendio quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: una videlicet epiſcopo & familiæ ejus, propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem: alia clero, tertia vero pauperibus, quarta eccleſiis reparandis.* atque ibidem Palea quæ inſcribitur, ex Concilio Toletano: *inſuper confirmamus, ut ſi aliqua ab ipſis accipiant dona, ſtatim in quatuor dividant partes: ita ut prima pars ſecundum Apoſtolorum præcepta titu-*

Digitized by Google

am. An fruſtra ſcriptum eſt: Labores injuſtorum pii edent? Quapropter magis mirari debetis quod adhuc tenetis aliquid quã quod aliquid amiſiſtis. Item ſi qua jam præciſi poſſidere cœpiſtis, quia vobis ablata, nobis Dominus deus dedit: non ideo concupiſcimus aliena: quia illius imperio cujus ſunt omnia facta ſunt noſtra: & juſtè noſtra ſunt. vos enim utebamini ad præciſionem, nos ad unitatem. Alioquin & primo populo Dei poſſent illi objicere alienæ rei concupiſcentiam, qui divina poteſtate ab eorum facie, quia ea terra male utebantur, expulſi ſunt: & ipſi Iudæi à quibus ablatum eſt regnum ſecundum verbum domini, & datum eſt genti facienti juſtitiam, poſſunt objicere alienæ rei concupiſcentiam: quia Chriſti eccleſia poſſidet ubi perſecutores Chriſti prius regnabant. Eadem ratione, & authoritate Auguſtini, reſpondit Melanthon a. cIↄ Iↄ xl. ad qu. *utrum reditus donati Eccleſiis, ad Euangelii miniſtros alendos, & ad ſtudia conſervanda eripiendi ſint otioſis, impiis & oppugnantibus Euangelium?* quod ita. *Nam etſi ad miniſtros Eccleſiæ Euangelicæ non pertinet gubernatio imperii mundani, tamen Magiſtratus politicus efficere debet, ut quiſque ſuum teneat. Iam hi reditus ſunt non impiorum Canonicorum, ſed ſunt veræ Eccleſiæ. Quare & Magiſtratus reddere eas Eccleſiis veris debet, & pœnam ſumere ab impiis tanquam prædonibus. Magna profectò neceſſitas eſt, acerrimè hanc cauſam agi. Niſi enim facultates reſtituantur Eccleſiæ, boni paſtores & pauperes ſcholaſtici fame peribunt, ſtudia extinguentur, deërunt Eccleſiæ & Reipublicæ literati. Ideò opitulari & juvare ſtudia honeſtorum adoleſcentum debent Magiſtratus. Nam præterquam, quod Deus eos facere hoc jubet, etiam Canones ipſi hoc flagitant, videlicet eis opem ferre ex Eccleſiarum opibus.* In quæſt. Wittemberg. (occurrit in *Conſiliis Melanthonis, part.* I. *pag.* 427. & apud Pezelium, *part.* VII. *Argum. Melanth.*) Quarto, Iam ergo, in Eccleſia Papali non applicari bona iſta in pios & ſacros uſus, videlicet in quos data ſunt, ſed aut otioſis inſervire ventribus, aut quod ſupra jã diximus, in omnẽ luxum & profanitatẽ abſumi, res notior eſt, quam ut dici debeat. Dominicus Gravina, lib. *Congeminata vox turturis,* cap. XVI. p. 280. ex Paulo Laymanno adducit: *quis neſciat hæreticos ſub initio harũ hæreſeon plauſibilius oppugnaſſe Eccleſiam Dei &*

ſacrilegam invadendorum Monaſteriorum , ac bonorum Eccleſiæ cupiditatem palliaſſe , quam clamando : Monachos eſſe inutilia terræ pondera , ventres pigros , ſtupidas pecudes , &c. non eſſe bona illa à majoribus ſuis pro hominibus inutilibus, otioſis , ignavis fundata. Inverti à Monachis intentiones teſtatorum, bona illa ad publicam utilitatem impendenda , fundandas ex eis ſcholas , conſtituenda ex illis ſtipendia Concionatorum,pauperum,ſtudioſorum, & eorum qui curam animarum , & ſacramentorum adminiſtrant , & ſimilia. Quæ licet ea quidem parte,qua vota,& inſtituta Monaſtica condemnantur,hæretica: & ea, qua iſta bona ad hæreticos prædicantes,ac ſtudioſos volebant converti Eccleſiæ Catholicæ pernitioſa fuerint &c. ex ea tamen parte, qua contendebant melius eſſe bona illa applicari iis , qui publicam Eccleſiæ utilitatem melius, & efficacius procurant.vera fuerunt ac laude digna , & à Catholicis merito perpendi , ac reipſa perfici debent. Quod autem fruſtra exſpectes à Papalibus , quodque juſte ibi conquereris hęrere vitii,neq;corrigi pro merito,illud à noſtris hominibus emendari, & reformatum apud nos eſſe , quis eſt qui ultra vitio vertat ? Atque ita noſtri interpretantur illud Apoc. IX.21. *& qui non reſipuerunt à furtis ſuis* ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν; de alienatione bonorum cultui divino dicatorum ad pigros ventres, & à pluribus ad pompam mundanam: quemadmodũ in iſtum locum loquuntur Commentatores noſtri Belgici.Confer Iohannẽ Gerhardi *Confeſſ.Catholic.lib.*1.*p.*915. In Canonicos quidẽ ita invehitur Rovenius noſter,*lib.*1.*Reſp. Chriſtianæ,cap.*XXVII.*quod ipſos pudeat divinas laudes pro ſe decantare , ſacris initiari, aut ſacris operari, non niſi de temporalibus in Capitulis tractent, venationi aut aucupio vacent, potitationibus,conviviis & comeſſationibus (ut non dicam turpioribus rebus) patrimonium Chriſti prodigant &c.beneficia ac præbendas pueris & indoneis conferant , imo præbendas ſimoniace vendant. &c. legem Domini nec ſciant, nec diſcant , aſſidui in plateis, in Eccleſia tardi,velociores ad congregandos canes, quam ad alendos pauperes &c.* Quinto , accuſant quidem nos paſſim Papani , bona Eccleſiaſtica à noſtris in prophanos uſus converti: ſed dicimus, doctrinæ Reformatæ haud alium eſſe ſenſum, quam data Eccleſiis Chriſti bona,

pro

pro intentione ac voluntate donatorum teſtatorumq; Eccleſiis relinquenda, atque in uſus ſacros eccleſiaſticos religioſe impendenda eſſe. Ludovicus Lavaterus, Theologus Tigurinus, homil. v. in Eſdram, hanc in rem ita loquitur: *Noſtra atate non deſunt, qui quod alii largiti ſunt ad conſervationem cultus Dei, in privatos uſus convertant, & temere profundant. Accuſant Papiſtæ, non ſolum in concionibus ſuis, ſed publicis ſcriptis, Euangelicos principes & Magiſtratus, quod opes Eccleſiæ, & ornamenta ſacrilego auſu in prophanos uſus convertant. Accuſant concionatores Euangelicos, quod ſuum Magiſtratum ad ſacrilegia perpellant. Felicianus epiſcopus Scalenſis hoc anno* 1583. *librum precationum Caroli Calvi Imp. edidit, in cujus præfatione Tigurinos bonorum Eccleſiaſticorum direptione accuſat.* &c. *Reſpondeo ad illam epiſcopi narrationem, de voluntate, & conſenſu Abbatiſſæ, monaſterium hoc, ut alia quoque in meliorem uſum mutatum eſſe. Converſum enim eſt ab Ampliſſ. Senatu Tigurino in ſcholam, & collegium, in quo aliquot bonarum litterarum Studioſi adoleſcentes, cum pædagogo aluntur. Quis theſaurorum Eccleſiæ uſus ſit, non eſt obſcurum, conſervandi ex illis ſunt miniſtri, alendi Studioſi bonarum litterarum, pauperes, ædificia neceſſaria ex his extruenda, pars ad futuras calamitates reponenda eſt.* Et poſt, *ſi qui ſunt vel principes, vel œconomi, qui opes illas non recte adminiſtrant, ſed ea ſibi retinent, quæ non debeant, illos nequaquam defendo.* Atque idem homil. xxix. *Quodnam ſit officium, vel quomodo ſe gerere debeant procuratores theſaurorum Eccleſiæ, vigilare, cuſtodire opes ſacras, & in uſus legitimos diſtribuere debent, ſemperque cogitare, quod theſauri illi Dei ſint, quodque magnum ſit ſcelus, rem Deo conſecratam in uſum prophanum convertere. Non ſolum hominibus accepti & expenſi erit danda ratio, ſed etiam Deo, quem nemo poteſt fallere. Si officium ſuum diligenter exequuti fuerint, præmium ferent, ſin minus, pœnas dabunt, & graves quidem. Exempla habes in Rege Balthaſare, apud Danielem: In Achane, in libro Ioſue, in Anania, & Sapphyra. Etiam in ſacrilegis apud Ethnicos.* Similiter loquitur homil. liiii. in Nehemiam. Iohannes Gerhardi, celebris Theologus Ienenſis. *Confeſſionis Catholicæ lib.* 1. *pag.* 914. ad eandem Papiſtarum, de bonis

Eccleſiaſticis per noſtros direptis, atque in alios uſus converſis, objectionem, reſpondet: *Accuſant noſtros, quod rapinam bonorum Eccleſiaſticorum approbent. Alphonſus a Caſtro lib.6. adv. hæreſes verbo Eccleſia hæreſi 4. Impius Lutherus ſuadere audet Principibus, ut Eccleſias diripiant atque ſpolient. Reſp. 1. imo vero noſtri majorum pietatem in conferendis bonis ad neceſſarios Eccleſiæ uſus commendant, de abuſu eorum hodierno conqueruntur, & ad veros ac legitimos uſus illa applicanda eſſe, docent. Lutherus* von den *Conciliis* vnd Kirchen *tom. 7. Jen. Germ p. 261.* Man ſihet wol / wie mit groſſem Ernſt die alten Keyſer die Pfarren vnd Schulen gemeynet / daß ſie ſo reichlich die Stiffter begabet haben. Denn das es erſtlich Schulen geweſen ſind / zeugen dieſe Namen / Probſt / Dechant / Scholaſticus / Cantor / Canonici / Vicarii Cuſtos / etc. Aber was iſt draus werden? Ach HERR GOtt / daß ſie doch noch etwas thun wolten / blieben was ſie ſind / behielten was ſie hetten / weren Furſten vnd Herren / richteten aber wiederumb Lectionen an / vnnd zwungen die Thumherrn / vicarien / Chor Schuler / daß ſie des Tages eine Lection in der heiligen Schrifft höreten / damit es wider doch etliche maſſen einer Schulen geſtalt hette / auff daß man Pfarrer vnd Biſchoff haben köndte / vnd hulffen alſo die Kirchen regieren / etc. O HERR Gott / wie vnmeßlich groß gut kondten ſie thun bey den Kirchen / vnd Gott würde jhnen jren Richthum oder gewalt wol gönnen vnd laſſen *p. 275.* Darumb haben die vorigen Keyſer Koning vnd Furſten recht wol gethan / daß ſie mit ſolchem Fleiß ſo viel Schulen / hoch vnd klein / Kloſter vnd Stifft gebawet / daß ſie der Kirchen haben reichen groſſen Vorrath von Perſonen ſchaffen wollen / aber durch die Nakommen ſchändlich zum Mißbrauch verkehret ſind. Alſo ſolle jetzund Furſten vnd Herren auch thun / der Kloſter Guter zum ſchulen wenden / vnd viel Perſonen ſtifften zum Studio, werdens vnſere Nachkomen mißbrauchen / ſo haben wir zu vnſere Zeit das vnſere gethan. *Idem in Geneſim cap. 54. pag. 616. Exemplum Pharaonis profecto digniſſimum eſt, quod omnes Reges, Principes, Magiſtratus, Nobiles in conſpectu habeant ac ſummo ſtudio imitentur, in fovendis & ſuſtentandis piis Paſtoribus, Miniſtris Eccleſiæ & Scholaſticis. Sed contrarium hodie fit, non ſolum à Pontificiis, ſed etiam ab iis, qui emendationem Eccleſiarum inſtituunt, ſed eo pretextu Eccleſias ſpoliant iis bonis, quæ ad conſervationem Miniſterii & Scholarũ conferenda erant.* Tom. 2. Iſlebienſi p. 33. Worzu ſoll man nun ſolche Guter brauchen. Hier kan man nicht beſſer antworten denn daß man acht habe auff der Stiffter Willen vnd meynung / welches ſie nicht anders geweſt iſt / denn daß ſie zu Gottes Dienſt vnd Ehre ſolche Guter haben wollen geben. Ob ſie nun nicht recht angetreffen haben / iſt doch jhren Willen vnnd meynung nach hierinne zu richten / daß man ſie noch zum Got-

tesdienſt vnd Ehrebrauche/ als da ſind Pfarrer/ Prediger/ Schulen vnd was
mehr zum Gotteswort / Sacrament vnnd Seelſorgen gehöret. Vnd wiewol
Gottes Dienſt in allen Stenden vnnd Aemptern oder Wercken geſchicht/ die man
auch fördern ſoll/ ſo ſind doch obgenandte Stende/ nemlich die Seelſorge vnd das
Predigampt/ Schulen/ etc. die höchſten/ nöthigſten vnd fürnemſten/ welche
die alten Furſten mit jhren Stifften vnd Klöſtern ſonderlich gemeynet/ vnd an-
fänglich alſo gehalten iſt. Tom. 5. Germ. Jen. p. 131. Wen ſie jhre Stiffter
vnd Klöſter hielten dafur/ and auch alſo brauchten/ daß man die Chriſtliche
Jugend darinnen erzöge/ vnd den Glauben vnd Zucht lehreten damit man feine
Perſonen hette/ zu Chriſtlichen Emptern/ vnd weren alſo nicht anders denn Chri-
ſtliche Schulen/ wie ſie von Anfang geſtifftet ſind/ vnnd die Namen der Præ-
laten/ als Probſt/ Dechant / Scholaſticus/ Cantor vnd dergleichen/ noch wol
anzeigen/ ſo werens feine Stiffter. In articulis Schmalcaldicis, art. 3.
partis 2. *Collegia Canonicorum & Cœnobia olim optima intentione
majorum fundata ad educandos viros doctos & caſtas ac modeſtas fœ-
minas, debebant rurſum converti in tâlem uſum, ut Paſtores, Concio-
natores & alii Eccleſiarum Miniſtri haberi poſſent, Item alii idonei ad
Politicam adminiſtrationem ſive ad Rempub. in civitatibus & regio-
nibus, ac pie educatæ virgines ad Oeconomiam & liberorum educationẽ*
Hęc Gerhardus. Familiaris Pontificis adverſus nos eſt querela,
bona eccleſiaſtica à noſtris privatos profanosq; uſus teneri atq;
conſumi. unde Rovenius tractatu de Miſſionibus, part. IV. *In-
venies pleroſque*, ait, *bona aliqua præſertim Eccleſiaſtica aut officia vel
beneficia injuſte poſſidentes.* Negamus hoc noſtros pleroſque face-
re, & ſi quiſpiam, in eo certe agit contra doctrinæ noſtræ ma-
nifeſtam atque unanimem regulam. Scimus enim ſupremas
Teſtatorum voluntates & donationes ſecundum placitum
donantium ſervandas eſſe, neq; uſquam magis vel religioſius
quam in cauſis piis & Eccleſiaſticis. Hoc jus natura, & religio
pariter docent ac confirmant. Lex eſt XII. Tab. *Vt quiſq; legaſſit
ſuæ rei, ita jus eſto.* In jure canonico XIII. qu. II cap. 4. *Vlti-
ma voluntas defuncti modis omnibus ſervari debet.* præcipue in te-
ſtamentis piis, quando aliquid Eccleſiæ vel pauperibus lega-
tur. II. qu. II. per totum. & XVI qu. c. *ſimiliter c. quia juxta
c. poſſeſſiones.* adde Tiraquellũ, lib. *de privilegiis piæ cauſæ.* Quę ra-
tio eſt, quod Deus tam ſevere prohibuerit punieritque bono-
rum ſuo cultui vel eccleſię conſecratorum direptionem ac pro-
fanationẽ. Vide Ioſ. VII. Prov. XX. XV. Dã. V. 2. 3. Ioel. III. 5. 12.

 Malach.

emolumenta, crimen eſt. Sin vero pauperibus erogat captivum redimit, miſericordia eſt. Iſidorus Peluſiota, lib. 1. epiſt. 269. *At tu contra omnino faciens, Eccleſia & pauperum bona domi tua impie & nefarie colligis. Huic igitur impietati finem impone.* Idem lib. III. epiſt. Inter opera Hieronymi, tomo quarto, pag. 322. epiſtola occurrit ad Damaſum Papam, de panibus oblationum in nullos uſus privatos aut laicos vindicandis: *Teſtes idonei quos ad hanc rem corroborandam concitavi, hi ſunt. Gregorius Nazianzenus, mirabilis doctor Cyrillus, Athanaſius, Theophilus, Anatolius, Chryſoſthomus, Euſtachius, Euſebius Chronographus, & noſter Hilarius; qui omnes uno ore, eodemque conſenſu, veluti vera Sp. S. organa, anathematis mucrone ſentiunt eſſe feriendos, qui in uſus laicorum, panes oblationum contulerint, quia omnino ſacerdotibus ſolis debentur. Nō ſolum autem de Panibus in Eccleſia, hoc ſanxerunt Patres noſtri, ſed de omnibus, qua altari offeruntur: dicentes, atque docentes, magnum nefas eſſe, & per omnia diabolica temeritate hoc fieri, ubicumque acciderit, & valde eſſe intolerabile Sancta Eccleſia, ut ſine vindicta ſacrorum canonum remaneat.* Gregorius Thaumaturgus, epiſt. canonica, c. III. epiſt. III. *Non ecce Achaz Zare filius in eo quod Deo dedicatum erat, peccavit, & in omnem Iſraël ſynagogam ira pervenit? Atqui hic unus ſolus peccavit, ſed non ſolus in ſuo peccato eſt mortuus. Nobis autem quicquid non noſtrum, ſed alienum eſt, ab hoc tempore lucrum Deo dedicatum eſſe exiſtimandum eſt. Nam & ille quidem Achaz ex prada accepit, & ipſi nunc ex prada accipiunt. ac ille quidem, ea qua erant hoſtium, qui vero nunc ſunt, ea qua ſunt fratrum, pernicioſo lucro lucri facientes.* Ad quem locum Theodorus Balſamo, in Scholiis: *Nota praſentem canonem propter eos qui res eccleſiarum & monaſteriorum rapiunt, &, ut ſemel dicam propter eos qui qua ſunt Deo dedicata, tanquam propria vendicant.* Plurima in hanc rē ſunt in Capitularibus Caroli M. & Filiorum. Lib. I. c. XLVIII. ex concilio Gangrenſi, *ut nulli liceat oblata, qua ad pauperes pertinent rapere vel fraudare.* c. LXXXIII. *Statuimus, ut neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus diviſio-*

ſionem aut jacturam patiatur. Lib. II.cap. XXXII. Lib. v. cap. clxxxvii. lib. vi.c.lxxxix. *Præcipimus, ut nullus laicorum vel clericorum ex prædiis vel rebus, quæ ad ſedes pertinent Epiſcoporum, ſive de illis Eccleſiarum rebus, quæ in eorum parochiis ſita eſſe noſcuntur, ſine illorum juſſione aut conſenſu Epiſcoporum, ad quorum pertinent curam, quicquam ambiant, concupiſcant atque accipiant: ne cupidos ſanctarum rerum ignis, qui in eis eſt, illos favilloſius exurat.* Ejuſdem libri c. CIX. c. CXIII. c. CXVI. c. CCXCVI. c. CCCI. c. CCCIII.c.CCCV. *quæcunque de his rebus quæ ad laudem Dei ſunt vel ſupplementum ſanctæ Dei Eccleſiæ ejuſque ſacerdotibus, atque ornatum præſtare poſſunt Domino Eccleſiæque, ſive à quibuſcunque ultro offeruntur, Domino indubitanter conſecrantur, & ad jus pertinent ſacerdotum. Et quia Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt. Et quæ Eccleſiæ vel in ſupradictis vel in quibuſcunque ſpeciebus, ſive pollicitationibus, ſive pignoribus, ſive ſcriptis ſive corporalibus rebus offeruntur, Chriſto offeruntur, & quæ ab Eccleſia ejus quocunque commento alienantur vel tolluntur, ſive alienando, ſive vaſtando, ſive invadendo, ſive minorando, ſive diripiendo, Chriſto tolluntur.* c. CCCXX. *quia ſicut à ſanctis patribus inſtructi ſumus, graviſſimum peccatum hoc eſſe dignoſcitur, teſtante ſacra ſcriptura, quæ ait: qui abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidii particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt qui nos creavit, mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ fraudat vel rapit ſive vaſtat vel alienat, homicida ante conſpectum juſti judicis eſſe deputabitur. De quo quidam ſapientum dicit, qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem facit, qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit ſacrilegium facit.* c.CCCXXII.c.CCCXXIII. *Sciendum eſt omnibus, quod ſacrilegium ſit res Eccleſiæ quocunque modo injuſte ab Eccleſiis quibus jure debentur auferri, & in aliud transferri.* Lib.VII.c.CV. *Nam multæ regiones quæ rerum Eccleſiarum invaſiones, vaſtationes, alienationes, vexationeſque, & ſacerdotum, reliquorumque ſervorum Dei oppreſſiones vel quaſcunque injurias, quæ jam dicta illicita, & adulteria vel ſodomiticam luxuriam, vel commixtionem meretricum ſe-*

ctatæ

ſtata fuerunt, nec in bello ſeculari fortes nec in fide ſtabiles perſtiterunt, & qualiter Dominus talium criminum patratoribus ultrices pœnas, per Sarracenos & alios populos venire & ſervire promiſit, cunctis earum geſta legentibus liquet, & niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis ſupervenire nō dubitamus, quia vindex eſt Deus de his omnibus. item c. cxlvii. c. clii. c. clxxxviii. c. cxcix. c. ccxc. Hæc eo etiam diligentius ex Capitulis illis proſequuti ſumus, quod ex illis potiſſimum concinnavit ſuum *de ſacrilegio laico* commentarium, Iohannes Fileſacus Theologus Pariſinus, ſeu Veteris Eccleſiæ Gallicanæ querelam, de beneficiis boniſque Eccleſiaſticis, & eorum reditibus à laicos male occupatis uſurpatiſque, jam à temporibus Clodovei, & deinceps ſub Carolo Martello, ſub Pipino, & Carolo Magno, Ludovico Pio, de quo id poſtea ex antiquo iſtius ævi Scriptore refert, quod mandavit filio Pipino, per Armoldum Abbatem, res Eccleſiaſticas, quæ in regno ejus erant, quas vel ipſe ſuis attribuerat, vel ipſi ſibi præripuerant, abſque cunctatione Eccleſiis reſtitui. Tum ſub Carolo Calvo Rege, Ludovico Balbo, ejuſque filiis, & aliis, quam male ſæpe Eccleſiaſticorum bona à laicis (uti vocant) uſurpata fuerint, & notatum id ab hiſtoricis ſit, vir in antiquitate Eccleſiaſtica bene verſatus, profert. Quæ neutiquam infringit, „quod non leguntur Galliæ Reges vel Imperatores eo nomine anathemate fuiſſe percuſſos à Romano Pontifice, quomodo is quidem poſtea ſua fulmina violentius detorſit in Henricum IV. Nam non illo adhuc tempore audebat id in Reges vel Imperatores Papa, quod poſtea in Henricum IV. nec ab intermiſſo Pontificis anathemate bene quis probet, jure egiſſe hac in re Principes, ob quam tum à Theologis, tum à variis Galliæ conciliis reprehenſos eos fuiſſe, ſatis conſtat. Deinde apud Fileſacum obſervo, quod jam antea quoque notavi, in negotio bonorum Eccleſiaſticorum à Veteribus, ſub pauperum nomine, ſæpe comprehendi etiam Clericos. Ita quidem ille, pag. mihi 838. *Non abs re hi Epiſcopi, cum res Eccleſiæ patrimonia pauperum appellaſſent, ea partim Clericis, partim*

tim cæteris egentibus aſſignarunt, quo pauperes duplicis generis eſſe in Eccleſia ſignificarunt. Prioris generis ſunt ipſi Clerici, qui divino miniſterio ſunt mancipati, quorum in primis cura habenda ſit. Ita cenſet Synodus Romana, ſub Symmacho Papa. De donis autem ſanctorum, id eſt, Catholicorum virorum, vel matronarum, quæ offeruntur Eccleſiis Dei, paſcantur pauperes ſpiritu, id eſt, ſervi Dei, & cuncti Eccleſiaſtici ordinis, degentes caſte & pie ſub regula Chriſti. Idem, ut hoc obiter quoque addam, adverſus illos, qui dum audiunt vel legunt, bona Eccleſiæ pauperum vocari, & pauperibus quidem potiſſimum bona olim dici data fuiſſe, inde putant, Clericos à bonorum iſtorum uſu protinus abigendos eſſe, quod præterquam parum eſſet, ut ex manifeſta diſtinctione, pauperum bona pauperibus, & Clericorum his vendicaremus, ſcire tamen oportet, antiquitus ſub pauperibus, etiam Clericos comprehenſos fuiſſe, qui hic eodem fere cum pauperibus cenſu veniebant: uti hoc quoque habet Martinus ab Aſpilcueta, Doctor Navarrus, Apolog. de Redit. Eccleſ. pag. 31. *Moneo, dixiſſe me in præfato libello, nu. 10. per pauperes in hoc propoſito de dando ſuperflua redituum eccleſiæ pauperibus, non ſolum intelligi perſonas inopes. ſed etiam eccleſias & monaſteria tam ſæcularia, quam regularia, & alia omnia loca & opera pia.* Cęterum Concilii Meldenſis Patres, apud Baronium, *Tom.* XI. *ad* A. cIↄ ccxlv. ſic loquuntur *peccata enim populi comedunt, qui contra auctoritatem divinam, & nec interceſſionis ope, nec prædicationis conſilio, vel quocunque divino auxilio pro peccatis eorum qui ea dederant, laborant, nec pio operi ad quod fides fidelium eas tradiderat, ſervire permittunt. De quo periculoſo facto, vos Principes Chriſtianiſſimi venerabiliter admonemus, & devotiſſime obſecramus, ut memores ſalutis veſtræ præſentis ſcilicet & æternæ; memores etiam largitatis progenitorum veſtrorum erga ſanctas Eccleſias, propter quam feliciter regnaverunt, & ſibi contrarios ſuperaverunt.* Etiam *Leges civiles* injuſtam pronunciant bonorum eccleſiaſticorum alienationem, vel in profanos uſus applicationē. *Eſt autem alienatio,* dicunt: *omnis actus, per*

quem

Digitized by Google

quem dominium transfertur. C. de fund. donat. l. 1. & D. de verb. ſignif. lxvii. *alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet.* Vnde in Sexto Decret. poſt titulum, *de non alien. reb. Eccleſ.* ſubjungitur tit. *de rerum permut.* Atque in Extravag. Comm. titulus *de emptione & vendit.* In Capitularibus Caroli M. vel potius Ludovici F. lib. 11. c. xxix. *Alienationis autem verbum continet venditionem, donationem, permutationem, & Emphytheuſeos perpetuum contractum: ſed omnes omnino ſacerdotes hujuſmodi alienatione abſtineant.* Videri poſſunt præterquã Iuris Inſtit. lib. 11. tit. 1. §. 8. *quæ etiã per noſtram conſtitutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta cauſa redemtionis captivorum:* loquitur de rebus ſacris, ut appellant, quamvis temere ita, à Pontificali nempe conſecratione, dictis, verũ hoc miſſo, ſermo eſt, de ædibus, & donariis, *quæ ad miniſterium Dei dedicata ſunt.* Adde Novell. vii. de *non alienandis aut permutandis rebus Eccleſiaſticis.* Novell. 111. c. 3. Novell. xlvi. *De Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione.* Novell. cxx. *de alienatione & emphyteuſi rerum Eccleſiæ:* quibus alienatio rerum Eccleſiæ prohibetur. Hac Novell. c. vii. *Et quoniam cognovimus ab aliquibus fieri alienationes monaſteriorum, ut hæc à ſacra figura in privatorum converſationem trãſferantur, & hoc omnibus modis prohibemus.* Item C. de Sacro S. Eccleſ. *l. Privilegia* l. *jubemus.* l. *privilegia magna Eccleſ.* l. *Sancimus nemini. l. Conſtantinopolitana.* C. De ſepulchro violato *l. Res religioni deſtinatas* D. de contrah. emtione *l. & liberi.* de his quæ non ſunt in commercio. l. xxii, *Si quid ſacri vel religioſi eſt, ejus venit nihil.* l. *ſi in emptione.* l. *qui officii cauſa.* l. *Pacta conventa.* Adde Imp. Manuelis Commeni *conſtit. cap.* ix. & Alexii Comneni. Non hæc eò faciunt, quaſi putem nunquam licitam eſſe bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, quod non ipſi Canones ſimpliciter volunt, eam in caſibus aliquibus concedentes & probantes; ſed ut oſtendam, nos jure alieniſſimos eſſe à bonorum Eccleſiaſticorum, eorumque (inconſultâ & invita Eccleſia) direptione, profanatione, & in uſus privatos applicatione: ut immerito Papiſtę nobis hic objiciant iſtorum

 mi-

direptionem aut profanationem, vel ejus à nobis ſuſceptum patrocinium, vel Papa in ſua Bullâ juſtam inde petat cauſam & occaſionem, propter bona Eccleſiaſtica quaſi à nobis non in Eccleſiaſticos uſus impenſa, pacem Germaniæ inquietandi, irritandique. Conſtans quippe Reformatorum hæc eſt doctrina, ſeu Lutheranorum, ſeu Reformatorum, Theologorũ ac Iuriſconſultorũ, bona in pios uſus data, iſthuc, & non in privatos profanoſq; applicanda eſſe. Sic Lutherus, de quo jam ex Iohanne Gerhardi audivimus; eſtq; apud Ioh. Conradi Damhauwerum *Diſp.* XVI. *in Decal. ad* VIII, pręc. Pręterea Tom. II. Ienenſi Lutherus, in Conſilio, wie die geiſtlichen guter zu handelen ſind/ A. CIↃ IↃ. XXIII. Aber die dritter weiſe iſt die beſte/ daß man alles ander zum gemeinem gut eines gemeinen kaſtens gelangen/ daraus man nach Chriſtlicher liebe/ gebe/ und leihe allen die im lande durfftig ſind/ es ſey edel oder burger/ damit man auch der Stiffter teſtament und willen erfullen. Denn wie wol ſie geirret und verfuret ſind/ daß ſie es zu Kloſtern geben haben/ iſt dennoch ja ir meynung geweſen/ Gott zu ehren/ und zu dienſt geben/ und haben alſo feilet. Dan iſt kein groſſer Gottesdienſt/ denn Chriſtlich liebe die den Durfftigen hilft und dienet/ wie Chriſtus am jungſten tage ſelbs wird bekennē und richten Math. 25. Daher auch voerzeiten der Kirchen guter bona Eccleſiaſtica, das iſt/ gemeine guter hieſen/ wie ein gemeinen Kaſten/ fur alle die unter den Chriſten durfftig waren. atque ad illam normam Reformatio Eccleſiarum juxta ac bonorum inſtituta & præſcripta fuit. Hoc Zuinglins apud Tigurinos egit: cujus conſilio, *Reditus Eccleſiaſtici quoque vel miniſtris ordinabantur Eccleſiarum, vel bonarum literarum doctoribus, vel reliquis ſacerdotum & monachorum, vel pauperibus. Erant inter illos juvenes ingenioſi non pauci: quibus pietatis magis placebant ſtudia: hi tales retenti, ad uſus Eccleſiarum Tigurinæ ditionis fovebantur, & occaſione oblata emittebantur.* quemadmodum de eo ſcribit in vita Zuinglii, Melchior Adamus. Idemque refert in pręfat. *Hiſtoriæ Sacramentariæ*, Rodolphus Hoſpinianus, ubi hiſtoriam reformationis Eccleſiæ Tigurinę breviter ennarrat. neq; quod hic ait, poſt expenſa in pauperes, & Miniſtros, & Scholas bona, ſiquid ſupereſt, id publicis ſervari neceſſitatibus & calamitatibus levandis, bona illa extra uſus ſuos debitos, & pios, & contra naturam ipſorum impendi, vel uſurpari à laicis, ſignificat.

Hoc

Digitized by Google

Hoc enim ſi fiat, apertè damnat idem Auctor, *de Templis*, lib. v. *de Origine bonorum Eccleſiaſticorum*, in fine quando inquit: *Hæc propterea pluribus commemoro ut intelligant pontificii, quam inique Chriſtiani Principes & magiſtratus, qui bonorum & redditum Eccleſiaſticorum abuſus, ad normam verbi Dei, & canonum Conciliorum primitivæ Eccleſiæ, in ordinem redegerunt, furti ſacrilegiique, hactenus accuſati fuerint: quum ipſi interim ter ſacrilegi iis per fas & nefas ad omne ſcelus pro libidine ſua abutantur. Licet Evangelicorum nonnullos etiam non omni culpa liberare velim, qui primum bona Eccleſiaſtica ſibi vendicarunt ceu ſua, iiſque partim latam ſibi faciunt ditionem, partim arces atque ædificia ſtruunt, partim theſauros augent, neglectis interim aut perparce habitis miniſtris eccleſiarum & pauperibus. Deinde œconomos iis præficiunt duros ſimul ac rigidos, qui malint derogare quàm erogare. Sed reddent hi infideles diſpenſatores Domino bonorum iſtorum graviſſimam in die judicii ultimi rationem.* Nempe Principes & magiſtratus bona illa non fiſco attribuendo, ſed ad normam verbi Dei, & canonum Eccleſiaſticorum errogando, laudabiles ſe præſtant, atque à Pontificiorum calumnia immunes. Nonnullos verò alios, qui bona Eccleſiaſtica ſibi vendicant, ceu ſua, culpabiles dicit: & non modo in hoc, quod illis in luxum utuntur, ad arces domoſque ſtruendas, neglectis Miniſtris. Quibus neque id adverſatur, quod ultimo dicit, de decimis, aliiſque bonis Eccleſiaſticis, è manibus laicorum, qui illas emerint &c. ad parochias non transferendis, niſi precibus & pecuniis redimantur: ſic enim & redimi illas, & taliſieri aliqua ſolum ratione poſſeſſoribus ſuadet. Philippus Melanthon, in Conſil. Theolog. ita ſemper docuit, bona Eccleſiaſtica, ad uſus Eccleſiaſticos applicanda, Papalia reformanda, atque in uſum priſtinum, bonum eum ac ſalutarem poſtliminio reducenda eſſe: ſecus ſi fieret, damnabat. Præter id, quod antea ex eo adduximus, *Conſil. part.* I I. *pag.* 186. de facto Laurentii, mortem potius oppetendam, quam tradendam Imperatori pecuniam Eccleſiæ exiſtimantis, ſic judicat: *Non injuria igitur Divus Laurentius ſe ei oppoſuit. Nam in manifeſtis injuriis Magi-*

ſtratui non eſt indulgendum, præſertim ſi ſalus Eccleſiæ, & gloria Dei agatur. Quare recte feciſſe Divum Laurentium judico, quod in hac re Imperatori eſt adverſatus. Quod cum ita ſit, facilè intelligi poteſt, quo in ſcelere ſint noſtris temporibus avari Pontifices, Canonici, & ſimiles, qui non ſolum bona Eccleſiarum ad ſe rapiunt, ſed etiam de iis turpiſſimè helluantur, eaque conferunt non ad profanos uſus tantum, ſed etiam ad delendum & opprimendum Euangelium. Et crudeliter faciunt centauri, qui manus injiciunt talibus Eccleſiæ bonis, non ad ſe pertinentibus, unde pauperes ſcholaſtici & pii Paſtores ad conſervationem miniſterii ali debebant. Hos cum patiantur eſurire, ut ipſi ſuum luxum expleant, proculdubio Deus olim graviſſimas pœnas hujus rapacitatis ab eis exiget. Idem, pag. 144. ad quæſt: *An pater pius, & vere amplexus Euangelium poſſit petere reditus ex ſacerdotio Collegii Canonicorum, pro ſtudiis filii, & an fruens talibus reditibus peccet?* ita reſpondet: *Primum, ſi filius obligatur, ut pro ipſo alius celebret uſitatas ipſis Miſſas, aut additur alia impia obligatio, manifeſtum eſt, nequaquam tales obligationes recipiendas eſſe, & fugienda collegia & reditus, ſi requirant ullam impiam obligationem, juxta regulam,* fugite idola. *Secundo, ſi nulla addatur impia obligatio, petere eos reditus, & frui illis reditibus, res licita & conceſſa eſt. Imo hæc ipſa bona ſunt initio à Regibus ad hunc principalem uſum ordinata, ut ſint docentium & diſcentium ſtipendia, ſeu alimenta. Hoc certiſſimum eſt. Nec ideo reditus ipſi, frumenta, pecuniæ, ſunt res malæ, quia antea tenuerunt impii. Sicut vaſa Ægyptiorum non erant res malæ, etiamſi Ægyptii fuerant impii. Ac pie Iſraelitis licuit uti illis vaſis. Ita univerſa rerum natura condita eſt ad uſus piorum, & propter eos. Quanquam igitur ſæpe impii plurimis rebus magis fruuntur, tamen ubi conceditur, licet piis frui eiſdem rebus: ſicut videmus emtionibus, venditionibus, donationibus, locationibus, & aliis contractibus, res ipſas, & earum uſum transferri.* Parte 1. Conſil. Theol. ubi de conſtituenda Academia Lipſica: *Cum autem jam mutentur monaſteria, rectiſſimum eſt, ut bona rurſus transferantur ad juvandas Eccleſias & ſcholas, ac ad alendos paſtores & pauperes ſcholaſticos:* Nemo militat ſuis ſtipendiis, *inquit Paulus, & hæ opes datæ ſunt Eccleſiis, ut*

ſint

Digitized by Google

ſint ſtipendia docentium & diſcentium. Idem clamitant veteres Canones. Ideo boni viri, & potentes in Republica annitantur omnibus viribus, ut ex opibus monachorum, quantum obtineri poteſt, conſtituantur parochiæ & ſcholæ. Sæpe ſoleo per jocum recitare veterem verſiculum de his, qui accuſati in judiciis, prædam dividebant cum judicibus, ut ſe redimerent. Sententia verſiculi hæc eſt:, Qui multa furatus eſt, & pauca dat judici, elabitur. Ὁ πολλὰ κλέψας ὀλίγα δοὺς ἐκφεύγεται. Sic de his direptionibus monaſteriorum interdum dico: Eos qui tenent illas poſſeſſiones, ſi ſaltem pauca deciderent ad Eccleſias & ſcholas juvandas, veniam ſperare poſſe. Cæteris profecto nullo modo ignoſcendum eſt, qui devoratis his opibus ſinunt paſtores cum familiis fame perire, ſcholas deſeri, extingui literarum ſtudia. Ibidem Theologi Wittembergenſes, Iuſtus Ionas, Philip. Melanthon, Nic. Ambſdorffius, & Iohannes Doltz, ad quæſtiones aliquot, ex aula Electoris ad ipſos miſſas, inter quas & hæc erat: *Quarto, Cum plærumque templa & monaſteria, ad miſſarum celebrationem extructa & fundata ſint, fore ut ceſſante cauſſa, ſimul & ceſſaret effectus, hoc eſt, ut ad illum finem deſtinata & legata, ſimul intercideren, ſicque monaſteriis & templis debiti reditus, penſioneſque adimerentur.* ita reſpondent: *De fundationibus, & quando præſentes miſſæ introducta ſint, de quibus habent III. & IV. articuli, ſatis conſtat, collegia vetera, monaſteria & templa initio non fundata, conſtituta, regiiſque opibus locupletata fuiſſe, ad lectionem miſſarum, vel horarum canonicarum deblaterationem, abſque fructu & utilitate Eccleſiæ ac fidei Chriſtianæ, quod nunc fere fit, ſed potius, ut juventus in ſacra ſcriptura & religionis doctrina erudiretur, Itaque vetera collegia cœnobia, & diæceſes fuerunt ſcholæ juvenum Chriſtianorum, uſque ad Auguſtini, imo Bernhardi ætatem. Ad hunc finem omnia bona, facultateſque Eccleſiaſticæ legatæ & donatæ fuerunt, ut inde ſtipendia, & quaſi præmia laborum darentur paſtoribus, doctoribuſque Eccleſiarum, & ſuſtentarentur tenues ſcholaſtici, aliique pauperes: Quod veterum hiſtoriarum monumenta perſpicue indicant.* Tum, quamvis ſciant, *quod recentes fundationes collegiorum aut cœnobiorum, ab annis quadringentis aut quingentis fere omnes miſſarum & cantionum uſitatarũ cauſſa, conſtitutæ,*

ma-

magnificeque (quod apparet) aucta ſunt. Nec ideo violantur injuriave afficiuntur jura donationum illarum, quia autores earum ab impiis ſacrificulis perſuaſi ac decepti, putarunt ſe iis fundationibus, ſibi, ſuæque familiæ & poſteritati rem profuturam ad ſalutem animarum inſtituere, qui profecto ſi revocarentur in vitam, damnarent ipſi facilitatem, credulitatemque hac in re ſuam, cum viderent ſolummodo ad explendam ſacerdotum avaritiam, & pecuniarum aucupia à ſacerdotibus has donationes primum expetitas, aut poſtea tranſlatas eſſe. Atque hæc ipſa ſunt, ad quæ reſpicit Sleidanus, Comment. lib. III. Eandem originem collegiorum Eccleſiaſticorum, & Canonicorum aſſignat Melanthon, Conſil. pag. 515. *Hæc quæſtio jam agitari ſolet, cum Epiſcopi & Canonici, defenſuri ſuum otium, voluptates, & impios ritus, allegant vetuſtatis judicium. Vera igitur antiquitas quærenda eſt. Satis conſtat, Prophetas olim habuiſſe cœtus diſcipulorum, Eliam, Eliſæum, & ſimiles, quibus enarrabant legem Dei, & promiſſiones divinas, & tradebant hiſtorias. Ad hæc ſtudia alii alias bonas artes addebant. Hunc morem imitati ſunt Iohannes Baptiſta & Chriſtus. Ita duces Eccleſiæ ſemper ſcholaſticos cœtus ſecum traxerunt. Et conſentaneum eſt, vetuſtiora eſſe exempla hujus rei.* Atq; de collegiis Virginum, ubi de abuſibus Eccleſiarum emendandis, ait *abolerentur hæc vota. Et tamẽ pauperibus puellis præſertim nobilibus, conſulatur ex his reditibus, qui per certos quæſtores ad hos uſus quotannis colligantur, & quodam ordine diſtribuantur. Nam in pagis aut locis deſertis, virginum cœtus eſſe, non videtur utile, ſed ſi placet aliqua monaſteria virginum converti in ſcholas puellarum nobilium & aliarum, id fiat in urbibus, ubi eſt honeſta diſciplina. Et præſint, honeſtæ, piæ & graves matronæ. Tales ſcholas aliquas puellarum eſſe ſine ullis vinculis votorum optandum eſſet, in quibus nobilium filiæ & aliæ puellæ diſcerent literas, & doctrinam Euangelii, & aſſueſierent ad ipſa exercitia & bonos mores, nupturæ cum vellent.* Pezelius, ad illa, ex Melanthone adducta, part. VII. Argum. & Reſp. pag. 325. *Quæ Eccleſiæ olim donata ſunt liberalitate piorum Principum, eas donationes perpetuo valere dubium non eſt, dum finis ſervatur, videlicet, ut donata Eccleſiæ ad pias cauſſas referantur,*

Digitized by Google

tur, ſicut eo referri debent. De quo notum eſt dictum vulgare: Quod ſemel dicatum eſt Domino, ad profanos uſus amplius non eſt transferendum. Nec ad bona monaſteriis & Eccleſiis relicta extendi debet, quod l.5. C. de pagan. Loca & bona, Ethnicorum ſacris attributa, fiſco vendicantur. Illa enim dæmoniis dedicata fuerunt, ut Paulus ad Corinth. oſtendit, quæ fiſcus quaſi vacantia quoquo modo poteſt occupare. At hæc Deo & Eccleſiæ Chriſtianæ conſecrata ſunt. Quæ quanquam ante hæc tempora magnis tenebris fuit oppreſſa, hoc tamen non ad ejus deprædationem valere debet, ſed eo, ut quæ ad impios uſus Eccleſiæ relicta ſunt, in pios convertantur. De quo qui volunt conſilium Schurffii videre poſſunt, cent. 1. *Conſ.* 48. *Cæterum in aulis, à quibus occupantur bona Eccleſiaſtica, hac ſpecie, quod ad Eccleſiæ & Scholarum uſum conferri oporteat; fere idem accidit, quod in Apologo narratur de quodam viatore egente ac eſuriente, qui in itinere orabat Mercurium, ut ſibi offerret aliquid mercium, quas in via alicubi relictas invenire poſſet. Pollicebatur etiam ſe dimidium templo illius dedicaturum eſſe. Tum pergit viator dicta prece, bona cum ſpe. Cumque jam ſtadium unum atque alterum emenſus eſſet, invenit plenos calathos amygdalarum & palmularum. Etſi aviditati viatoris ac ſpei non reſpondebat hoc munus, tamen fecit ſapienter, quod dicitur:* ὅτι δῶ τις, ἐπαίνει, *Boni conſulit mercem, nullo quæſitam ſumptu ac labore. Properat igitur in forum, ut inde aliquid pecuniæ lucretur. Sed properanti occurrit Mercurius, ac prius partiri prædam jubet. Hic callidè ruſticus memorem ſe promiſſorum inquit, ac dimidium daturum, videlicet amygdalarum putamina & palmularum nucleos. Hoc modo aulæ bona Eccleſiaſtica cum Eccleſiis & Scholis partiuntur.* Idem p. 318. *Certum eſt à piis Regibus & Principibus initio donatas eſſe Eccleſiis has opes, quas nunc tenent, propter hanc cauſſam, ut ad ſuſtentationem docentium ac diſcentium ſtipendia conferrentur. Nec fuerunt Collegia Canonicorum, imo & monaſteria olim aliud, quàm Scholæ, in quibus juventus erudiebatur, & fiebat doctrinæ propagatio. Poſtea tanti abuſus acceſſerunt, ut à ſe ipſis prorſus degenerarint vetera illa collegia, quæ etiamnum iis in locis, ubi Papatus regnat,* ἐργαστήρια *& officinæ videntur eſſe horribilis Idolatriæ, fœdiſſimarum libidinum, luxus & multorum ſcelerum.*

L   *Vt*

Vt autem Elias paſcebatur à Corvis afferentibus ad eum panes & carnes, Sic ubi reformata ſunt collegia, non eſt per ſe peccatum ad ſumptum ſtudiorum tolerandum, frui ſtipendiis, quibus alioqui Canonici multi abutuntur: Modo non accedat obligatio impia: Et illi qui ejuſmodi ſumptibus ſuſtentantur, fungantur ſuo officio, & cogitent non ad officium, non ad luxum dari ſtipendia, ſed pro labore ſtudiorum, & ut Eccleſia conſulatur. Calvinus, lib. de Neceſſit. Reformandæ Eccleſiæ: *Similis impudentiæ eſt, quod diripi apud nos Eccleſiæ opes, & in profanos uſus converti clamitant. Si nihil hic apud nos peccari dixero, mentiar. Et ſane, rarò tantæ rerum converſiones fiunt, quin ſecum trahant aliquid incommodi. Si quid igitur hic peccatum eſt, non excuſo. Cæterum, quâ fronte nobis crimen hoc adverſarii intendunt? Eccleſiæ facultates in alienos uſus convertere, ſacrilegium eſſe dicunt. Aſſentior. Adjiciunt, fieri hoc à nobis. Excipio, nos minime ſubterfugere, quin pro nobis reſpondeamus: modo ipſi quoque ad cauſam dicendam viciſſim parati veniant. Mox igitur de nobis: interea videamus quid ipſi faciunt.* Tum pag. ſeq. de Noſtris reſpondens, ita ait: *Hi ſunt, qui inexpiabilis ſacrilegii noſtros principes accuſant, quod patrimonium Eccleſiæ, Deo conſecratum, rapuerint per vim & ſummam injuriam: & nunc in profanos uſus dilapident. Iam quidem teſtatus ſum, nolle me omnia, quæ apud nos fiunt, excuſare: quin potiùs non majorem alicubi rationem haberi, ut in eos tantum uſus impendantur Eccleſiæ reditus, quibus ſunt dedicati, mihi diſplicere profiteor. Mecum etiam id gemunt omnes boni. Verum, hoc tantum in præſentia agitur: rapuerintne per ſacrilegium Eccleſiæ bona principes noſtri, cum ex ſacerdotum & monachorum erepta manibus, ea ad ſe receperunt? Num quia aliorſum ea conferunt, quàm ad ſaginandos illos ventres, ideo ipſa profanant? Suam enim adverſarii, non Chriſti, nec Eccleſiæ, cauſam agunt. Fateor certe, grave judicium pronunciari adverſus eos, qui Eccleſiam ſpoliaverint, ut ſibi raperent quod illius erat. Sed ratio ſimul additur; quia veros miniſtros fraudent ſuo victu: quia, pauperes fame necando, rei ſint ſanguinis. Hoc autem quid ad noſtros adverſarios?* Et in libro de candalis, circa finem: *Quoniam ſacris opibus ditati ſunt nonnulli, alii famem ſuam utcun-*

que

que ad tempus ſedarunt, nos prædandi magis cupidine, quam pio Dei Zelo ad res novandas adductos eſſe jactant Euangelii hoſtes: multi qui prætextum capiant repellendi Euangelii, maledicis iſtis vocib us aſſentiuntur. Ego verò, ſiqui replendis ſuis crumenis Eccleſiæ bona prædati ſunt, non excuſo. Et libri noſtri, quantopere abhorreamus ab ejuſmodi ſacrilegiis, diſerti ſunt teſtes. Verum, ut partis noſtræ delictis, ſi qua ſunt, patrocinium meum accommodare animus non eſt: ita calumnia non eſt ferenda, quod in prædam ceſſiſſe malevoli homines criminantur, quicquid fœdis illis gurgitibus, hoc eſt ſacrificiis Baal & monachis ademptum eſt. Certe, ex quibus locis profligata eſt Papatus impietas, illic ſaltem pars eorum redituum, quos ſcorta, & lenones cum ſacerdotibus vorabant, in pauperes erogatur: aliquanto plus impenditur in ſcholas, quam fieri ſolebat: aluntur veri Paſtores, qui ſalutis doctrinam populo miniſtrant: ſumptus quoque ad tuendum Eccleſiæ ſtatum non pauci fiunt. Sacrilegium inquit, Eccleſię facultates in alienos uſus convertere;atque nobis hoc objectum, omni modo ſatagit diluere, tantum abeſt, ut vel concedere velit, vel propugnare. Et in eos tantum uſus impendendos Eccleſiæ reditus docet, quibus ſunt dedicati: aliter ſi fiat, ſibi id, juxta cum bonis omnibus, diſplicere atteſtatur. Neque probat hic aliquid, niſi ut vel in Scholas, vel in pauperes, paſtores,& ſumtus ad tuendum Eccleſiæ ſtatum, illa impendantur. Vt mihi videatur non minus conſcientiæ ſuæ, quam Calvino vim intuliſſe, qui non illam ejus, eandemque cum noſtrâ, quæ communis Eccleſiarum eſt, agnorit eſſe ſententiam: vel qui ſolum à Calvino „ reprehendi Principes illos, qui negligunt miniſterium;vel „ iſtud evertunt,miniſtris ſua ſubducendo ſubſidia,perſuadere nobis cupiat. Et in libro de Scandalis ille, non privatos, ſed quoſcunque, qui ſuas crumenas Eccleſiæ bonis replent, vel ſacris opibus, uti loquitur,ditati ſunt,caſtigat: neque minus illos, qui fortaſſe tale quid agentibus,aſſentiuntur.Quin imo illa quæ ſacrificiis Baal,& Monachis, adeoque impio Papatui antea ceſſerunt bona, docet in pauperes, Scholas,Paſtores, Eccleſiæque ſumtus alios eroganda eſſe. Quid tu

 ais,

,, aiѕ:vel dicere ipſum hic,vel non abnuere, ut poſtquam Ec-
,, cleſiæ, Scholis, & pauperibus à Magiſtratu Chriſtiano a-
,, bunde proſpectum eſt, aliquid pro afferendo familiæ ſuæ
,, decore,ex maſſa bonorum, quæ vulgo Eccleſiaſtica vocantur, accipiatur? quod utut etiam eſſet, nihil ad rhombum: ſed negligi hoc modo & tranſiri maximi viri mentem, & aliam, ab ea fingi, & ludum facere hoc niſi ſit, ego quidem non video. Quid, vel ubi Calvinus de alendis ex bonis Eccleſiaſticis, familiis? certe earum hic,ubi tamen de bonorum illorum uſibus, ne mu quidem: & alia omnia adfert,ex mente donationum, in quæ bona illa impendenda ſint, nihil de familiis: ubi tu in ſolis hiſce hæres: reliquis omnibus omiſ-
,, ſis: ſed niſi aliter SS. Miniſterio proſpici queat: hoc cedo quibus uſquam in verbis Calvinus? & quaſi vero ſint ſolæ honoratæ & antiquę familiæ, & non quævis promiſcuæ, etiam infimæ, quæ, ut verbis Calvini utar, ſacris opibus ditari ſtudent, vel crumenas replere ſuas. Quibus quiſquis imprudens quærit vel commodat patrocinium, eum in ſcriptis Calvini legendis animo magis ſincero & ſedato verſari,quam hactenus fecit, jubeo, ne in aliam à Calvini, cæterorumque Reformatorum abhorrentem & Reformationi gravem, magno cum ſcandalo & opprobrio, ſecurus eat ſententiam. Calvini mentem exponat nobis proximus ei Theodorus Beza, in præfat.Sermonum *de Reſurrect. Chriſti*,ad Ordines Belgii: ubi de duobus imprimis monendos reverenter cenſet DD. Ordines, quorum ſecundum eſt, de abuſu bonorum Eccleſiaſticorum: *L' autre poinct, que toutes gens de bien ne puvent ſe perſuader, eſt ce qui vous eſt reproché par celui de vos quartiers, lequel ie ne ſay pourquoi, s'eſt venu nicher hors de ſon pays,pour troubler,plus à ſon aiſe la ſaincte & droicte forme de police Eccleſiaſtique, qui vous eſt commune avec les Egliſes Francoiſes, Vous blaſmant bien ouvertement, comme non ſeulement ayans tranſporté les biens Eccleſiaſtiques à autre uſage, mais comme les diſſipans,& deſtituans de juſtes & deubs entretenemens, les fideles paſteurs des Egliſes. Si ceſt abus vous eſtoit veritablement imputé (ce que ie ne*

croy

troy nullement, encores qu'en moindres confuſions tels deſordres puiſſent advenir) la faute à la verité ſeroit inexcuſable devant Dieu & devant les hommes, & ne ſauroit-on trop toſt ni trop bien remedier, & fermer la bouche à telles perſonnes. Extra fidem ponit, ut committatur ab Ordinibus, non ſolum ut miniſtris non bene ex bonis Eccleſiaſticis providentur, ſed quoque ut ea (quę bona agnoſcit Eccleſiaſtica eſſe, & pro quibus verba facit ad Ordines) in alium uſum, quam Eccleſiaſticum impendantur: ſecus fatetur magnum ſcandalum eſſe, & ſatis inexcuſabile peccatũ. Calvinus epiſtola ad Farellum, ſcripta a. cIↄ Iↄcxxxix. refert quomodo ex Buceri maxime conſilio, cum bonis Eccleſiaſticis, eorumque diſpoſitione agi viſum fuerit; ſed quo tamen melius quid ſperabat: ſiquidem ita narrationem ſuam exorditur: *de bonis Eccleſiaſticis utinam tibi poſſem aliquid melius polliceri.* nec ſane probat omnino, vel quod integra con-
,, ſcientia Magiſtratus de canonicatibus diſponit, vel ut bona Eccleſiaſtica ſecularizentur, uti nonnemo velit, qui citans iſtum Calvini locum non bene ultima hæc ejus omiſit: *id ſi obtinetur, erit ut in rebus adeo diſſipatis tolerabilis conditio*: ſiquidem exſerte hic carpit Calvinus, quod *Principes bona Eccleſiaſtica pro ſuo arbitrio adminiſtrant*: illoſque perſtringit, qui *ægre ferunt ſibi de manibus excuti lucrum cui jam aſſueverunt.* Et poſtea inquit: *Reliquæ facultates in uſum magis legitimum redigantur, ut ſunt Præbendæ, Capellæ, Prioratus & reliqua. Vſum appello*, inquit, *magis legitimum, ut miniſtris & ſcholis, pauperibus, aliiſque Eccleſiæ oneribus deſtinentur. Id ſi obtinetur, erit ut in rebus adeo diſſipatis tolerabilis conditio.* Et Buceri conſilium quod probat, haud aliter probat, quam quod *ex vetuſta Eccleſiæ conſuetudine* illud oſtendiſſet, docuiſſetque, *ea lege legata bona* eſſe: adeo ad tabulas legationis ſe confert, atque ex iis quomodo agendum hic eſſet, edocet: qui modus ut ſequatur, aut lex, minime velint ii, qui à doctrina noſtra & ſententia Calvini alieni, bona illa in profanos privatoſque uſus impendenda autumant. Atque in alia, ad eundem Farellum epiſtola a. cIↄ Iↄ xlv. Calvinus, quo fervore in hoc argumento verſetur teſtatus: eſt *Ego vero non ceſſo palam in concioni-*

bus: quoties opportunitas ita tulit, conteſtor Deum & homines, grave nobis imminere judicium: in Senatu idem aliquoties egi: neque tamen hoc modo mihi defunctus videor, dum nihil me profeciſſe video. Verum ſequor Ambroſium, qui doctrinam & locum paſtoris ſibi retinens, ita ut pro illis vindicandis paratus eſſet vitam opponere, agros tyrannidi Imperatoris Valentiniani ſinebat. Sic enim ſuſpicantur Magiſtratus noſtri, de æmulatione eſſe certamen, quia ægre feramus excuſſum eſſe nobis de manibus quod illi ſibi ſumpſerunt: niſi forte hoc ſimulant, quo fidem ſtudio noſtro derogent. Neque tamen ita vitanda eſt nobis ſuſpicio, ut ad ſacrilegia conniveamus. Tantum cogitare operæ pretium eſt, quouſque contendere expediat. dixerat paulo ante: hoc vitium vix corrigendum, *niſi eccleſiarum conſenſu*; & Principum Germaniæ commendarat exemplum, qui *promittunt reſtitutionem omnium quæ occuparunt*, ſi quando ad piam aliquam concordiam veniretur. Bucerus ipſe, in Defenſione Chriſt. Reformat. Hermanni Archiepiſc. Colon. pag. 404. *Contra Gazophylacium eſt inſtituta hæc Accuſatio, imprimis verò propter conductas Miſſas. Dicunt, prudenter expendendum eſſe, utrum Eccleſiaſtica bona, quæ ab hominibus eò deſtinata ſunt, ut ipſorum defunctorum piè & ſanctè habeatur memoria, liceat in eleemoſynas convertere.* Reſp. *Poteſtatem habemus & mandatum, omnia bona quæ Domino oblata, & poſthac nullius hominis propria ſunt, juxta voluntatem Domini, quam optime impendendi & diſpenſandi, etiam contra quam ab his, qui ea Eccleſiis donarunt, ex errore contra voluntatem Dei fuerunt deſtinata. Domini enim eſt terra & plenitudo ejus, non hominum. Iam verò manifeſta eſt Miſſarum perverſio, quemadmodum ſupra demonſtravimus, conductas precioque redemptas miſſas facere, qui abuſus longo tempore confirmatus eſt. Quem è medio tollere debemus, & tamen nihilominus, quod Domino, & Eccleſiæ ad talem abuſum donatum eſt, retinere, & ad voluntatem placitumque Domini, & Eccleſiæ utilitatem impendere ac diſpenſare, hoc eſt, ad religionem Chriſti in miniſteriis & inſtrumentis, divina & ſalutaria ſtudia, procurationem denique & ſuſtentationem pauperum conſervandam & provehendam. Quicunque enim aliquid donavit Eccleſiæ, is imprimis Domino id obtu-*

lit

lit & ſanctificavit. Et licet aliquid ex ignorantia contra quam Domino placet, pro dono ac legatione ſua fieri deſtinaſſet, tamen ſi cum Domino eſt, nihil ei gratius eſſe poteſt, quam ut oblatio ſua pleniſſimè juxta voluntatem Domini impendatur & diſpenſetur. Quod ſi cum Domino non eſt, neque etiam apud Chriſtianos valere debet, quicquid tandem in bonis, Domini ordinaverit aut deſtinarit. Nec minus juris debet habere Chriſtiana Reſpub. in tali caſu quam Reſpub. hujus mundi. Iam Reſpub. humana hoc juris habet, ut ſi quid alicui civitati in ſpectaculum legatum ſit, quod ea civitas nolit apud ſe exhiberi, id quod legatum fuerat, non cedat hæredibus, ſed maneat apud Rempub. & in alium aliquem uſum qui civitati placeat, convertatur. D. De uſu & uſufructu per legatum. L. Legatum, & ſequent. Quare jus iſtud non potius civitati & Reipub. Chriſti conveniret? Quare non habent Adverſarii, quod juſte conſilium noſtrum vituperet, quo propoſuimus omnia ea, quæ à fraternitatibus, ut vocātur congeſta, & ex ignorantia non ad verum Dei cultum deſtinata ſunt, in Gazophylacium imponere, & ad vere Chriſtianam diſpenſationem ordinare. Vides, ut doceat, bona Domino oblata eſſe, quamvis cum errore, in Miſſas &c. emendandum errorem, cavendumque abuſum eſſe, ſervandum autem quod ſub eo licet, Domino & Eccleſię donatum intelligitur; imo neque alterius, quam Domini illa eſſe, & nullius hominis propria. Quibus non obſtat, quod *lib.* 11. *de Regno Chriſti*, ad Eduardũ Regem Angliæ ſcribit: ut quando aliter nequit, exhauſto per bella ærario, ex opibus Eccleſiaſticis, ei ſuccurratur: in quo neceſſitatis caſu, ut omnes ad ſublevandam Remp. tenentur, ita & Eccleſię, quarum quoque ſalus in illa bene conſtituta verſatur, *in qua & ipſa Eccleſia continentur, earumque miniſtri, Scholæ, & pauperes*, uti ibidem loquitur. Neque enim convenit, non ſuccurri Reip. in extremâ neceſſitate, vel opibus diffluere Eccleſiam, illâ egena & inopi. Bullingerus, de Epiſcop. Inſtit. & functione, lib. 11. *Has opes ex collectis fidelium oblatas in hoc habet Eccleſia, ut iis alatur & foveatur miniſterium verbi, & pauperum in Eccleſia ſublevetur inopia, unde conſequens eſt, tum illas recte diſpenſari, cum Miniſtris cedunt & pauperi-*

peribus: pag. 114. *Diſcant, horribili Ananiæ, Saphyræ, & Iuliani exemplo Magiſtratus pii, non abuti facultatibus eccleſiaſticis ad res prophanas, prateritis interim & neglectis Dei & Eccleſiæ negotiis.* & poſt. *Priuſquam ſubventum ſit pauperibus, & res Eccleſiaſtica (ſicut decet) ordinata, nemo principum, & Magiſtratuum, vel obolum tollat ex ærario ſacro, niſi graviſſimam potentiſſimi numinis iram, ac vindictam velint incurrere.* Atque adverſus Anabaptiſtas lib. III. cap. 9. *Interea quoque manifeſtum eſt, collegia & eccleſias, præſertim vetuſtiores, inſtitutas eſſe à regibus, principibus, & hominibus privatis ad miniſterium eccleſiæ in ſermone & ſacramentis, non autem ullius abuſus cauſa, quas non poteſtis veritate ſuffragante inter ea quæ idolis immolata ſunt numerare. Nam etſi temporis progreſſu propter publicum errorem ad abuſum converſa ſint, nunc tamen reformata, hoc eſt, antiquo uſui reſtituta ſunt. Recte autem D. Auguſtinus ait ad Public. epiſt. 153. opibus cum à Gentili idolatria ad Dei cultum transferuntur, idem quod hominibus accidere. Illi enim qui antea in infidelitate impuri erant, nunc in fide ſancti, immaculati, & puri ſunt, &c.* Sententiam Lavateri ſupra attulimus. Muſculus, in Locis Comm. ad octavum præceptum: *Epiſcopi, & reliqui prælati, cum clericis, & monachis ſine ulla infamiâ ſacrilegium cõmittunt, dum bona Eccleſiaſtica in uſus profanos transferunt. Deinde & illi ſacrilegium admittunt, qui bona Eccleſiaſtica, prælatis, & Clericis auferunt, & in ſuos privatos uſus convertunt: id quod jam olim principes nonnulli fecerunt, & hodie utinam non faciant plerique, qui tamen de Euangelio Chriſti admodum gloriantur.* Quibuſcum optime conveniunt, quę idem Auctor habet *Comment. in Gal.* III. 15. ubi ait, teſtamenta Majorum ſub Papatu facta, non eſſe à poſteris ſervanda videl. quatenus (uti inquit) à volũtate & veritate Dei diſſentiunt, & neque ſtatuenda initio fuerant, ut ſecundam illa miſſæ inſtituantur, aliaque ſuperſtitioſi cultus lemmata: aperte enim loquitur, & quæſtionem inſtituerat, de certis legatis ad vigilias & miſſas mortuorum annuatim celebrandas; quæ hactenus, & hoc bene, ſervari à poſteris nolit, & ſic error illorum confirmari, potius in alios, melioreſque uſus commuta-

mutari. Daneus, Ilag. part. IV. lib. I. cap. V. Balduinus Comment de LL. Conſtantini, pag. 28. *Tantum abeſt*, inquit, *ut quòd Eccleſiæ vel ejus collegio legabatur, ſinguli invadere ſuo jure poſſint, & privatim ſibi arrogare. Sed neque tolerandum fuit, ut Eccleſiæ beneficio Conſtantini ditata, ſuas facultates in alios, quàm verè pios uſus impenderent, aut ineptis voluptatibus teſtatorum eas relinquentium parerent, ſicuti multa Eccleſiis fuiſſe legata ſcimus ab hominibus vel deliris, vel ſuperſtione faſcinatis. Imò verò tum demum, cùm ſuperſtitio invaluiſſet, frequentiſſima eſſe cœperunt, quæ Eccleſiis relinquebantur, legata. Sed cur hic rurſus non utemur legibus civilibus, quæ edicunt, ſi quid civitati relictum ſit ad edendum ſpectaculum, quod celebrari non liceat, in alios meliores uſus convetendum eſſe ?* L. Quidam. 17. D. De uſu, & uſufruct. & redit. & habit. legat. l. Legatam. 5. D. de Adminiſtrat. rerum da civit. pertin. Argentinæ ita factum in Reformatione, a. cIɔ Iɔ XXIV. ut facultates Eccleſiaſticæ aut pauperibus, aut miniſtris Eccleſiæ fuerint diſtributæ. Philippus Haſſiæ Lantgravius a. cIɔ Iɔ XXVI. reditus Monaſteriorum, ad Academiam Marpurgenſem, & ad quatuor item Noſocomia tranſtulit. Bernenſes a. cIɔ Iɔ XXVIII. Monaſteria & cœnobia in Scholas converterunt: reditibus cænobii Interlacenſis, Collegii Zovingenſis, Monaſterii Kunigsfeldenſis, Collegii denique Irregularium Canonicorum in Ludum litterarium Dunenſem, Zovingenſem, Brugenſem, Bernenſem, tranſlatis. Similiter apud nos ut fieret, voluit Synodus Edamenſis a. cIɔ Iɔ lxxxvI. *art.* XIII. Alcmariana. cIɔ Iɔcv. *grav.* XXV. Scultetus, in Annalibus Eccleſiaſticis ad A. cIɔ IɔXXV. ubi retuliſſet, quomodo in Anglia reditus Monaſteriorum duobus à Cardinale Volſæo exſtructis Collegiis erant applicati: quod negotium, ut nonnulli animadverterunt, tanquam aurum Tholoſanum, omnibus, qui illud attigiſſent, aut perniciem, aut ſaltem maximas calamitates attuliſſe creditum fuit, ita ſubjicit: *Si iſtos juſtitia divina tam ſevere puniit, qui bona Eccleſia dicata, ſed parum ſan-*

ſte adminiſtrata, ad uſus haud dubie meliores converterunt, hoc tamen non ſpectantes, ſed pravis ducti cupidatibus; quid illis putabimus imminere, qui res Eccleſiaſticas, quacunque data occaſione ſine delectu diripiunt & expilant, ſemet tantum locupletandi gratia? Illa cura erga bona Eccleſiaſtica adhibita fuit in Reformatione ducatus Wurtenburgenſis. unde a. cIↄ Iↄ lxxxvII. decretum, referente Bindero, in Theſibus de Bonis Eccleſiaſt. Es ſolle auch der Kirchen Kaſt / wie der mit allen ſeinen pertinentien angericht / mit nichten geändert / viel weniger auch die Geiſtliche Güter unſerer und unſers Fürſtenthumbs Prelaturen / Klöſter / Probſtin / Stifften / Canonicaten / Pfründen / und alſo berhürtes Kirchen Kaſtens gantzes Einkommen / durchauß in eignen / oder ſonſt in einigen andern / ſondern mit ſtatlichem gutem Raht / ſoll einig und allein zu Underhaltung der Kirchen und Schulen / und alſo zu Verfürderung der Ehr Gottes / und der Armen / nutzlich gebraucht werden. In Deſcriptione Belgii, ubi de Groeninga & Omlandia, pag. 285. de erecta Academia, *collata in hunc finem ingens ſumma, ſumenda quotannis ex cenſibus Monaſticis.* pag. 298. conventum inter Vrbem, atque Agrarios in hanc ſententiam fuit: *monaſteria & bona monaſtica, & quæ ejus generis in Vrbe & agro, item in præfectura vetere & ſuburbana, conjunctis ſententiis conferuntor ad pios uſus.* Secundũ quod iterum a. cIↄIↄc. Collegio Deputatorũ ſcripta hæc regula fuit: *ſimul videant, ne quiſquam bona hujuſmodi piis aut publicis uſibus dicata in uſus proprios vertat.* Orta a. cIↄ Iↄ xcv. inter Emdanos, & Comitem Idzardum contentione, illa DD. Ordinum interventione hunc in modum inter alia ſopita fuit, ut bona ad ſuſtentationem puerorum, Concionatorum, Scholarum, & pauperum pertinentia manerent. Quæ ne quis neget apud Meteranum noſtrum legi, videat lib. xvII. fol. 351. ubi inter articulos concordiæ hic eſt: De goederen tot onderhout van Kinderen / Predicanten / Schoolen ende armen gehoorich / ſullen daer by blijven / ſoo wel van de groote als Gaſthuys Kercken / ende de Grafen Lants tot Hinta liggende / vande Provoſtye gekomen by des Graven Vrouwen Moeder Ho: ghedach: de groote Kercke begiftiget / ende daer van genomen / ſullen weder daer by werden gevoecht ende by blijven / ende de Grave en ſal hem met de adminiſtratie der Kerckelijcke goederen niet meer moeyen. Nem-

pe

pe ſic judicarunt Ordines, ſervandas eſſe pias defunctorum voluntates, donationeſq;, nō infringendas illas, velabrogandas eſſe, non quod Magiſtratus arbitrio permiſſa illa, pauperibus, Miniſtris, ſcholiſq; auferre, & de iis pro arbitrio ſuo diſponere, vel aliis uſibus applicare. Quæ ipſa fuerat haud ita pridem cauſa rejectorum è Belgio Epiſcoporum, & quod hinc etiam ortum cæpit, belli: **dat de fondatien van de Voorouders daar door verandert worden.** Collegit Helfricus Vlricus Hunnius IC. Pontificius, Ægidii Hunnii Theologi Lutherani F. Duodecim Reſponſa Proteſtantium, contra bonorum Eccleſiaſticorum uſurpationem, aut in alios quam pios uſus à quibuſcunque applicationem. Vbi primo loco venit Hieronymus Schurpfius, qui Cent. 1. Conſil. 48. dicit: *Ex quibus etiam patet quàm ſiniſtre conſultum ſit Domino Principi L. quod ſuæ illuſtri dominationi competat hoc jus petendi, &c. quia ſit Imperator in Ducatu ſuo, & ſcriptum eſt: Date Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, quia illa ſcriptura probat penitus contra ſuam Serenitatem, ut patet ex illo textu S. Ambroſii, & ſupra in reſponſione data ad primum quæſitum. Eſt enim ex textu Chriſti oſtenſum per Ambroſium; Imperatoremmet non poſſe ſtatuere in præjudicium rerum Eccleſiæ. Et in* cap. Bene quidem. 96. diſtinct. *ubi dicit textus inter cætera:* Iniquum eſt & ſacrilegij inſtar, ut quæ pro ſalute & requie animarum ſuarum unuſquiſque Venerabili Eccleſiæ, Pauperum cauſa, contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quos maximè conſeruare conuenerat, in alterum transferantur. *Et ideo invadens res Eccleſiarum, committit horrendum crimen Sacrilegii, etiamſi ipſe eas contulerit Eccleſiis.* cap. Sunt opes. *ubi etiam ſunt verba B. Ambroſii, cum trib. ſequent.* 17. quæſt. 4. & poſtea *Ex quibus evidenter infertur contra Ribaldos noſtri temporis, qui à Principibus res Eccleſiarum petunt. Quòd ſcil in Deum, Naturam, & omne jus peccent, ſibi & ſuis uſibus appropriando, quod Eccleſiis pro communi utilitate Pauperum datum eſt.* Deniq;: *Multò minus Illuſtris Princeps & Dominus Dux C. propria authoritate ſibi appropriare poteſt, ſed ſub pœnis Sacrilegii & aliarum Legum, invaſoribus rerum Eccleſiaſticarum inflictis, ab hujuſmodi pro-*

poſito abſtinere tenetur. Idem, Conſil. 90. *Sequitur jam ex prædictis breuiter adductis, quòd bona Eccleſiarum non poſſint ex laicis, etiam ab ipſomet Imperatore, vel aliis regibus & principibus, cùm nec poſſeſſio, nec dominium hujuſmodi rerum Eccleſiæ, conſiſtant penes eoſdem, occupari, aut quouis titulo in laicos alienari. Et per conſequens, quòd alienatio ab illis, cujuſque præminentiæ, vel dignitatis fuerint, facta, tanquam à non dominis, ſit ipſo jure nulla, & quòd penitus nihil juris, nec dominii transferant, vel transferre poſſint in eos, in quos alienatio hujuſmodi de facto facta eſt. Et ita quod accipientes, vel inuadentes res Eccleſiæ hujuſmodi titulo à jure reprobato, & à non Domino, dicantur illas rapere Prælatis & Clericis &c. Etenim omnis alienatio rerum immobilium Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium & aliorum locorum piorum, quocunque titulo, ſive donationis, ſiue permutationis &c. fiat, regulariter de jure prohibita. De Iure enim civili hoc patet per* §. Nos igitur, per tot. Authent. de non alien. & permut. rebus Eccleſ. col. 2. §. hoc vero jubemus. Authent. de alien. & emphyt. column 9. cum concordan. *Et dicit Imperator in* d. l. jubemus. *inter cætera. Ea enim, quæ ad Beatiſſimæ Eccleſiæ Iura pertinent, vel poſthac fortè pervenerint, tanquam ipſam Sacroſanctam Eccleſiam & religioſam, intacta conuenit inviolabiliter cuſtodiri, ut ſicut ipſa Religionis & fidei mater perpetua eſt, ita ejus patrimonium jugiter ſervetur illæſum.* Matthæus Weſenbecius, Conſil. IV. *Quod maximè de bonis Eccleſiaſticis dicendum, quæ nunc poſſideri & uniri cum feudis eſt uſitatum. Talia enim bona, ſicut ipſæ Eccleſiæ; juris ſunt divini, eademque quæ Eccleſiæ, privilegia habent.* l. ult. Cod. de SS. Eccleſ. pro temporalibus in Authent. de Eccleſ. tit. c. grandi de ſuppl. negl. prælat. c. 2. de integr. reſtit. lib. 6. *Andr. Tiraquell.* de privil. piæ cauſ. in princ. & idcirco velut *Deo dicata, nullius ſunt in bonis.* §. Nullius. §. Sacræ Inſtit. de rer. diviſ. l. 1. l. in tantum l. ſacra & paſſim eod. tit. *ac ab omni privatorum jure habentur & ſunt ſeparata.* l. ult. Cod. de SS. Eccleſ. *ideoque nec converti, nec eſſe in privatorum dominio & proprietate poſſunt.* d. §. ſacræ, cum aliis ſupra allegat. & in Authent. de alienat. & emphyt. & extr. de rebus eccleſ. non alien.

alien. *quia ſacra ſemel facta, amplius privata fieri nequeunt.* l. inter 83. §. ſacram. 3. de verbor. obligat. *Schurffius* conſ. 48. licet cent. 1. *Poſito etiam, quod abuſus eſſent conſecuti. Nam tunc non in fiſcum Principis redigenda: ſed in meliorem magiſque verum uſum ſunt convertenda.* l. Legatum 16. ff. de uſu & uſufr. legat. l. Legatum 5. de admin. rer. ad civit. pertinen. l. final. de opere public. Alb. l. ſi uſufruct. infin. quib. mod. uſusfr. Iacob. de Roydis num. 30. *Idque cum authoritate Conſilii vel ſuperioris.* Clement. 2. de religioſ. domib. Hieron. Schurff. d. conſ. 48. Licet num. 2. &c. Idē Weſemb. Et *conſil. 37: num. 6. in Paratit. l. ad. tit. Cod. de Paganis, num.* 2. Similiter Hieronymus Treutlerus, *Select. Diſput.* XIII. *Theſ.* 11. Erneſtus Cothmannus *vol.* II. *Conſ.* 100. ubi inter alia adallegatā Ambroſii de non tradendis baſilicis, earumq; patrimonio ſententiam, ſupra à nobis quoque allegatam, ait: *Quibus verbis graviſſimus auctor teſtatum fecit, res Deo, Eccleſiis & pauperibus mancipatas contrectantem in eam Decalogi partem graviter delinquere, quæ furtum fieri ſeverè vetat. Quid verò dicturum fuiſſe putamus Ambroſium, ſi in hæc tempora incidiſſet? Quid ſi vox illa clamantis hodiernos mores noſtros inſpiceret & contemplaretur? Quemodmodum Herodi in faciem dicebat: Non licet tibi filiam fratris uxorem ducere. Vtique nunc quoque exclamaret:* Non licet tibi res Deo, Eccleſiæ & pauperibus dicatas poſſidere, & in uſus tuos convertere. *Sed obiit Ambroſius, & Vox clamantis obmutit, vel certè raucedine ſic eſt affecta, ut ſonorum ſonum non edat. Et hoc eſt quod hodie dici & deplorari ſolet, paucos eſſe Ioannitas.* Et in fine: *Quare non immerito Hieronymus Schurffius ait, ut D. Philippus eum appellat, ſapiens, graviſſimus & graviſſimè judicans, pro rebus ſacris & pauperum contra terrarum Dominos ſemper & perpetuo de jure reſpondit, atque Ribaldos noſtri temporis, qui à Principibus res Eccleſiarum ſibi attribui & appropriari petunt, in Deum, naturam & omne jus peccare arbitratus eſt. Sed & elegantiſſimus Vldricus Zaſius, Non ſunt, inquit, tuti, qui Eccleſiaſticica ædificia & bona occuparunt, neque in foro contentioſo & multò minimè in foro conſcientiæ, denique Dn. Matthæus VVeſenbecius, Sacra, dicit prophana fieri non poſſunt,*

neque debent. Quæ cum ſint in nullius bonis & divini Iuris, quo, malum, Sacrilegio Deo auferuntur & Eccleſiæ. concludit denique: *res Deo, Eccleſiæ, & pauperibus directo & præciſe conſecratas, à laicis Poſſeſſoribus malè utique poſſideri, & optandum eſſe, ut reſtituerentur. Sed non eſt, quo judice repetantur. Dies ergo Domini illa, uti & alia, judicabit. Libet enim cum D. Auguſtino ad hunc modum propoſitam quæſtionem finire & claudere, c. quid dicam.* 14. *quæſt.* 4. *E. C.* Henricus Andreas Cranius, Tract. de pace Religionis, Problemat. 5. *Bona Eccleſiaſtica, veluti Monaſteria, Cœnobia, Collegia, & alia id genus bona ſacra, à tempore tranſactionis Paſſavienſis inita, occupata, & ad pios uſus converſa, ad Auguſtanæ Confeſſionis Status pertinere, dictum eſt in præcedentibus connexis: cujus occaſione hic quæritur, nec inutiliter inquiritur; Utrum bona Deo ſemel dicata (hoc eſt, Eccleſiæ, & ſacris uſibus, atque pauperibus olim deſtinata) deficiente uſu, ad quem ab initio data ſunt, ad formam patrimonialium & feudalium redigi, & à Laicis juſtè poſſideri poſſint? Negativa ſententia communi Dd. ſaniorum calculo recepta eſt, & omni jure verior, quam etiam noviſſime propugnavit pio zelo, nec non rationibus urgentiſſimis, ICtus longè celeberrimus Dn. Erneſtus Cothmann. in Conſilio ſuo* 100. *pag. m.* 358. *ubi hanc quæſtionẽ illuſtrem vocat & arduã, moribus & temporibus noſtris convenientiſſimam. Matth. VVeſemb.* conſil. 37. *Hieron. Schurff.* cent. 1. conſil. 48. *Nititur hæc negativa ſubſeqq. rationibus,* &c. Eadẽ Icc. Tubingenſes, in Reſponſo a. clↄ lↄcxxix. apud Helfricum Hunnium, *pag.* 42. Ioh. Schneidewin. ad Inſtit. *de rer. diviſ. num* 10. Petrus Syringius, Diſſertat. de Pace Relig. concluſ. 38. *Id quod ſemel dicatum Deo, ad profanos uſus transferri non debet,* c. ſemel Deo. de R. I. in 6. l. ſancimus & l. ut inter C. de SS. Eccleſ. *Quod jus & à Iehova ipſo ortum, & natura, ac communi gentium lege ſancitum eſſe, graviſſime tradit Dn. Ern. Cothmann.* reſp. jur. 100. n. 18. & per tot. *P. Matth. VVehner* pr. obſ. verb. ungerecht Gutt / *Coler.* de proceſſ. exſec. p. 2. c. 3. n. 181. *ubi ait, ſemel dicatum Eccleſiæ eſſe ſanctum ſanctorum, ideoque ſine incurſu ſacrilegii capi non poſſe. Quæ pia honeſtaque admonitio, ſi omnibus illis, qui profanas manus ſacris bonis admoverunt, probe*

ob-

Digitized by Google

obſervaretur, facile Er. Burghardo auton.part.c.16.*uno verbo M. reſponderi poſſet, ubi non ſine opprobrio Proteſtantium Profanationem exagitat.* Chriſtophorus Binderus, in Theſibus, de Bonis Eccleſiæ, pag. 15. *Iniq; tum agebant Sacerdotes, qui in privatos uſus cõvertebant Deo dicata, quæ in nullius bonis eſſe poſſunt, & omniũ privatorũ jus hic exſpirant.* Pag. 40. *Populus, Clerus, Reges, omnes pariter voce, doctrina, confeſſione, legibus teſtati ſunt, talia dona conſecrata Deo, non niſi Dei eſſe, ſeu Eccleſiæ in terris, quæ ut pia mater, cultum Dei inde fovere, Paſtores eruditos & fideles benigne alere, & pauperum curam habere debeat perpetuam, ne quis egeat.* Pag. 117. *Tenendum hoc Magiſtratui, quod ſit à Deo conſtitutus Procurator neceſſitatis pauperum, & Advocatus ſeu nutritius Eccleſiæ. Ne igitur uſurpatione reprehenſibili bonorum Eccleſiæ proprietatem ſibi vendicet: ſed quaſi Superintendens & Advocatus probe omnia in hiſce diſponat, tanquam Deo rationem aliquando redditurus.* Theodorus Reinkingh, Tract. de Regimine ſeculari & Eccleſiaſtico, lib. III. cl. I. cap. III. *Præter caſus & modum ſupra dictum res divinis cultibus dedicata in prophanum uſum non ſunt transferendæ, etiamſi res, ob cujus uſum res illæ Deo dedicatæ ſunt, ſublatæ ſint, tunc enim in alium pium uſum convertendæ per ea, quæ tradit* Hieronym. Schurff. conſ. 48. nu. 11. Cent. 1. *Et ita bona Monaſtica & alia ad Ceremoniarum Pontificialium celebrationum deſtinata poſt Reformationem ab Auguſtanæ Confeſſionis ſtatibus ad miniſterium Euangelicorum ac Academiarum ſuſtentationem, aliaſque pias cauſas rectè transferuntur; qua de re vide prolixè,* Hortleder in Reichshandlung lib. 4. cap. 7. nu. 10. fol. 126. Refert Melchior Goldaſtus, in Replicatione, pro Imperio, Dedic. ad Lantgravium Haſſiæ, ſe à Friderico IV. Comite Palatino (neque hic certe in *Vtopiæ Regis aula* victitavit) aliquando hanc juſtiſſimam vocem audiviſſe: Ich wolt nicht daß mein Fritz / ein haar von Pfaffen gut hett. *nolim Friderico meo* (qui Elector fuit ejus nominis V.) *latum digitum eſſe ex poſſeſſionibus eclEeſiaſticis.* Fridericus Balduinus, Theologus Wittembergenſis, Caſ. Conſc. lib. IV. cap. IV. *Intrepide ergo affirmamus eos, qui nihil aliud faciunt, nec in poſterum facturi*

ſunt,

ſunt, quàm quod certo tempore in choro præſentes ſunt, & vel ipſi, vel per alios horas ſuas canonicas cantillant, & tamen ampliſſimos reditus ex bonis eccleſiaſticis accipiunt, in tali vita genere, quod Deo placeat, non eſſe, quia finem fundatorum non adſequuntur, in otio vivunt, & neque Deo neque proximo ulla ratione inſerviunt. Quamdiu igitur in hoc vita genere pergunt, neque Deum propitium, neque conſcientiam pacatam habere poſſunt. Idem eſto judicium de canonicis Papalibus, *ſive regulares, ſive irregulares appellentur, Eos enim in tali vita genere eſſe, quod Deo placeat, haud abs re dubitari poſſet. Etſi enim bona eccleſiaſtica à piis majoribus ex pia devotione, & optima cum intentione fundata ſunt, ut videlicet erigerentur ſcholæ, in quibus educarentur viri eccleſiæ utiles, ut alerentur pauperes, inſtaurarentur ædificia publica, quorum uſus eſt in cultu Dei publico, aut ſuſtentandis pauperibus, ut etiam ſit in promtu pecunia ad redimendos captivos, de quo fine ſuo loco plura: ipſi tamen finem ac intentionem illam piorum majorum non attingunt. Neque enim Deo neque proximo rite inſerviunt.* Iohannes Gerhardi, Loc. Commun. Tom. VI. de Magiſtratu Polit pag. 597. *Caveat pius Magiſtratus, ne eccleſiaſtica bona ad ſe rapiendo & ſacris dicata in privatos uſus convertendo grandi ſacrilegio ſeſe obſtringat. Vultur ex altari carnes & carbones ſurreptos nido inferens, & nidum & pullos exuſſit: ſic harpiæ ac vultures illi qui bona eccleſiaſtica per vim rapiunt, eadem non commodo ſed exitio ſibi fore experientur. Prædones illi bonorum eccleſiaſticorum recte conferuntur militibus, qui Chriſto veſtimenta detraxerunt, quæ pia aliorum beneficentia ipſi dederat: ſic bona eccleſiæ à piis majoribus collata, illi in privatos uſus convertunt, & Chriſtum in membris ſuis nudum relinquunt. Quod ſi Magiſtratus aliquis Iuliani potius, quam Conſtantini ſucceſſor, bona eccleſiaſtica ſibi vendicet, Eccleſiæ miniſter graviter ipſum commoneat, neque tamen præfracte & contumaciter, multo minus violenter & ſeditioſe reſiſtat, ſed eccleſiæ tranquillitatem & veræ religionis conſervationem jactura fluxarum iſtarum rerum non ſolum licite ſed & laudabiliter redimi exiſtimet. Etenim ſi Ezechias recte fecit*, quod omne argentum in templo Domini repertum & laminas auri, quas ipſe affixerat, Regi Aſſyriorum,

à quo

à quo bellum metuendum erat, miſit,& pacem politicam hac ratione emit 2. *Reg.* 18. v. 15. *quanto minus improbari poteſt, ſi miniſter Eccleſiæ Magiſtratui bona eccleſiaſt. per vim ad ſe rapienti omneſque admonitiones ſuperbe contemnenti eadem concedat, ut eccleſiæ ſuæ pacem & tranquillitatem procuret. Prudenter igitur diſpiciendum, quando conveniat imitari exemplum* Laurentii Martyris, *Decio Tyranno ſacrum theſaurum denegantis, quando vero* Auguſtini, *tabulas donatorum eccleſiæ agrorum donatori eas repoſcenti reſtituentis. Poſidon. vita Auguſt. cap.* 24. Quæ eadem ante ipſum Tilenus, in Syntagm. Diſp. de Orig. Bonor. Eccleſ. *Eccleſiæ opes, à politico Magiſtratu in alios, quàm ſacros & pios uſus converti, fas non eſt. Sed nec Miniſtros Eccleſiæ decet præſtacte, & contumaciter repugnare Principibus, eas poſtulantibus. Ac minime vulgari hic opus eſt prudentia, ut diſpiciamus, quando Laurentii, theſauros Decio: Ambroſii, Baſilicam Valentiniano tradere recuſantium: quando Auguſtini, tabulas donatorum Eccleſiæ agrorum, reſpoſcenti donatori reſtituentis; exempla ſint imitanda.* Hac ſuper re crebræ Theologorũ, in concionibus ſuis Declamationes. Ioh. Winuſtede, Concionator Quedelburgẽſis, a. cIↄIↄ lvii. binas habuit, ediditque conciones, Wider den leidigen Geitz Teuffel / So die Kirchen Güter zu ſich reiſt / vnd mit dem abtrünigen Juliano vnſer Schulen vnd Kirchen erbermlich verſtört vnd einfriſt. Conc. 1. die Kirchen güter vorenthalten / verkargen vnd verſparen. Vnd dagegen / den Papiſten dieſelbigen zu jhrem manchfaltigen Laſter vnd faulheit volgen laſſen / oder auch ſelbſt zu ſich reiſſen / vnd andere vnwirdige Perſonen einthun / oder erblich vnd eygen verkauſſen / verpfenden oder verſchencken / das ſo ſehr gemein iſt / auch bey den / So die allerbeſten Euangeliſchen ſein wollen / das man es fur keine Sunde mehr helt. etc. Conc. 11. So wollen wirs noch nicht erkennen vnd buſſe thun / O wech der Bosheit / Menniglich iſt jtzund gut Euangeliſch / Darumb / das er mag Kirchen vnnd Kloſter güter an ſich nemen / Wenn er die hat / ſo iſt ſein Euangelion aus / Fraget darnach weder nach Pfarherr / vnd Predig nicht mehr / Gilt jhm gleich man predige oder predige nicht / Laſſen darüber Pfarren / Schulen vnnd Kirchen verwüſten. Wenn ſonſt einer jhn vor zeiten aus noth vnd Armut jrgent eine Kirchen auſſbrach / Nam oder raubet daraus einen Kelch oder ein ander Kleinot / der muſte ein Sacrilegus / Das iſt / ein Kirchen dieb ſein / den zu viertheilt man und zu redert jhn / das alle ſeine Beine oder Knochen jhm brechen muſten / Leget jhn auch darnach auffs Rade das jhn Vogel vnd Lufft verzerete. Aber den jetzigen groſſen Kirchen dieben / Die inn Goldt vnnd

Digitized by Google

den einher treten / vnd aus der Kirchen gefreſſen/ wie die Könige der Caldeer Balthaſer ſauffen vnd freſſen/ Den darff niemand ein wort darumb ſagen/ das ſie ſo ubel handeln / Vnd ſchicken ihr armen vnd dürfftigen mit Siegel vnd Brieffen nach andern Leuten zu / den ſelbeſt bange genug wird / und Armen genug haben zu nehren etc. Das ſind warhafftig die groſſen Dieben/ ſo die kleinen zum Galgen verurtheillen / Welche/ ſo ſie gleich hie vngeſtrafft bleiben / dennoch wie Balthaſer / Gottes Gericht nicht entlauffen werden. Ich wil aber dis nicht von Chriſtlicher Oberkeit / vnd von den frommen geſaget haben / Der denn (Gott lob) auch etliche gefunden werden / da man nicht darff von ſingen vnd ſagen/ Wie vom Bapſt vnd andern groſſen Kirchen dieben. Diſperſit dedit Lenonibus. Der Chriſten güter Scortantibus. Sondern warhafftig/ Diſperſit dedit Pauperibus. Er ſtrewet aus vnd giebt den Armen etc. Denn Die Güter der Chriſtlichen Kirchen / ſo bey den Stifften vnd Klöſtern im Miſſbrauch ſein/vnd zu allerley Abgötterey gebraucht werden / nemen ſie derhalben ein/ Das ſie ſie wollen zu einem beſſeren brauch/ vnd zum rechten dienſt wenden/ das iſt Chriſtliche Prediger ſtifften / Schulen vnd Spittel anrichten / armen Schülern / Studenten vnnd Predicanten/ Stipendia machen / Armen dienſt Megden ein Braudtſchag und mitgabe darvon geben. Vnd allenthalben Pfarren vnd Schulen / auch Siechen heuſer / vnd was denn mehr in Chriſtliche Ordennng vnd Regiment gehört/ damit fördern vnd erhalten / ſo das niemand vnter vns darbe / vnd ſich billich zubeklagen habe. Solche Obrigkeit ſo das thut / iſt hoch zu loben / denn ſie thut Chriſtlich vnd recht / Nimpt weg den Misbrauch / Vnd ſetzt widerumb den recht en gebrauch ein. Denn dazu ſind jhn vor zeiten die Stiffte vnnd Klöſter fundiert von frommen HErrn vnnd Fürſten/ das es ſolten Chriſtliche Lehr vnnd zu recht Schulen ſein Vnd die Gütter die dazu gegeben ſein / ſolten der armen ſein / Darumb wer ſie den entwendet / der iſt gewis ein dieb vnd mörder. Iuellus, Sariſburenſis in Anglia Epiſcopus, Conc. coram Reginâ Elizabetha, in Pſalm. xix. 9. *Zelus domus tuæ comedit me.* pag. 138. the cauſe why ,, ye church of God is ſo forſaken, is the want of zeale in them ,, that ſhould either for their curteſie, or for their ability be ,, foſterers of learning, & encreaſe the liuings where occa- ,, ſion is, and give hope & comfort to learned men What ſaid ,, I, increaſe? nay, the liuings ãd prouiſion which heretofore ,, were given to this vſe, are taken away. Haue patience, if ,, any ſuch be here, as I wel know there are, whom theſe ,, things touch. Suffer me to ſpeak the truth, it is gods cauſe. ,, The livings of ſuch as are in ye miniſtery, are not in their ,, hands, to whom they are due. &c. And this is done, not ,, in one place, or in one countrie, but throughout England. ,, A gentlemã cannot keepe his houſe, vnles he have a Parſo- ,, nage or two in ferme for his proviſion. O merciful God, ,, whereto will this grow at laſt? If the miſery which this ,, plague worketh, would reach but to one age, it were to- ,, lerable. But it wil be à plague to the poſterity, it wilbe the

de-

Digitized by Google

,, decay & deſolation of Gods Church. Robertus Boltonus, graviſſimus inter Anglos Concionator, Conc. in 1. Cor. 1. 26. quam habuit coram Regiis judicibus, aliquos nominat præterea hujus argumenti Scriptores, & quod magis eſt, alios,qui,quę prius tenuiſſent Eccleſię bona,candide reſtitue-
,, rāt.Nay,too many of thē detaining the Churches Patrimo-
,, ny, will neither reſtore it to the proper natiue uſe and ēd:
,, nor(which is very lamentable)part with a little portion of
,, a large revenew in that kind towards à competēcy.Befo-
,, re you receive encouragement to go in this courſe with
,, cōfort, I pray you procure us (from your partakers,if the-
,, re be any ſuch) Anſwers to thoſe many learned Treatiſes
,, extant upon this argument,and (for any thing Iknow) ut-
,, terly unanſwered : eſpecially,M. *Bernards*, D. *Sclaters*, and
,, D.*Fields*.Iknow well ſome excellent ſpirits of late meere-
,, ly out of the gracious freeneſſe of their truly noble diſpo-
,, ſitions, to their great honour,and adorning profeſſion, ha-
,, ve given backe to the Church for ever (I meane nothing
,, about buying in Impropriations, one of the moſt glorious
,, works in that kinde (for any thing Iknow) that ever was
,, undertaken in this Kingdome) diverſe Church livings,ſo-
,, me an hundred pound *per annum*, ſome ſixe or ſeven ſcore,
,, ſome threeſcore,ſome more;ſo many as amount to the va-
,, lue of above ſeven hundred pounds yearely.But I muſt tell
,, you alſo, they are only ſuch as you miſcall Puritan-gentle-
,, men (for I neither heare nor know of any other that ſtirs
,,this way)ād how few ſuch are to be found iu a Conntrey,
,, every eye ſpiritually illightened may clearely ſee,ād hearti-
,, ly bewaile. For, Imeane none butſuch as are (in true ſe-
,, arch and cenſure) Gods beſt ſervants, and the Kings beſt ſubjects. Quo nomine idem ſumme commendat patronum ſuum, judicem Auguſtinum Nicolls, in Notis funeralibus :
,,His ſingular integrity and honourable purpoſe in diſpoſing
,, thoſe Eccleſiaſticall Livings he had in his power. And in
,, this Point I my ſelfe can ſay more thā any, who taſted dee-

,,plieſt of his worthy dealing this way. When I never ſought
,,after, as it is famouſly knowne, nor thought upon any
,,ſuch thing, he ſent for me, and beſtowed that which I pre-
,,ſently enjoy moſt freely. Which, though every Patron
,,ought proportionably to doe, yet the horrible corruptions
,,abroad in the world in ſuch caſes, do (as it were) by à kind
,,of Antiperiſtaſis make à duty à tranſcendent vertue. And
,,this was not all. Though incrochments upon te Church be
,,like the breaches of the ſea; a thouſand to one never returne:
,,yet did he reſtore to à farthing all that, which had à long ti-
,,me beene detain'd from the Church; and parted with it
,,moſt freely; though he had as much wit and power as any
,,other to have continued it ſo, if he had pleas'd. And I ſaid
,,Eccleſiaſticall Livings, though I inſtance but in one; becauſe
,,I partly knew his purpoſe for the reſt. For, he gave me
,,himſelfe this meſſage to as worthy and reverend a man, as
,,I know unprefer'd in this Land; that is he would come unto
,,him, hee would give him the firſt that fell; and for no ot-
,,her reaſon in the world, but becauſe he heard he was a re-
,,verend and worthy man. Now lay theſe things to the pra-
,,ctice of the times, wherein there is ſuch ſinfull ád Simonia-
,,call packing together, compacting, ſecret convenanting
,,with the party or friends for preſent money, or after grati-
,,fications: ſome part of the tithes, or his owne muſt be re-
,,ſerv'd to the Patron, or he muſt be the Farmer at his owne
,,price; or pin a wife upon the ſleeve of the Parſon, as they
,,contemptuouſly ſpeake, (abaſe alſo and unworthy reſpect)
,,or the like ſuch wretched combinations to helpe one ano-
,,ther towards hell: my diſacquaintance muſt excuſe my ig-
,,norance in the termes: and then tell me if this was not a no-
,,ble part in him worthy the imitation of the beſt. I am per-
,,ſwaded in this Point, he might be a patterne not onely to
,,all here preſent whom it might concerne, (though I looke
,,upon the faces of ſome who have dealt alſo very nobly this
,,way) but to all the Patrons in ENGLAND. Be pleas'd then,

you

„you that lov'd him to tread in his ſteps herein;aud the rather
„becauſe your unconſcionableneſſe in ſo high and important
„apoint for the glory of God, and the good of the Church,
„may not only bring upon your owne heads, your houſes
„and poſterity, the curſe of God in the meane time: but al-
„ſo a company of poore ſoules caſt away by reaſon of your
„corruption, againſt you at that laſt and great day: who
„will then cry out upon you before the face of God, An-
„gels, and men; that you were the men who for a little
„bloudy gaine put upon them an ignorant, idle diſſolute,
„non reſident, or ſome way unfaithfull Miniſter; (For, it
„is too common, that thoſe who enter corruptly, deale un-
„conſcionably in their places) whereby they muſt now pe-
„riſh everlaſtingly; whereas if you had been honeſt and un-
„corrupt, there had beene hope thy might have liv'd in the
„endleſſe joyes of heaven. And what a vexing cry in the ea-
„res of all ſacrilegious Church-robbers will that be of a
„damned wretch in hell; when he ſhall complaine everla-
„ſtingly, that his ſoule had been ſav'd, if ſuch a man had not
„been Symoniacall. Similiter Thomas Adami, quoque An-
glus, conc. ſuper Iohan. XII. 6. quod in Belgicum verſum, tit. *Diabolus albus*, in abuſus iſtos bonorum Eccleſiaſticorum invehitur. Wolphang. Meyerus, Baſileenſis, *conc. in Zephani*, II. 1.2. in die Iejunii. Iohannes Prideaux, in Orat. de Decimis: *Cur tam pauci hodie ambiunt Theologiæ purpuram?* inquit: *ſylveſtris aper devoravit decimas.* Idem conqueritur Andreas Willetus, in Præfat. Synopſ. Papiſmi, Anglice, ad Regem Ia-
„cobum: in divers churches that ancient complaint of Am-
„broſe may be taken up: eget in ſede præſbyter, *in altari Le-*
„*vita, in lectione lector. Mendicat infelix Clerus in plateis.*
„*Totum quod Levitarum eſt, in uſus ſuos vendicant alii.* This
„inconvenience might eaſily be helped, if your Majeſti-
„es lawes yet in force, were executed. Controverſ. General. v. qu. VI. ubi de ſuſtentatione Miniſtrorum, & de de-
„cimis diſputat: It muſt alſo bee provided, that the gifts
and

,, and legacies beſtowed vpon the Church, be for the main-
,, tenance of pietie and true religion, and to good vſes, not
,, to nouriſh idolatrie and ſuperſtition: or if they bee giuen
,, through ignorãce of the time, to ſuch vnlawfull purpoſes,
,, they ought by the Prince to bee converted to better and
, more godly vſes: As now in England, the lands of Colled-
,, ges, which were firſt giuen to maintaine that abominable
,, Idoll of the Maſſe, are turned to the maintenãce of learning
,, and true religion. So was the lawe of *Moſes*, that the gol-
,, de and ſiluer, braſſe yron, tinne, lead, which the Iſraelites
,, ſhould receiue of the heathen, firſt ſhould paſſe through
,, the fire, & ſo be made cleane, and fit for holy vſes. Adducit-
que eum in finem argumentum ad hominem, quod ipſi Papi-
ſtæ annuunt aliquando ut quædam ipſorum in meliores uſus
convertantur. *Concil. Colonienſ. part* 9. *cap* 9. *cap*. 21. *Fraterni-
tates, quæ vocantur, & in honorem aliquorum ſanctorum in eccleſi-
is fiunt, ſpeciem quidem pietatis habent, ſed quales hac tempeſtate
ſervantur, & in quibus tam Clerici, quam laici potiſſimum comeſſa-
tionibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conſpiratio-
nibus adverſus poteſtates intenti ſunt, ſublatas malumus, & reddi-
tus in uſus pauperum expendi.* Idem, Comment. in Exod. xx.
ad VIII. præcept. ad ſacrilegium refert: when the church
,, goods are imployed to another end, than for the which
,, they were firſt givẽ the Church: which was to maintaine
,, the miniſterie of the word of God and Sacraments, to re-
,, lieve the pore, to maintaine the edifices of the Church. Let
,, ſuch therefore looke unto it, as live of the tithes and reve-
,, nues of the Church, being lay men, not called to the office
,, of teaching, inſtructing and ſpirituall feeding. Similiter Io-
hannes Weemſe of Lathocker, Scotus, in Expoſit. Cæremo-
niali ad præcept. VIII. exercit. XXXI. There was never o-
,, ne that medled with thoſe holy things, to devoure them,
,, or turne them to their owne private uſe and commodity,
,, but it was a ſnare to him: *Iehoiakim* tooke the Cedar out of
,, the houſe of God &c. Georgius Downãus, in *Sũmâ Officio-*

rum

rum Decalogi, ad VIII. *Prac.* Edward Elton, ad VIII. *præcept. pag.* 278. Eduardus Killetus, in *Miſcellaneis Theologicis,* Anglice, *pag.* 50. & 145. aliique, ſtudio à me, quia opinione mea hic evado prolixior, prætereuntur. In Hiſtoria motuum Regni Scotiæ, pag. 5. legitur: *Et quia in illis conventibus ſæpenumero deliberatum fuit ſerio, de vindicandis decimis aliiſque reditibus Eccleſiaſticis, à privatis quibuſdam magnatibus præter jus & æquum occupatis, ac ſine ulla juris vel ſpecie in privatum paucorum patrimonium converſis: ideo eorum quidam qui nullo juſto titulo, ſe bona Eccleſiaſtica poſſidere intellexerunt, ut ſibi proſpicerent, excogitarunt hanc artem, ut Paſtores ipſorum clientes & propinqui, ad Epiſcoporum titulos veherentur, quibus minutula redituum portio conceſſa fuit, ut reliquum ipſis in prædam cederet.* Et pag. 17. de ſucceſſione Caroli, poſt obitum Iacobi Regis, *præſertim egregium cum ſpecimen piiſſimus Rex dediſſet, quo animo eſſet erga Eccleſiaſticos, tum in Anglia, tum in Scotia; Decreto illo vere regio de revocatione donationum bonorum Eccleſiaſticorum, inprimis decimarum, quæ dono parentis olim minorennis, conceſſa fuere nobilibus quibuſdam. Atque licet ſucceſſum tam egregio conatu dignum res ea non obtinuerit, quibuſdam tamen Eccleſiaſticis, qui ſe Epiſcoporum machinationibus favere oſtendebant, aliquid emolumenti accrevit.* Certe Rex Carolus pluribus ſæpiſſimeque oſtendit, quam ei ingrata eſſet bonorum Eccleſiaſticorum a privatis uſurpatio, & in alios quam Eccleſiaſticos uſus applicatio. Litteris ad Parlamentum datis a. cIↃ IↃ cxlvii. menſe Novembri. tum in Icone Regia: I thanck God, as no man lay
„ more open to the ſacrilegious temptation of uſurping the
„ Churches Lands, and Revenues, (which iſſuing chiefly frō
„ the Crowne!, are held of it, and legally can revert onely
„ to'y Crowne with My Conſent) ſo I have alwaies had
„ ſuch a perfect abhorrēce of it in my Soule, that I never foūd
„ the leaſt inclinatiō to ſuch ſacrilegious Reformings: yet no
„ man hath a greater deſire to have Biſhops and all Church-
„ men ſo reformed, that they may beſt deſerve and uſe, not
„ onely what the pious munificence of My Predeceſſours

has

,, hath given to God and the Church, but all other additions
,, of Chriſtian bounty. But no neceſſity ſhall ever, I hope,
,, drive Me or Mine to invade or ſell the Prieſts Lãds, which
,, both *Pharaoh's* divinity, and *Ioſeph's* true piety abhorred to
,, doe: So unjuſt I think it both in the eye of Reaſon and Re-
,, ligion, to deprive the moſt ſacred employment of all due
,, incouragements; and like that other hard hearted *Pharaoh*,
,, to withdraw the Straw, and encreaſe the Taske, ſo pur-
,, ſuing the oppreſſed Church, as ſome have done to the red
,, ſea of a Civill Warre, where nothing but à miracle can ſa-
,, ve either it, or Him, who eſteems it His greateſt Title to
,, be called, and His chiefeſt glory to be *The Defender of the*
,, *Church, both in its true Faith, and its juſt fruitions; equally abhor-*
,, *ring, Sacriledge, and Apoſtacy.* I had rather live as my Prede-
,, ceſſour *Henry* 3. ſometime did, on the Churches Almes,
,, then violently to take the bread out of Biſhops and Mini-
,, ſters mouths. *Iterum*: which (however other men e-
,, ſteem) to me is no leſſe ſin than Sacriledge; or a robbery
,, of God (the giver of all we have) of that portion which
,, devout mindes have thanckfully given againe to him, in
,, giving it to his Church and Prophets; through whoſe
,, hands he graciouſly accepts even a cup of cold water, as
,, a libation offered to himſelfe. Iam olim. a. cIↄ Iↄ lxxiv.
Auctor lib. *Eccleſiaſtica diſciplinæ & Anglicanæ Eccleſiæ ab illa aberrationis, plena ex verbo Dei & dilucida explicatio*, Rupellæ excuſi, p. 95. dixit: *Habet enim ætas noſtra multos ejuſmodi milites, multos Dionyſios, qui Deo togam auream, neque ad æſtatem neque ad hyemem commodam, ſibi autem ad omnia tempora utiliſſimam & commodiſſimam fore arbitrantur. Verum ſi diligentius quid à nobis dicatur attenderint, hanc orationem nulla ex parte eorum cupiditatibus & avaritiæ ac rapacitati ſavere intelligent. Non enim hic de Epiſcopis ſpoliandis agitur, non de Eccleſiaſticis bonis diripiendis & indigniſſimo cuique dividendis: quin contra potius, ut paucorum affluentia multorum inopia ſublevetur, Xenodochiis & Ptochotrophiis ſuſtinendis & (quod caput eſt) miniſterio per univer-*

Digitized by Google

niverſum regnum ſtabiliendo conſolatur. Vt ex hac oratione non modo nihil ſit quod illi ſperent aut exſpectent, ſed potius quæ metuant, ſi fortè aliquando Eccleſiæ patrimonium uſurparint. Hæc enim aut reſtituant oportet, ut Eccleſiis de idoneis doctoribus proſpiciant, aut ſeipſos tot animarum jactura Deo obligent quot in ignorantia ſua per eos doctores deſtituta peritura ſint. Dn.Dn. Provinciarum noſtrarum Ordines, perdiſtrictũ Silvæ-Ducenſẽ A. cIↄIc cxxx. d. xi. Iunii, ſic edixerunt: *quoniam nobis innotuit plura bona mere Eccleſiaſtica obſcurari, ſub prætextu quod ſint juris Laicalis, decrevimus omnibus cujuſcunque conditionis, qui aliquos vicariatus ſive beneficia poſſident, in altaribus quæ Sylva-Ducis fundata, ſignificare ut originales eorum fundationes, vel authenticum exemplar, cum bonorum eo ſpectantium deſignatione, nobis vel bonorum Eccleſiaſticorum quæſtori Silva-Ducis oſtendant, ſpatio ſex ſequentium menſium, ſub pœnâ* &c. Idemque, ſtrictius iterum, A. cIↄIↄ cxxxvi. d. vi. Auguſti. Vide *Codicem edictorum DD. Ordd. part. 2. pag.* 220. & 418. Nempe inſpicienda donationum exemplaria, ut ex iſtis appareat, qualia bona ſint de quibus quæritur, Eccleſiaſticana, aut quæ MiniſterioEccleſiaſtico, vel pauperibus, aut Scholis debeantur. Eraſmus, in Adagiis: Aurum habet Tholoſanum: *Durat hodieque apud vulgus hæc opinio, ut exiſtiment omneis miſere perire, quicunque à ſacris rebus non abſtinent manus violentas.* Henningus Broſenius, Halberſtadenſis Theologus, ſcripſit tractatum: ***Aurum Toloſanum***, das iſt ein kurtzer Tractat vnd Vnterricht von Geiſtlichen vnd Weltlichen Gütern der Kirchen/ auch vom Fluch vnd Straffe / ſo der Kirchen Raub nach ſich ziehet. Vbi cap. III. reſpondens ad objectionem, quod bona illa ſint idololatrica, in fines ſuperſtitioſos ſub Papatu data, ſic ait:

Iſt nun aber ex errore iſtorum ſeculorum, ex opinione meriti metuque purgatorii etwas vnrichtiges bey den lieben alten vorgangen/ das ſchaffe man bey dieſem hellen Liechte des Euangelii wider abe / vnd behalte den primarium finem intentum vnd Gebrauch der Geiſtlichen Güter; Man befordere Gottes Ehre vnd Dienſte / man beſorge die liebe Armuht / man beſtelle wol die Schulen vnd Academien, auff welche man die Studia auß den Stifften vnd Collegiis verwieſen/ vnd beſolde getrewlich die wolverdienten Leute. Solches iſt gemeß pragmaticæ Conſtitutioni imperii, de Pace Religionis, ſo Anno 1555. am 25. Septemb. zu Außpurg auffgerichtet / vnd in Reichs-Abſchieden fol. 399. zuleſen/ dar lautet §.8. alſo: Vnd ſollen demnach von ſolchen obgenanten Gütern die nohtdürfftige Miniſteria der Kirchen / Pfarren vnd Schulen / auch die Allmoſen vnd Hoſpitalia

lia, die ſie vormals beſtelt/ vnd zu beſtellen ſchuldig/ von ſolchen obgemelten Gütern/ wie ſolche miniſteria der Kirchen vnd Schulē vormals beſtelt/auch nachmals beſtelt vnd verſehenwerden/ vngeacht was Religion die ſeyn. Wer nun dieſes thut/ vnd jenem neben eingeführtem Mißbrauch vnd Superſtition abſchaffet/ der thut beyderſeits recht vnnd wol; Propoſitum enim aut promiſſum non infringit, qui in melius illud commutat, *Decretal. lib. 2. tit. 24. cap. 3.* Gleich wie eine Zunfft nicht ſündiget/ Wann ſie ein Legatum von zwantzig oder dreiſſig Gülden/ ſo ſonſt vom Donante oder Legante zu einem Jahrstage vnd Wolleben deputirt geweſen/ ad pias cauſas verwendet/ vnd der lieben Armuht Kleider/ Schuh oder Brot davon ſpendet; Alſo ſündiget der auch nicht wieder Vorfahren Intention wer dē Irthumb vnd Superſtition abthut. Welcher Meinunge auch die rechtsgelarten Beyfall geben/ wie zu erſehen *ex Chothmanni Volum. ſecundo Conſiliorum. Reſponſo 100. num. 2*. Dahingehet auch Proteſtantium conſilium apud *Goldaſtum tom. 2. Conſtititen. Imperial fol. 215. num. 79.* Vber vnd neben dieſem ſol auch Menelaus wiſſen/ daß die Chriſtliche Vorfahren meiſtes theils wenig aus Fegfewr gedacht/ als ſie ihre Güter den Kirchen vbergeben. Dann gleich wie Iacobus Geneſ. 28. v. 20. ein Gelübde that/ wann jhn Gott würde behüten/ vnd jhm auff ſeiner Reiſe Brod vnd Kleider geben/ vnd im Friede wieder heim zu ſeinem Vater bringen/ ſo wolt er jhm den Zehenden geben/ von allen ſeinen Gütern: Alſo haben viele vnter den Chriſtlichen Vorfahren auff gefärlichen Vorfahren auff gefärlichen Reiſen zu Waſſer vnd Lande/ im Kranckheiten/ in Sterbens Leufften/ in vnfruchtbarem Eheſtande/ & aliis caſibus Gelübde gethan/ daß wann ſie Gott auff jhren Wegen würde beſchirmen/ Geſundheit/ Eheſegen vnd Kinder geben; Alßdann wolten ſie dieſes odder jenes zu ſeinen Ehren hinwieder legiten vnd verordenen. Wann nun ſolche conditio adimpliret. vnd jhr Begehren erfolget/ ſo hat ſolch Gelübde auch müſſen ad impliret vnd abgeſtattet werden/ 4. Moſ. 30. v. 1. 5. Moſ. 23 v. 21. Dahero haben die Impp. Carolus & Ludovicus die rechten Kirchen Güter vota fidelium genant *cauſ. 16. q. 1. cap. 59.* Wel auch endlich viele vnter den Chriſtlichen Vorfahren erfand/ daß der Segen des HERRN ſie hette reich gemacht/ ſo haben ſie derwegen zur Real Bezeigunge jhres danckbahten Gemüts hinwieder etwas zu Gottes Ehren legiret vnd vermacht. Was hat die Wol Edlen und ſeligen Chriſtoph. von Hoym/ Adolph. und Chriſtoph. von Hoherodt/ Herrn B. Arnoldum Meiern vnd andere mehr darzu bewogen/ daß ſie vor wenig Jahren etlichen Euangeliſchen Predigtſtülen allhier ein ehrliches legiret vnd beſcheiden? Gewißlich nicht anders/ als jhr danckbahre Gemüt/ vnd das Gott jhren Erben deſto mehr Glück vnd Segen verleihen wolle. Wie nun dieſe vnd viel andere mehr haben erhebliche Vrſachen gehabt von jhren Gütern ad pias cauſas etwas zudeſtineren/ alſo haben auch die Chriſtliche Vorfahren für drey hundert vnd vier hundert vnd fünff hundert Jahren jhre erhebliche Vrſachen gehabt zu milten Sachen etwas zuverwenden. Derwegen iſt der beſte Raht in gemein/ daß man von Baalsgütern vnd Fegfewr ſtille ſchweige/ vnd Gotte laſſe/ was Gottes iſt/ auch Gotte gebe/ was Gottes iſt/ ſo bleibet das Gewiſſen ohn Beſchwerde/ vnd iſt man alßdann verſichert/ daß vnter die rechtmäſſigen Güter keine Adelers Federn oder Zündpulver gemenget/ vnd kein Brand in den Kaſten geſtecket werde. Etliche Leute haben noch ſo viel Chriſtlicher Nachdancken/ daß ſie vermeinen/ man muß Gott/ der Kirchen vnd Armuht laſſen/ was innerhalb hundert Jahren denſelben von den Euangeliſchen were geſchencket worden. Iſt nun dieſes recht/ Warumb ſollen dann jene die alten Güter deterioris conditionis ſeyn/ und es frey ſtehen/ dieſelben Güter von den Kirchen weg zu nehmen/ ſo vor zwey hundert/ dreyhundert/ vier hundert/ fünff hundert vnd mehr Jahren denſelben ſeynd gegeben worden/ So wol die erſten/ als die letzten Geiſtliche Güter haben ſolche Art/ Natur vnd Eigenſchafft bekomen/ daß ſie nimmermehr zur Weltligkeit hinwieder können gebraucht werden/ 3. Moſ. 27. v. 28. 4. Moſ. 30. v. 1. Auß welchen Ortern dieſer Canon gemacht/ *lib. 3. Decretalium. tit. 19. cap. 3.* Quod ſemel Deo conſecratum ad uſus humanos iterum transferri non decet. Wer

ſich

ſichs aber leſſet gelüſten / der wierd anathema , verflucht vnd vermeledeiet/ vnd ſol alles dryefach wieder geben / *diſtinct.* 69. *cap.* 1. *bene. cauſ.* 17. 9. 4. *cap.* 4 *ſacrileg.* & *cap.* 5. *omnes*. Pergit, Cap. v. pag. 46. Doctor Sigfridus Saccus ſchreibet in vierdten Theil ſeiner Predigten vber die Euangelia ſol. 207. alſo: Es hat Nortbertus an die Stifftung des Kloſters vnſer lieben Frawen in Magdeburg einen Fluch gehengt / anathema , maranatha, uſque ad diem Domini. Das iſt: Daß der / ſo die Güter alienirt , verflucht ſeyn / vnd am jüngſten Tag edarfur antworten ſolle. Darumb (addit Saccus) vergreiff e ſich niemands an Kirchen Gütern. Es ſind Adelers Federn vnd Zündpulver. Vnd wo ſie ein Erbe oder Gut kommen / freſſen ſie alle auff/ das eins mit dem andern verſchwindet daß man nicht weiß / wo es ſteubet oder fleuget. Eodem loco: Der ſelige Herr Doctor Henricus Petreus, ſo Anno 1910. mich in die domals wolbeſtalte Kloſterſchulen Walckenreden befordert / hat *Hen. Meibomii Chronico Riddagshuſ-no* einen Treactat von Geiſtlichen Gütern angefüget / darinnen vermeldet er pag. 3. daß er ein Inſtrumentum donationis geleſen/ darinnen den Kirchenreubern wehre geſluchet worden / daß jhnen Lung vnd Leber ſolle im Leibe verſöhrn. Ibidem ſchreibet er auch / daß der löbliche Landgraff Philippus in Heſſen bey der domahligen Verenderung des Kloſters Heine den kunfftigen Sacrilegis habe gewundſchet/das Gottes Hand ſie wolle ſtraffen/ mit Armut/Kranheit/ Schmach vnd Schande. Der Gottſelige Abt zu Jlfeld7 Thomas Stange/ hat mit groſſem Eifer den Kerchendieben an ſeinem Ende gewundſchet vnd geflucht allerley Vnglück/ Gottes Zorn/ ewige Vermaledejung vnd vnglücklichen Fortgang in allen jhrem Vornehmen/. wie ſolches der hochverdiente Herr *Neander* bezeuget / *in Epiſtola nuncupatoris catecheſeos ſua Graca pag.* 3. Tum.cap.vi. Darnach ſagen die Teutzchen Sprichwortsweſie/ daß die Kirchen Güter Adelers Federn ſeyn. Dann wie die Adeaeers Federn/ *juxta Plinium lib.* 10. *cap.* 3. & *receptam opinionem* alle andere Federn d runter ſie gemenget werden / verzehren; Alſo freſſen auch die Kirchen Güter alle andere Guter auff / darunter ſie per fas & nefas gemenget werden/ ſpricht *Lutherus cap.* 25. *fol.* 296. Neben dem hat *Lutherus tom.* 3. *Ienenſi fol.* 247. von den Kirchen-Gütern diß Sprichwort angezogen: Es iſt mit den Heiligen nicht gut ſchertzen / ſie zeichen gerne. Dieſes ſcheinet ehenlich zu ſeyn *Salomonis* Sprichwort *cap.* 20. v. 25. Ruina eſt homini devorare ſanctos. Vber das wierd von den Geiſtlichen Gütern Sprichworts weiſe geſagt: Die Heiligen holen das Wachs wieder. Ferner ſagen auch die Teudſchen im Sprichwort: Kirchen Gut hat eiſerne Zähne / es friſſet eins mit dem andern hinweg. Endlich werden auch die Kirchen-Güter Zündpulver genant. Wann Fewer ins Zündpulver kommet/ ſo wirffts Hauß vnd Hoff vber einen Hauffen: Alſo werffen auch die KirchenGüter Hauß Hoff und ein gantz Geſchlechte vbern hauffen wann ſie vnrechtmäſſiger weiſe vnter andere Guter gebracht werden. Denique: es beſage ſolcher Spriechwörter / allen Kirchenrubern endlich vbel ergehe/ daß jhnen vnd jhren Kindern auch alle recht erworbene Güter vnter den Häden verſchinden vnd zerſteubet werden. Welches dann die lieben Alten ſo wahr gehalten / daß ſie gemeinet / wann ein Menſch nur einen Stein von der Kirchen mit vnrechtem Titul im Hauſe hette / er alsdann Vnglücke gnug darinnen empfunden würde. Daherg haben ſie jhren ergſten Feinden pflegen zu wüudſchen 1. einen böſen Nachbarn/ 2. einen grünen Steinweg vor der Thür / vnd dann zum 3. einen Stein von der Kirchen.

Adfert hic multorum infelicia exempla, qui ſe bonis Eccleſiaſticis, in privatos profanoſque uſus impenſis fruſtra irretierunt: eundemque in finem nonnulla ex Paſtorali Lutheri, & Nicolai Selnecceri Commentariis in Haaggæum atque pro concluſione id ponit: Es iſt noch keinem wolgangen / der ſich mit Geiſtlichen

Gütern beſudelt hat Iſacus Fœclerus, in Diſterminatore Eccleſiaſtici, ac politici Regiminis, pag. 29. *Habet namque Eccleſia ſua quædam bona, quæ ab œconomis antiquitus ita diſtribuebantur, ut illorum pars una Clericis, altera pauperibus cederet, tertia verò ædificiorum inſtaurationi, aliiſque uſibus impenderetur, quarta demum Epiſcopo in Exſulum magis uſus, quàm in propriæ familiæ commodum conferenda relinqueretur. Henr. Ekardi*, Im bedencken / ob die Kirchengüter heimbgeſchlagen werden ſollen / Jahrs 1633. außgegangen: Kirchengüter ſind nichts anders als geſamlete Almoſen / fol. 41. Die Kirchengüter ſind Chriſti eygenthumb / der ſein Kirch mit ſeinem Blut erlöſet / ſeinen Glaubigen vnnd Kirchengüter eingeraumbt / jhnen weiß vnd maß vorgeſchrieben / wie ſie dieſelbigen brauchen ſollen. Chriſtus iſt Proprietarius vnd Erbherr. Extraordinarie ſollen die Kirchen güter gebraucht werden / vnd im nothfall zu rettung des Vatterlands / zu Friedenzeit aber zu vnterhaltung der Armen / Krancken / Reiſenden / Wittib vnd Weiſen / Gebrechlichen vnd dergleichen Leuten. f. 59. Hertzog Joh. Friderichs zu Sachſen / etc. vnd Phillips Landgr. zu Heſſen antwort / Anno. 1540. den 11. Aprill: Die Kirchengüter ſollen angewendet werden zu erhalten das Predigampt / die Chriſtlichen Schulen vnd andere Kirchen vnd Lands notdurfft / wie das klar zeugt die H. Schrifft / die alten Concilia. vnd die Elſte Canones. Benedictus Carpzovius, ad Legem Regiam, cap. III. Sect. x. *Illud vero largimur, quod Epiſcopatus & Collegia reformata, neutiquam prophanando, ſed ad alios pios uſus, conſervationem ſcilicet Miniſterii, Scholarum, Academiarum, & propagationem puri & ſinceri verbi Dei ſint convertenda. Neque enim id, quod ſemel dicatum eſt Deo, ad prophanos uſus transferri debet* c. ſemel Deo, de Reg. jur. in 6to. l. ſancimus. & l. ut inter C. de SS. Eccleſ. *Negare equidem non poſſumus (verba ſunt Henr. Petrei* in tract. de monaſt. pag. 74.) *exempla eorum non deeſſe, qui res Deo dicatas attrectare atque deripere, Cœnobia invadere, eorumque cenſus in uſus profanos convertere & muneris atque officii ſui immemores, epulis & crumenis tantum intentos, literarum & pauperum penitus oblitos, Chriſti panem confidenter devorare auſos fuiſſe, Sed male concoxiſſe, ac vere ſed ſero nimis expertos fuiſſe, Fundatorum devotas exſecrationes gravi effectu non caruiſſe*: Wer die Güter nimbt / demſelben ſoll Lunge vnd Leber im Leibe verſchören. *It*: Wer das thut / den ſtraffe (eine juſte Deus ultor) Hand mit Armuth / Kranckheit / Schmach vnd Schande. *Cujuſmodi exſecrationes quibuſdam in Monaſteriis ſe vidiſſe, refert Petrei*, dict. loc. Idem Carpzovius, *cap.* IV. *Sect.* IV. per totum *ea ſemel Deo fuere dicata, ita ut abſque piaculo alio transferri ne-*

que-

Digitized by Google

queant, Levit. 27. v.28.c. ſemel Deo. extr. de Reg. jur. in 6.ton l.ſancimus & l.ut inter. C de SS.Eccleſ. *quod jus ab ipſo Iehova ortum, & natura ac communi Gentium lege ſancitum, tradit Erneſt. Cothman.* Reſponſ. jur. 100. per tot. *Matth. Coler.* de Proceſſ. executiv. part.2.cap.3.n. 181. *Everh. à VVeſhe* in tract. de præ rogat. ſucceſſ. lit.H.7.*Henr.Petrejus* in tract. de Monaſt. fol.55. *Ideoque piaculares, inquit Lambert. Dan. ſunt Deo Principes ii, eavè Reſpublica, qui quavè Eccleſiaſtica bona, h. e. Deo jam conſecrata ſibi vindicant, aut in alios uſus tranſportant*, de Republ. Chriſtian. lib. 3. cap. 2. *Quibus juxta Lutheri ſententiam idem accidit, quod Aquila olim obveniebat, cui videnti, Iovi ſacrificium in ara fieri ex carne agnina, & advolanti, bonamque partem auferenti carbo igneus alis adhaſerat, quo poſtmodum & nidos & pullos, quibus pradam advexerat, comburi faciebat, Petr. Frideric.* de cont.cau.libr.3.cap.18.n.51. Videatur quoq; Carpz.*Iuriſprud.Conſiſtorialis lib.* II.*tit.*XIX. *de bonis Eccleſiaſticis. Definit* CCXCIIX.& nonnullis ſeq.Micrælius,in Syntagm.hiſtor.part III.pag.305.*Ipſi Proteſtantes nullius bona ſe occupaſſe, ſed poſt reſtauratam puritati ſua doctrinam, bona quoque ad legitimos honeſtoſque uſus, quibus principio fuerant deſtinata, ſed ab Eccleſiaſticis poſtmodum interverſa, denuo applicuiſſe, in Conventu Haganoico anno* xl. *reſponderunt. Didicerant hoc à Luthero, qui abuſum tolli, non ipſa bona Eccleſiaſtica alienari, jubet, ne avaritia, ſed Chriſtiana fides, monaſteriis ſit adverſa. Idem paſſim in illos invehitur, qui pratextu emendationis Eccleſiarum, Eccleſias iis bonis ſpoliant, qua ad conſervationem miniſterii & Scholarum conferenda erant.* Quorſum hæc? dices, & in quem finem tam operoſa multorum Auctorum in eandem rem allegatio? Eò hæc ſcias facere, ut doceamus, calumniam nobis fieri, quando nobis exprobratur, nos bona Eccleſiaſtica profanare, & quæ data à piis & Chriſtianis olim fuerunt in uſus pios, in Eccleſiæ, pauperum, Scholarumque ſuſtentationem, illa à nobis in alios, in privatos profanoſq; uſus converti, & non manere Eccleſiaſtica. Quod pro fundamẽto Papa in Bullâ ſua adducit, ut pacem Germaniæ, cum Proteſtantibus factam, vid. quaſi bono-

norum Eccleſiaſticorum violatoribus, faciat irritam. Non hęc eo fine allata à nobis ſunt, quaſi humanis autoritatibus agere propoſitum nobis ſit, vel neſciamus quantum illis infra Dei verbum debeatur, aut in illis ſacram anchoram figamus: inepte; ſed ut quæ hic ſit Reformatorum & Proteſtantium Doctorum ſententia ac doctrina manifeſto conſtaret, illa paulo diligentius explicata fuere: quæ fruſtra ſit, & imperitus atque imprudens nimium, qui in alium ſenſum adducat vel torqueat, quam qui ex adductis auditiſque Auctorum verbis jam perſpici poteſt, ut ſc. omnes uno ore fateantur, ex bonâ donatorum intentione, ac communi Eccleſiæ jure, bona Ecclſiæ in uſus pios data, iiſdem applicanda eſſe, non privatis, vel profanis. Quod nequaquam infringit, ſi quandoque, neutiquam ut priorem illam & generalem ſententiam tollant, etiam aliquando addunt, ſummâ in neceſſitate atque Reip. penuria, ubi cum exitio Reip. iminet ſimul detrimentum Eccleſiæ, ut & hæc, & illa ſervetur, poſſe illi ex Eccleſiæ opibus inter alia proſpici & ſuccurri; uti neque de ſuperfluo bonorum Eccleſiaſticorum eſt quæſtio; vel de conſervandis aliqua exinde ratione honeſtis familiis; nam inter alia ſunt aliquando hunc in finem donata, fundataque: ſed reſpiciendæ, uti alias, ita & hic, bonorum fundationes, atque ex iis de illorum dominio, uſuque pronunciandum. Eccur enim deteriori, vel iniquiori conditione habeatur Eccleſia, quam alia? Vnde, ut quis ſolo Magiſtratus arbitrio, bona Eccleſiaſtica aliter vel accipiat vel impendat, quam in fines uſuſque eccleſiaſticos, adverſus donationum & donatorum voluntatem, nemo hactenus docuit Reformatorum; uti nec quod bona Eccleſiaſtica ſint juris publici, & quia proteguntur à Magiſtratu, ideo ad uſus ſuos ab eodem ordinari poſſint, & fiſco ſuo addici. Quod ſi ita eſſet, profecto nec ego, nec alii Eccleſiis quippiam facile legaremus, quibus haud liceret ſecuris eſſe, quod bona in pios uſus à nobis data iiſdem ſervirent, quę tamen ſola noſtra hic voluntas, & abſque quâ evanida eſſet pie teſtandi intentio. Neque docent

cent

Digitized by Google

cent Reformati, donata Eccleſiis. quamvis non omnino pure & ſancte, ſed cum aliqua etiam ſuperſtitioſa aut idololatrica appendice, prorſus è cenſu Eccleſiaſticorum ideo abolenda eſſe, & per omnia ad Magiſtratum, non ad Eccleſiam pertinere; ſed reformanda, & uti bonum id ſervandum, quod expoluere Donatores ſuarũ voluntatũ fuiſſe, ut ad cultum Dei in Eccleſia, in Miniſterio, in pauperibus, & Scholis bona illa impenderentur, ita ſi quid illis pro conditione temporum adhęret erroris vitiiq;, tollendum eſſe id ſolũ, uti in reformatione doctrinæ, arbitrantur. Adeo quæ bona Eccleſiaſtica ſunt, apud nos naturam ſuam ſervant, & Eccleſiis relinquuntur, in uſus pios ſanctoſque. Non docemus, licere aut teſtatorum ultimas piaſque voluntates temerare & reſcindere, aut in ea quę Eccleſiis, ſeu pauperibus debentur, inuolare, & in uſus alienos tradere ea aut impendere. Sarta tecta conſervanda ſingulis ſua, & quæ Cæſaris Cæſari; Deo autẽ, atque Eccleſię, quæ ejus ſunt, relinquenda. Non aliter nos docemus, vel Proteſtantium Eccleſię: & ſecus ſi quando cum bonis illis vivitur, quando id fit, dolemus atque reprehendimus. Peccatum dicimus, docemus neutiquam. uti quando adverſus doctrinam ſæpe alias peccatum committitur, ſeu apud nos, ſeu apud Papiſtas, & quoſcunq;. Atque iſtum in finem fecere tot adducta Proteſtantium Doctorum, & Iuriſconſultorum quorundam, juxta Verbi divini regulam, & Eccleſiæ tum canones, tum leges ciuiles, Patrumqne Veterum ſententiam, teſtimonia, doctrinam illam noſtram oſtendentia, tum confirmantia: ut omnem Papanis, hinc adverſus Nos odii bellique cauſam libenter ſumentibus, prætextum ſic etiam demeremus.

Quod autem oggerant, data illa bona Eccleſiaſtica fuiſſe, in uſus longe alios quam nunc apud Reformatos obtinet, in Miſſarum ſacrificia, aliaque, quæ Reformati abolent abhorrentque omnia, & pro animarum redemtione ex flammis Purgatorii, pro peccatorum ſatisfactione, ad promerendam cæleſtem gloriam, ad colendos invocandoſque Sanctos, & quæ plura priſca Papatus devotio in votis habuit, teſtatoreſque

que bonorum ſæpius expreſſerunt in ultimis ſuis voluntatibus, à nobis jam habita pro ſuperſtitioſis atque idololatricis: ad ea reſpondeo, nec omnia, quæ in bonis habet Eccleſiæ, data in uſus fineſque illos ſubleſtos eſſe; nec quæ data, cum additâ ejuſmodi aliqua improbanda conditione, dum pro fine habuerunt donatores pii, Deo atque Eccleſię vel pauperibus illa conſignare, extra hos bonos fines impendenda eſſe, bene emendanda ex præſcripto Reformationis, & ſcorias illas abſcindendas quo pura Deo reddantur, in cultum purum. Neque enim Reformatio ubi adhibetur, ſeu doctrinę, ſeu moribus, ſive diſciplinæ, aut rebus boniſque Eccleſiæ aliis, tollit id quod bonum in iis eſt, ſed ſervat quammaxime, & liberat ab adhærente vitio, non deſtruit omnino vel abolet. Ieſa. lx. 8. *ut quando quis muſtum in botro reperit, is dicit ne perdito iſtum, quia benedictio eſt in eo.* Servat bona, eaque in pios olim uſus data, in eoſdem impendit: uti loquens Spanhemius in Dedicatione Part. III. Dub. Euangelic. ad venerandum Vſſerium Armachanum, *in ſacros uſus confers, quæ ſacris uſibus jam olim deſtinata fuere.* Etiam, quamvis ſub Papatu, deſtinata olim uſibus ſacris bona illa, atque in eoſdem nnuc conferri probat Sic Reformati, & Proteſtantes hac de re vulgo judicant. Melanthon, in Conſil. Theol. part. I. pag. 15. *Nec ideo violantur injuriave afficiuntur jura donationum illarum, quia autores earum ab impiis ſacrificulis perſuaſi ac decepti, putarunt ſe iis functionibus, ſibi, ſuaque familia & poſteritati rem profuturam ad ſalutem animarum inſtituere, qui profecto ſi revocarentur in vitam, damnarent ipſi facilitatem, credulitatemque hac in re ſuam, cum viderent ſolummodo ad explendam ſacerdotum avaritiam, & pecuniarum aucupia à ſacerdotibus has donationes primum expetitas, aut poſtea tranſlatas eſſe.* Bucerus, in Defenſ. Chriſtianæ Reformat. Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis, pag. 105. *Poteſtatem habemus & mandatum, omnia bona quæ Domino oblata, & poſthac nullis hominibus propria ſunt, juxta voluntatem Domini, quam optime impendendi & diſpenſandi, etiam contra quam ab his, qui ea Eccleſiis donarunt, ex errore contra* vo-

Digitized by Google

voluntatem Dei fuerunt deſtinata. Domini enim eſt terra & plenitudo ejus, non hominum. Iam verò manifeſta eſt Miſſarum perverſio, quemadmodum ſupra demonſtravimus, conductas precioque redemptas miſſas facere, qui abuſus longo tempore confirmatus eſt. Quę è medio tollere debemus, & tamen nihilominus, quod Domino & Eccleſiæ ad talem abuſum donatum eſt, retinere, & ad voluntatem placitumq; Domini, & Eccleſiæ utilitatem impendere ac diſpenſare, hoc eſt, ad religionem Chriſti in miniſteriis & inſtrumentis, divina & ſalutaria ſtudia, procurationem denique & ſuſtentationem pauperum provehendam. Bullingerus, adverſus Anabaptiſtas, lib. III. cap. IX. *nam etſi temporis progreſſu propter publicum errorem ad abuſum converſa ſint, nunc tamen reformata, hoc eſt antiquo uſui reſtituta ſunt.* (loquitur de opibus Eccleſiaſticis) *quæ initio abuſus gratia quæſita ſunt, nunc autem non amplius in abuſum conferuntur.* Vnde, in Synodo Medioburgenſi. CIϽ IϽ lxxxI. ad quæſtionem: an Canonici, aliique retinentes beneficia, poſſint admitti ad cœnam, atque in ordinem Seniorum aut Diaconorum cooptari? reſponſum fuit: illos ad abjurationem o- ,, mnis ſuperſtitionis, & ad verũ uſum bonorum ſuorum ad- ,, hortandos eſſe: quod ubi fecerint à communione S. cœnæ ,, arceri non poſſe: non vero, niſi cum magna cautela, ad Se- ,, nioratum vel Diaconatum admittendos, jubet ſynodus, abdicata ſuperſtitione, ſervari in uſum ſuum verum bona iſthæc eccleſiaſtica. Hieronymus Schurpffius, Conſil. xlvI. Cent. I. *Et iſto caſu, quando ſcilicet bona ſunt deſtinata in aliquem uſum certum pium, ut ibi perpetuò remaneant, non poſſunt in illum uſum impleri, debent converti in alium pium uſum*, l. Legatum civitati, cum ibi notat. per Bartol. ff. de uſufruct. *Iohan. de Imola, & Panormitan. & alii.* in d. cap. Nos quidem. ante fin. *quando ſcil. relictum fuit factum contemplatione perſonæ vel Collegii, nullo habito reſpectu ad piam cauſam.* argum. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. Weſembecius, Conſil. 4. num. 23. *ſacra ſemel facta, amplius privata fieri nequeunt* l. inter 83. ſacram 3. de verbor. obligat. *Schurpffius* conſ. 48. licet cent. I. *Poſito etiam, quod abuſus eſſent conſecuti. Nam tunc non in fiſcum Principis*

redigenda: ſed in meliorem magiſque verum uſum ſunt convertenda. l. Legatum 16.ff. de uſu & uſufr. legat.l.Legatum 5. de admin. rer. ad civit pertinen.l.final. de opere public. Alb. l. ſi uſufruct. in fin.quib.mod.uſusfr. Iacob. de Roydis num. 30. *Idque cum authoritate Conſilii vel ſuperioris.* Clement. 2. de religioſ. domib. Hieron. Schurff.d. conſ. 48. Licet num. 11. &c. Idem, in Paratitlis l. ad tit Codicis *de Paganis*, Num. 2. Hieronymus Treutlerus, ſelect. Diſput. XIII. Theſ. 11. *Item quæritur: An relicta ad pias cauſas, deficiente cauſa, ob quam data ſunt, fiant caduca & ad hæredes revertantur? Quod itidem negandum, magiſq; dicendum eſt quod ad alias pias cauſas converti debeant.* argum. l. 16.l.17.ff.de uſu & uſufruct. legato.l.5.de adminiſtrat.rer. ad civit.pertinen.l.13.ff.de pollicitat.l.83. §.5. de verbor. obligat.junct.c.qui ſemel. 19. q. 3. *facit doctrina Bart.* in d. l. 5. *VVeſenbec.* in para. Cod.de pagan.ſacrif.& templ. & conſil. 4. num.23. conſil.37. num.6.& aliquot ſequent. *Reuſner.* 2. conſultat. jurid.quæſt.7. *Cujacius* lib.2. quæſt. Papinian. ad l. ult. ff. de his qui not. infam. *ubi notabiliter allegat Melanthonem, quem dicit hoc recte accommodare ad mores ſua patriæ, hoc eſt, ad hodiernum Imperii Romano-Germanici ſtatum.* Schneidewinus ad inſtit. de Rerum diviſ. num. 10. *Porro circa hunc §. Notabitis quod data, oblata & relicta ad certum uſum pium, ſi in ipſum propter certam aliquam cauſam converti nequeant, puta quia vel uſus iſte deſinit, vel quia detegitur eſſe impius, ut ſi aliquid ſit relictum pro celebratione Sanctorum: Non tamen pertinent ad hæredes ipſius concedentis, nec ad prophanos uſus converti debent. Quod enim ſemel Deo dicatum eſt, amplius ad prophanos uſus transferri non debet.* Binderus, in Theſibus, de bonis Eccleſ. pag. 108. *Indignos eſſe ventres iſtos extra controverſiam eſt. Verum hoc non eſt odiſſe ſcelera, & medio commodo, exonerare Eccleſiam otioſis & turpibus miniſtris. Eccleſia enim pro ſua autoritate, ab officio amovet indignos, otioſos, turpes, fanaticos, & ſubſtituit meliores, ac interim pie diſpenſando Eccleſia bona adminiſtrat, nec alio transfert. Hærent quoque in aliis ordinibus vitia, quæ tamen illæſa Republ. & fiſco ſalvo, honeſtis mediis corriguntur, & tolluntur. Expendant hic Principes, tanquam*

nu-

nutritii & Advocati Eccleſiæ, quid muneris divinitus illis commiſſi rationes poſtulent, quidque ſinceriores quoque Canones illis concedant. Si quis Sacerdotem aliquid ex rebus collatis defraudare providerit, aut honeſta ratione compeſcat, aut Epiſcopo vel judici corrigenda denuntiet. Quod ſi Epiſcopus talia agere tentet, metropolitano ejus hoc inſinuare procuret: ſi autem metropolitanus talia procuret, Regis hoc auribus intimare non differat, *cap.*16 *quæſt.*7.*Gloſſa addit* (Regis) ut eum corrigat, *cum per Eccleſiaſticum corrigi non poteſt, ut* 11. *quæſt.*1. *petimus* 17. *di. nec licuit.*Idem Pag.118 *Verum an non plurima ex ſuperſtitione & idololatrico errore Eccleſiæ data ſunt? pro remedio animæ, celebrando anniverſario, liberatione e purgatorio, redimendis miſſis, fundandis altaribus, precibus poſt mortem faciendis, & aliis fovendis erroribus? inde ergò auferenda hæc bona, & hoc fine data, concludere nonnulli volunt. Reſpondetur: aliqui poſterioribus ſeculis, cum plene dominaretur AntiChriſtus ſuis ſuperſtitionibus, hoc fecere, non omnes, ut ex literis fundationum patet. Non itaque à ſingularibus procedit argumentum. Deinde intentio & mens dantium ſpectanda eſt, quæ certe non errores & idololatriam fovendam reſpexit, ſed in genere* Cultum: *etſi in ſpecie cultus, uti tum erant tempora, erratum fuerit. Genus ergo manet, in ſpecie error eſt. Præterea literæ fundationum, etiam eorum, qui ſua quæ habuere temporalia, in remedium animæ dedere, expreſſe pauperum mentionem faciunt. Relicta itaque ab illis ſunt Eleemoſynæ, & ſubſidia pauperum. Qui finis in ſe non tantum licitus, ſed & pius eſt.* Et pag. ſeq. *Objicitur & illud, Epiſcopos, Clericos, & Monachos, plurima hypocriſi, fraudibus & impoſturis acquiſiviſſe. Reſpondetur;* 1. *nominanda eſſent in ſpecie bona his mediis acquiſita.* 2. *non tam hæ fraudes (quæ equidem infinitæ fuere) quam intentio dantium & fundantium conſideranda eſt. Ea autem non tam reſpicit perſonam hypocritæ, & impoſtoris: quam ſub ejus nomine Eccleſiam, cui tanquam religioſus ſervit.* 3. *uſa eſt Eccleſia illis longo tempore, & etiamnum hodie adhibentur, pro ſublevanda neceſſitate pauperum, conſervando cultu, & nervo neceſſitatis. Purgantur itaque uſu & fine, ac tuta ſunt temporis præſcriptione.* 4. *nihil inde concluditur; quædam hiſce artibus illicitis acquiſita ſunt, non omnia: pleriſque tan-*

 quam

Digitized by Google

quam rationabiliter, & ſponte datis hactenus Eccleſia uſa eſt. Johannes Winuſtede Quedelburgenſis Conc. 11. adverſus avaritiam, & uſurpationem bonorum Eccleſiaſticorum: Den das iſt die gantze vnd höchſte Andacht vnd meinung geweſt / aller vnſer Vorfahren / Stiffter vnd Stiffterinne / der groſſen Thumbſtiffte vnd Klöſter / Als Caroli Magni, Henrici Aucupis, Der dreyer Ottonum / vnd wie ſie denn mehr geheiſſen haben / Ob gleich der leydige Sathan / ſolche jhr gute meinung durch ſeinen bittern has / So er zu Gottes Reich treget / vielfeltiger Weiſe in Abgötterey vnd Mißbrauch / durch den leydigen Geitz gezogen vnnd verfelſchet hat / So iſt es doch gleich ſehr offenbar / aus jhren eygen gegeben Privilegien / Das jhr Principal Andacht inn dem ja ſo gut geweſt iſt / Wie Davidis vnd Salomonis etc. Nemlich / das Gottes Name gelobet vnd geprediget werde / vnd der eynige Chriſten Glaube erhalten Broſenius, lib. Aurum Toloſanum, cap. 111. Sihe / Chriſtlicher, lieber Leſer / alſo ſeynd vor dieſem die Geiſtlichen Gütter recht vnd wol gebraucht worden. Wann dann nun die Geiſtliche Intention den Kirchen gegeben vnd zugewand / auch etliche hundert Jahr vber recht vnd wol mit groſſem Nutzen der Chriſtenheit ſeynd gebraucht / vnd noch ferner zu allgemeiner Wolfahrt der Chriſtlichen Kirchen (wann man ſich nur eines beſſern Bedencken / vnd dermal eins die Handgriſſlichen Irtumbs vnd ſchendlichen Mißbräuch wolte abthun) konnen nützlich angewand werden / was wollen dann Criſpinus, Thraſibulus vnd andere Leute zum Troſt jhres verwundeten Gewiſſens ſagen / es wehren Baal Güter / die den Vorelltern durch die falſche Lehr vom Fegfewr wehren abgelogen vnd abgeſtolen / vnd könte vnd möchte man ſie derwegen mit gutem ſicherem Gewiſſen von den Kirchen wieder wegnehmen / vnd zum Weltlichen Privat. Nutzen gebrauchen? Aber dieſem an Geiſtlichen Gütern verliebten Leuten gebe ich erſtlich dieſe Antwort / daß die Lehre vom Fegfewer new vnd vber vierhundert Jahr nicht alt ſey. Dann Gratianus hat 1150. das *Corpus juris Canonici* zuſammen geſchrieben / darinnen iſt *Cauſa. 33. quæſt. 3. de pœnitent. diſtinct. 7. cap. 3.* dieſer Canon befindlich: Qui egerit veraciter pœnitentiam, & ſolutus fuerit a ligamento, quo erat aſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & benè poſt pœnitentiam vixerit, ſicut ante pœnitentiam vivere debuit, poſt reconciliationem quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit. regno Dei non privabitur, à populo diaboli ſeparabitur. Allhier geſtehet der Pabſt ſelber daß man damals vbr 400. Jahren / von keinem Fegfewr gewuſt haben / ſonſten wurde der Canon ſagen, Vadit prius in purgatorium & poſt purgationem ad Deum, Nun iſt ja ferner notorium vnd allen verſtandigen Leuten bewuſt / daß die Stiffte / Collegia vnd Klöſter dieſer Zeit / vnd ſonderlich in hac diœceſi Halberſtadienſi faſt alle vor vier hundert / funff hundert / ſechshundert / ſieben hundert vnd mehr Jahren zu Gottes Ehren fundiret vnd begutert ſeyn. Dahero wird ſolcher nichtiger Pretext vom Fegfewr darnieder geſchlagen / diß aber bleibet war / das weil man damals noch von keinem Fegfewr gewuſt / auch damals keine Güter auß Furcht des Fegfewrs den Kirchen haben können geſchencket werden. Darnach wirds / fürs andere / geſtanden / daß als man vor zwey hundert / drey hundert vnd etliche mehr Jahren viel predigens vom Fegfewr beginnen zu machen / vnd den Leuten vorgeſchwatzet / wie man durch Seel- vnd Winckelmeſſen wieder auß dem Fegfewr in kurtzen könte erlöſet werden / das dahero damals noch etliche Güter den Stifften vnd Klöſtern ſeynd zugewand worden. Aber darauß folget lange nicht: Ergo mag ein jeder die Kirchen / Stiffte vnd Klöſter mit allen Gütern promiſcuè zu ſich reiſſen vnd prophaniren. Sic mendoſe colligis Dn. Menelae. Ihr jrret Herr Juncker Menelae. Solche Argumentatio dienet nicht Gottes Gnade zu erlangen. Du wirſt gewißlich weinig chartas oder inſtrumenta donationis können bey vnd fürbringen / darinnen allein dieſe Formalia befindlich: Hæc bona dedico atque offero Deo pro remiſſione peccatorum, pro requie animæ, & pro miſſarum ſolemniis. In allen denen Chartis donationum, ſo ich geleſen

ſen wird auch zugleich alius finis vnd En vrſach mit hinbeygeſetzt/ als/ hæc bona offero in „ honorem Dei, ad ſerviendum ex his Deo, item in clericorum ac pauperum alimoniam. Apud Binderum, in Theſibus. pag. 78. occurrit tabula fundationis Monaſterii Maulbronnenſis, quæ ita habet: Anno 1147. Hat der Ehrſam Ritter/ vnd geborne Freyher/ Herr Walher von Lamersheim/ all ſein Gut/ Gott in ſeinen Dienſt gegeben vnd richtet ein Conbent an zu Eckenweiler des Dorffs bey Lamersheim gelegen/ ſo er dar zu gegeben mit allen ſeinen Zugehörden. Atque ex Conſtitutionibus Eccleſiaſticis Ducatus Wurtenbergenſis. pag. 328. Es ſoll in den armen Kaſten eingezogen werden/ alles was biß anher auff Vigilien/ ewige Licht/ Wachs vnnd Oel gewendt iſt worden. Item was der Heilig/ die Fabric/ Præſentz/ Salve. Spend/ Brüder vnd Pflegſchafften/ vnd dergleichen fallen haben. Pag. 415. Dieweil obgemelter Stifftungen Gefäll vnd Einkommen/ zu der Kirch (vnd Verrichtung von GOttes Werck vnd Sachen/ inmaſſen man damalen darfür gehalten) ergeben/ ſolle daſſelb nach erkanter Warheit/ vnd eroffnetem Licht des Wortz Gottes/ billich der Kirchen vnd derſelben Chriſtlichen Miniſterien anhangen/ vnd den zugehörigen andern nothwendigen Sachen/ vnd derſelben Notfäll zu Steur/ Hulff vnd gutem komen. Wie dann auch vnſer endtliche Meinung vnd Will/ daß ſolches alles bey der Kirch/ ohne gemindert oder geſchmälert/ dieſer vnſer Verordnung nach Gewiſlich vnd vnwiederrufflich alſo bleiben/ vnd davon nichts hingeben oder alienirt: auch da auſſer ſondern nothwendigen Vrſachen nichziges verändert oder abgelöſet/ alſo bald das erlöſte Gelt/ vnnd Haupt Summa/ der Kirchen zu gutem/ widerumb an Zinß/ vnd mit ligenden Güter anbelegt/ vnd vnſere Landthoffmeiſter vnd Kirchen Rhät/ bey jhren Pflichten/ damit ſie vns zugethan/ ernſtlichen darob halten/ ſich fleiſſig erinnern vnd bedencken ſollen/ daferr dieſe Güter vnd Einkommen/ mit Nachtheil der Kirchen/ auch Mangel der Miniſtrorum. Schulen/ Studien/ vnd anderer piarum cauſarum. der Kirchen anhängig/ anderſt dann zu Vnderhaltung Nutz Notturfft derſelbigen Schulen/ demnach ſie einmal Gott dem HErrn ergeben/ angewendet werden wolten/ daß der ernſtliche Zorn Gottes dardurch erweckt/ vnd zubeſorgen derſelb nicht an ſolchem Kirchen Gut vnd Gefällen/ als einem zeitlichen vnd geringſten allein angehen/ ſondern zu noch mehrer Straff/ mit Verlierung ſeines Göttlichen Worts vnd Segens/ ſich gewiſlichen erſtrecken würde. Dann wir hievon zu vnſerm Privat vnd ſondern Nutzen/ das wenigſt nicht anzuwenden/ ſondern zu Erhaltung obgehörter Kirchen Sachen gäntzlich kommen vnd gebrauchen laſſen gedencken. Confer Edward Elton, in *decal. ad prec.* VIII. *pag.* 279. Carpzovius, adleg. Regiā Germ. cap. III. ſect. X. *dicimus ergo, ea quæ antea ad uſum illicitum collata fuerant, poſt reformationem ad alios veræ pietati conſentaneos uſus transferenda eſſe, ut memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur*, l. legatum 6. ff. de uſufr. legat. & arg. l. 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. ubi *Bartol. exemplum poſuit in teſtatore, qui pro Miſſis canendis centum legaverat, quæ, ſi propter interdictum Eccleſiæ, Miſſa non poſſit cantari, in alium pium uſum merito converterentur. Modeſt. Piſtor.* vol. 2. conſil. 54. num. ult. *Nicol. Reuſner.* lib. 4. deciſ. 7. per tot. *Matth. Coler.* part. 2. deciſ. 224. *Quod ſi fiat, nulla ratio ulterior exiſtit, cur bona Eccleſiaſtica publici juris permiſſu e faucibus Pontificiorum erepta, iiſdem denuo reſtitui debeant.* Et cap. IV. ſect. IV. *ſe-*

equaquam metuendum id erit, ſi dicamus, Reditus & bona à Pontificibus ſacris ſanctiſque uſibus deſtinata ac poſtea juſto bello recuperata, prophanis commoditatibus haut applicanda, ſed ad verum & ab omni ſuperſtitione purgatum uſum ſacrum convertenda eſſe, quod omnino fieri debet, ex Euangelicorum quoque Statuum & Ordinum Imperii ſententia. Petr. Syring. de Pace Religion. concl. 58. lit. b. *Modeſt. Piſtor.* vol. 1. conſil. 54. n. ult. *Matth. Coler.* part. 1. deciſ. 224. *Nicol. Reuſner.* lib. 4. deciſ. 7. *Hinc cum fundationes Collegiorum & Cœnobiorum C. optimâ quondam intentione majorum, ad educandos nempe Viros doctos & caſtas modeſtaſque fœminas facta) in abuſus converterentur, ita ut reformatio fuerit ſuſcepta, non fundatorum hæredibus bona illa reddita fuere,* arg. l. legatum. 6. ff. de Vſufr. legat. & l. 4. ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertin. ubi *Bartol. ſed ſuperſtitione ſaltem rejecta, in parilem rurſus uſum ut à Principibus convertantur, exigit ſanctio Pacis Religioſæ* de Anno 1555. als auch den. *Chriſtoph. Beſold.* dict. cap. 4. *Modeſt. Piſtor. & Reuſn.* dict. loc. *Quo etiam reſpicit Reſponſio Electoris Saxon. & Landgravii Haſſ. data* 11. *April. Anno* 1540. apud Frider. Hortleder. de cauſa belli german. lib. 5. cap. 9. *ubi inter alia hæc verba habentur.* Darümb von den Kirchen Gütern / ſo noch vorhanden ſeyn / erbieten wir vns So in einem Chriſtichen Concilio oder Verſamlung / die Handel zu Chriſtlicher Vergleichung gebracht werden) daß wir alsdann die Guter zu der Kirchen / Schulen vnd andern gemeinen Landes Nothdurfften in vnſern Landen vnd Gebieten / ohne Beſchwerung wollen folgen laſſen / wie ſolches alſo dann vff'm Chriſtlichen Synodo oder Reichs Tag beſchloſſen wird. Dann die Kirchen-Güter ſollen angewendet werden zu erhalten das Predig Ampt / die Chriſtliche Schulen vnd anderen Kirchen vnd Landes Nothdurfft / wie das Klar zeuget die Heilige Schrifft / die alten Concilia, vnd die alteſten Canones &c. *Idque ſi ab omnibus, qui prophanas manus bonis ejusmodi admoverunt, ſtricte obſervatum fuiſſet, non habuiſſet cauſam exclamandi Autor* Autonomiæ *non ſine opprobrio Proteſtantium,* hiſce verbis. Wo ſeyn jhrer Eltern Stiffte vnd Clöſter? Iſt es nicht alles prophaniret, abgethan / niedergeriſſen vnd verwuſtet / Seyn nicht aus Biſthumen weltliche Furſtenthumb / aus den Kirchen Zeughäuſer / Roßſtälle / Tantzhäuſer / Pulverkaſten / Badehäuſer &c. aus den Klöſtern gemacht worden / part. 3. cap. 16. Atque ita quam non ii ſimus, qui bona Eccleſiaſtica profanamus, ut quæ ſub Papatu Eccleſiis data, neque omnino benel, ſed cum ſuperſtitione multum coinquinata, ex principali tamen donatorum intentio

tio

tione ad ſacros uſus analogos impendere docemus, apparet. Diſtinguimus finem hic in Donatorum intentione *principalem* & ſummum, à *ſecundario*: tum in genere finem *proprium*, *&* *analogum*. Quamvis in donationibus vel legatis Eccleſiæ factis, in fine ſecundario erratum aliquando ab hominibus fuerit, quod putarent Dei cultum in rebus aliquibus ſuperſtitiòſis ſitum, & Eccleſiæ miniſterium eſſe hoc quod Papicolæ ſuadebant, dum tamen finis principalis erat in cultum Dei, Eccleſię miniſterium, animarum converſionem &c. ſua donare, hoc bonum diumque fuit, in quo ſane fraudare donatorum intentiones, eaſque fruſtrare nobis quidem religio eſt: dumque erarunt in hoc, quod putarent illum Dei cultum ſitum in rebus adeo frivolis abominandiſque ac Papani tradebant, reformatio per Dei gratiam id nunc corrigit, quod ſi ſciviſſent, ſecuti procul dubio multum fuiſſent: atque in uſus ſanctiores legata ipſorum impendimus, in quo & votis ipſorum reſpondemus, dum ſacris uſibus illa attribuimus; & ea augemus, dum in meliores revera, ac ipſi opinabantur, uſus convertimus. Quemadmodum ſi adfuiſſemus illis donatoribus Reformati, nequidquam vel diſſuaſores eſſe ne Deo Eccleſiæque legarent, eſſe potuiſſemus, vel invertere licuiſſet pias legationes, ſed ſanctam illam intentionem ſoviſſemus, docuiſſemuſque juxta doctrinam Reformatam in uſus probos ſua applicare, ita jam, non hoc Reformatio docet, ut aboleamus pia Majorum legata profanemuſque, ſed ſervemus, & ſi qua in re egeant, corrigamus, & melioremus, ad uſum nempe, ſicuti omnino voluerunt, duntaxat ſacrum, non profanum, privatum, aut alienum, ſed ſi neceſſe, ſanctiorem & puriorem, ſaltem divinum piumque. In legibus talia occurrunt, in quibus tutò corrigere Teſtatorum voluntates licet: *C.* de religioſ. & ſumpt. l. *& ſi quis* §. 9. *Quid ergo, ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? nec voluntatem ſequendam, ſi res egrediatur ſumptus rationem.* D. de confirm. tutore l. x. *Utilitatem pupillorum Prætor ſequitur: non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum.* Franciſcus Sarmentus, lib. *de Reditib. Eccleſiaſt. part.* IV. c. III. *licet princeps non poſſit tollere, vel mutare teſtantium, vel contrahentium legitimam voluntatem in*

non

non pios uſus ordinatam, ut dictum eſt, tamen cum rerum publicarum, & piarum cauſarum præcipue ſit illi commiſſa cura, poterit ſemper voluntatem, vel legata ad pias cauſas facta arbitrio ſuo ex cauſa commutare, hoc probatur in l. legatum ff. de adminiſtrat. rer. ad civitat. pertinent. & in Clemen. quia contigit de religio. do. elegantiſſime declarat R. Epiſcop. Segob. lib. 3. varia. reſol. c. 6. nu. 7. &. Io. Dried. lib. 2. de libertat. eccleſiaſt. pag. 206. Paulus Laymannus Ieſuita, in *Defenſione &c. Societatis Ieſu, in cauſa Monaſteriorum* Germaniæ, ei, quamvis Benedictinorum, aliorumve Ordinum antea fuiſſent, concedendorũ, *pag.* 23. dicit *Secundo, quod circa ultimas voluntates, ac pias fundationes, ob ſupervenientem aliquem caſum, aut circumſtantiarum mutationem, ſecundum Epeijkiam, interpretationem facere, & iccirco materialem aliquam mutationem inſtituere, non ad plenitudinem poteſtatis ſupremæ, ſed ad ordinariam poteſtatem ſuperioris pertineat. Qua ratione Covaruv. docet in c. tua n.* 12. *de Teſtam. auctoritate Epiſcopi poſſe pecuniam à teſtatore in certum uſum pium, non ita neceſſarium, deſtinatam, expendi in alium item uſum pium, magis Chriſtianæ Reipub. neceſſarium, cui neceſſitati aliunde ſubveniri nequeat: dummodò id fiat cum conſenſu hæredis aut executorum; prout hoc idem reſpondit Sa. ver. Teſtamentum, n.* 33. *Nam in tali caſu non tollitur teſtatoris, aut fundatoris voluntas, ſed in melius commutatur. Cum unius cujuſque Chriſtiani fundatoris intentio ac voluntas habitualis, atque interpretativa ſit, ſi quippiam ab ipſo ad Dei gloriam relictum, aut donatum ſit pro certa pia cauſa aut loco atque judicio Eccleſiaſticorum Prælatorum, magis ceſſurum ſit ad Dei cultum, & Eccleſiæ utilitatem, ut aliò applicetur (maximè ſi etiam hæres, aut ſucceſſor ejus ita judicet) quod contentus eſſe velit, talem mutationem materialem fieri. Quandoquidem in ejuſmodi piis diſpoſitionibus defunctorum non propria jura ſeu commoda, ſed ſolius Dei cultum & Eccleſiæ Catholicæ augmentum ſpectantium, hæc principalis intentio potiſſimum conſideranda eſt; ut ſi ea teneatur, nihil contra mentem defuncti, aut fundatoris actum eſſe cenſeri debeat.* Notæ ſunt Clericorum Papalium ab a. CIↃ IↃCXXIX diſputationes in Germania, ſuper Monaſteriorum bonorumq; Eccleſiaſticorum, quæ à noſtris, quovis pacto, recuperaſſent,

ad

Digitized by Google

ad alios ordines, quam quorum illa bona antea fuerunt, præſertim ad Ieſuitas, tranſlatione: ubi ſcriptis acriter inter ſe certarunt Ieſuitæ, & Ordines cæteri, quorum cauſa hic agebatur, & præ aliis Benedictini. Vbi enim Cæſar, a. cIↄ Iↄxxix. d. vi. Martii, edicto Reſtitutionis, monaſteria & bona Eccleſiaſtica, quæ Papales ſibi ablata à tempore pacis Paſſavienſis querebantur, & quorum cauſa Proteſtantibus litem coram tribunali Imperii intentarant, vel quæ armis repetita, illis aſſignaſſet, ut juxta regulam fundationum, perſonis idoneis, & cuilibet quod ei deberi videretur, redderetur: mit taugleichen den fundationen und ſtifftungen gemaß / ordintlich beruffenen / und qualificirten perſohnen beſehen unzulaſſen / vnd alſo einem jedwedern zu dem jenigen was jhen geburth etc. atque ea de cauſa tum ad Oratorem ſuum Savellum Romæ, tum ad diverſos Edicti ſui Executores Commiſſarios per Germaniam ſcripſiſſet, variaque jam ſuis Ordinibus aſſignaſſet, tum etiam Brevi ſuo, ſuper publicato iſto Edicto reſtitutorio, gratulatus Imperatori fuiſſet Papa, ejuſdem anni ſupradicti die v. Maij; inde Ordines inter ſe contendere ac diſputare: Ieſuitis urgentibus, quod, quia pro extinctis & vacantibus haberi debeant monaſteria bonaque à Proteſtantibus occupata antea, non neceſſe eſſet illa ſuis Ordininibus iterum aſſignare, quorum ex fundatione vel donatione prius fuiſſent; ſed quod vel alteri Ordini, piæve cauſæ, aut illis, qui Eccleſiæ videbantur plus officii præſtare uſuſque, id eſt, ipſis Ieſuitis, præteritis aliis Ordinibus, eá poſſent attribui. Hinc libri ſcripti, iſto titulo: *Diſceptatio, ſeu quæſtio, utrum bona Eccleſiaſtica & Monaſteria, maxime nuper ex hæreticorum manibus erepta, & victricibus Imperatoris armis recuperata, ad alias familias transferri; an potius antiquis Ordinibus, eorum quondam poſſeſſoribus, reſtitui poſſint, & vero debeant?* Tum: *pro S. Cæſarea Majeſtate, ejuſdemque ad ſuum Oratorem inſtructione, ſuper impediendis antiquarum fundationum mutationibus ſuſcepta defenſio: contra judicium duorum Theologorum, ſuper tranſlatione reſtituendorum in Imperio Cænobiorum ad Societatem Ieſu.* Sequutus eſt Paulus Laymannus Ieſuita, Profeſſor Dilinganus, ſcripſitque magnum volumen: *Iuſta defenſio &c. in cauſa Mo-*

naſteriorum extinctorum, & bonorum Eccleſiaſticorum vacantium. Hic, cum ſuis, rem ita accepit, quod Monaſteria, ubi omnes eorum profeſſi ſunt mortui, pro extinctis, & bona eorundem Eccleſiaſtica pro vacantibus habenda ſint, ideoque ad alia Collegia, vel ſcholas, & parochias in Germania libere applicanda. Et quia Ieſuitæ hic præcipue in ſua commoda intenti erant, & vacare docebant illa, ut hac ſpecie melius ad ſe raperent, tanquã reliquis Ordinibus ipſi fructuoſiores, & Romanæ ſedi magis utiles, inde odium illud inter Ieſuitas cæteroſque Ordines domeſticum quaſi & naturale vehementer recruduit. Gaſpar Scioppius pro Ordinibus Monaſticis ſcripſit, *Aſtrologiam Eccleſiaſticam*, id eſt, Diſputationem de claritate ac multi-„ plici virtute Stellarum in Eccleſiæ firmamento fulgentium, ſeu ordinum Monaſticorum. Cui addidit: *Aſtrum inextinctum*, ſcilicet, *pro Veterum Ordinum honore ac patrimoniis adverſus famoſum volumen Pauli Laimanni Ieſuitæ in Monachos editum.* uti frontiſpicio libri aperte loquitur. Verum non probe egiſſe mihi videtur Scioppius, quidquid ſit de cauſa, quod librum non ſuum, vid. *Aſtrum inextinctum*, cum ſua ad Imperatorem allocutione, ita ut fecit, conjunxerit, & ſub ſuo nomine, quaſi proprium fœtum ediderit, quem non ignorabat ſuum minime eſſe, ſed Romani Hay, Ordinis Benedictini, qui librum iſtum, quem a.cIↄ Iↄcxxxi ſcripſit, & Scioppius in ſuas manus devolutum a.cIↄ Iↄcxxxiv. ſuo ſub nomine edidit, ipſe a.cIↄ Iↄcxxxvi, ſuo cum nomine, atque additis variorum approbationibus demum emiſit. Qua de re, in præfatione libri ſui Romanus Hay conteſtatus fuit: *Porro cum hoc ipſũ noſtrum Opuſculum, à nobis ex juſſu præcipuorum Ordinis noſtri per Germaniam DD. Abbatum, anno 1631 ſcriptum, ante ſeſquiannum in aliorum manus deveniens, nobis inſciis & invitis, citra nomen Auctoris & debitam approbationem in lucem datum fuerit, Lectorem monere volumus, nos illam editionem ex officina Sangeorgiana a.1634.* (eſt hic liber Scioppii) *pro fœtu noſtro non agnoſcere; quippe quæ & manca, & per librariorum incuriam, tot mendis deformata prodierit, ut rara ſit pagella, in qua, non dico littera, ſed integra verba, ſæpiuſque*

Digitized by Google

que ſententia ſunt prætermiſſa. imo ſæpe integra folia; uti in ipſa illa præfatione, prout eam vel Scioppius, vel Hayus poſuit, videre eſt. Niſi, quod alii in lucem emittere ſcriptum vel non auſi fuerunt, vel intempeſtivum arbitrati ſunt, tum ob rem inter Ordines controverſam, & à Commiſſariis Cęſareis privatim examinandam, neq; publicis ſcriptis exagitandam, præſertim abſque nomine Auctoris, & Typographi, & approbatione Theologorũ, id Scioppius pro antiquo ſuo & obfirmato erga Ieſuitas affectu, ſub ſuo nomine extrudere nequidquam veritus fuerit: ſed male interim conſuluit Lectoribus, qui legere nos voluit *Gaſparis Scioppii Aſtrum inextinctum*, quod non ejus, ſed Romani Hay eſt: atq; ſatis illi quoque exprobrat, qui adverſus utrumque ſcripſit *Aſtri inextincti deliquium* Iohannes Cruſius, Ieſuita, in libri ſui præfatione. Rationem tituli illius inde ſumunt, quod tum per aſtrum *Monaſteria* intelligunt, tum inextincta volunt, adverſus principalem Ieſuitarum hypotheſim, qui præſupponunt, extincta eſſe. Vnde titulum libri ſui Hay ſic declarat; *jus agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſteriis (quæ nonnulli perperam extincta fuiſſe dicunt) & bonis Eccleſiaſticis reſtituendis.* Ieſuitas hac in parte etiam perſtrinxit Iuniperus de Ancona, in *Conſultatione*, ſubjuncta Ludovici Soteli Relationi, *de ſtatu Eccleſiæ Iaponicæ, ad Vrbanum* VIII. Adverſus Hayum, inq; ejus *Aſtrum* Notas quoq; fecit Eugenius Lavanda Ninivenſis. Quin ulterius progreſſa hęc diſputatio eſt, contentionibus aquarum fluctus imitantibus, qui ubi ſemel ruptis aggeribus exſpatiantur, ad alia mox atq; alia, contra ac quis facile opinetur, facile propelluntur. Adverſus Ordines dum de bonis diſputabatur, quo ea melius illis auferri poſſent, illorũ vitia in medium produci cæperunt, idq; ſe cum fructu hic agere alii arbitrati ſunt, ut ſcandala illorum propalarent, quaſi eorum qui non ſatis digni eſſent, quibus iſta bona redderentur. Adverſus quæ ſe oppoſuit Dominicus Gravina, & qui ejus ad hoc argumentum ſpectantia edidit, Thomas de Saria, primum libro, ſub tit. *Vox Turturis*, ſeu de florenti uſque ad noſtra „ tempora Benedicti, Dominici, Franciſci, & aliarum Religio-

num ſtatu;quo quæ in honorem illarum familiarum dici ab illis potuiſſe videntur,prolata. Adverſū hęc pro Ieſuitis a.cIↄIↄcxxxI prodiit ſcriptum Monachii impreſſum *Cavea Turturis*, ſub nomine Georgii Riedelii: in quo Ordines magnifice perſtringuntur. Ex quo, qui alterum ei oppoſuit ſcriptum, *Congeminata vox Turturis*, è manuſcriptis Tractatibus Gravinianis, iterum Thomas de Sarria, poſt præfationem, in ſingulari Indice, hæc nimirum protulit: 1. In religionibus gravia, multiplicia, „ orbi nota ſcandala reperiuntur. habetur in dicto lib. p. 8. 28. „ 51. 61. 65. Iuſtiſſime infamia denotari poſſunt religio- „ ſi, quando ipſi propriam famam prodigunt 126. nam & juſtiſ- „ ſime peccator hac quoque pœna mulctatur, ut qui beſtiis aſ- „ ſimilatur, famę etiam dignitate privetur. 125. & p. 253. ſubinde „ etiam rectè pronunciari poſſe, paucos ex regularibus laxis ſa- „ lutem adepturos eſſe eo quod rarò ſolidè reſipiſcant. Quan- „ do ſtylum acuimus contra hæreticos, tunc defectus Religio- „ ſorum exemplare non poſſumus, poſſumus vero cum paræ- „ neticè loquimur. pag. 35. In religionibus, non Centuriæ, ſed „ nec Decades perfectorum poſſunt numerari, p. 111. proinde „ nonniſi, cum ætatis noſtræ dedecore antiquiorum agmina „ recenſentur, ob mores illis antiquis beatis abſimiles, 97. 99. „ Minime floridus eſt religioſorum præſens ſtatus, 39. 47. 88. „ 89. Pauci in eo mundo crucifixi. 93. Adeo infęcundę vineę re- „ ligioſorum, ut vix racemi colligi poſſint, 47. 241. Religiones „ ante, & poſt Concilium Tridentinum deformatę, 41. 49. Ar- „ dere flammis antiquam portionem domus Chriſti, veterum „ ſcilicet religionum, 81. Vix ſeni aut deni produci poſſunt ex „ univerſis Regularium Chronicis, qui in Theutoniæ Imperio „ doctrina, vel ſanctitate floruerint, 25. Hæretici in opinio- „ ne confirmantur, quod intra ſuos fines, in dictis religionibus, „ nil generoſum & excellens, ſed meri pepones, allia & naſtur- „ tia naſcantur, ibid. Pauci reperiuntur in religionibus Mendi- „ cantibus apti ad miſſiones, & converſionem infidelium, pag. „ 98. Aliorum religioſorum multitudo alioſum velificat, ibi- „ dem. Ad perfectionem non properant, qui pauculis ſeculari-

bus

„ bus convertendis inſiſtunt. Vbi non eſt Ordo Ieſuitarum,non
„ apparet genuina ſacramentorum frequentia, rudium Cate-
„ chiſmi, nec ab aliis hæc & alia exercitia ſupplentur,ubi illa de-
„ ficit.219. Pauciſſimos piè victuros & ſalvandos regulares;plu-
„ rimos ſalutem perdituros,8. Non habetur florentiſſimus ſta-
„ tus religionum ex palmis eorum, qui pro Domino obierunt,
„ & in Chronicis Ordinum leguntur,nam ex morte illata à Bar-
„ baris, vel hæreticis,& ex ipſo martyrio præcedentis ſanctitatis
„ teſtimonium non colligitur: cum alio fine,quam Chriſti cau-
„ ſa occumbere potuerint, nempe ex occidentium avaritia, ti-
„ more politicæ everſionis, ipſorum occiſorum temeraria pro-
„ vocatione, ſpontanea oblatione,94. Inaniter recenſentur,ad
„ confuſionem hæreticorum miracula, martyria, rigor vitæ, vel
„ pœnitentiæ in Chronicis regularium deſcripta, cum hæc illi
„ ut ſuperſtitiones, & ſomnia habeant 233. 234. Hodie viſio-
„ num, ut divinationum inſolita apud regulares audacia emer-
„ ſit, prout quiſque magis ſe à publico contrahit, & orationi
„ intentus eſt, 96.97. Ad faſtum, & ſpumas hujus ſeculi perti-
„ nent tituli Doctorum & Inquiſitorum, pag. 178. inde nec
„ commendandæ exemptiones, prærogativæ, privilegia eorum-
„ dem. ibidem. Nec Ordinum ſplendor habetur ex iis qui ad
„ Eccleſiaſticas dignitates aſſumpti. Vnde non ſunt proponen-
„ dæ oculis Regularium Thiaræ, Purpurę, ſunt enim velut
„ vinum reſplendens in vitro quod epotatum mordet ut colu-
„ ber,pag.101. Proinde ab Epiſcopis oculos avertendos, ut à
„ fœminis, 102. Novis Rechabitis non præponendi crateres, &
„ vina precioſa, videlicet gemmatæ mitrę, purpurę cum aurora
„ certantes,177. Hæretici Ieſuitas proſcribunt,alios religioſos
„ benigne retentos alunt,non enim mordent lapidem, qui eos
„ non ferit: originem ſuam agnoſcunt, eique cognatam ſo-
„ bolem odiſſe nequeunt. 146. Multos in habitu Monaſtico
„ damnari & ſpecie recti nos falli, quid enim lateat in corde
„ tentatio prodit, nam & Eremicolas legimus continuæ orati-
„ nis & ſeveriſſimæ vitæ & tamen Severiana labe corruptos, à
„ regno cœleſti extorres, 106. Societatis Ieſu ampliora mere-
Q 3 tur

tur, quam habeat, privilegia. Præterea ex Laymanno adducit
„ idem: à Nullo genere hominum majus damnum eſt illatum
„ Eccleſiæ, quam à veteribus Ordinibus, à quibus catervatim
„ peſtilentes egreſſi ſunt Hæreſiarchæ. Monachos eſſe inutilia
„ terræ pondera, ventres pigros, ſtupidas pecudes: non eſſe Cœ-
„ nobia illis tradita à magnatibus tanquam pro hominibus,
„ inutilibus, ocioſis, ignavis. Neque tamen omnia attulit,
vel ex Riedelii Cavea, quæ ad Religioſorum Ordines perti-
nent, de quibus inter alia & hoc: Religioſorum multitudini il-
„ lud adaptari quod ſcriptum eſt in Eſai. multiplicaſti gentes, nõ
magnificaſti lætitiam. quod Sarria citat, pag. 21. qui quantum-
vis congeminet vocem Turturis, multis paraſangis ſtrepitu
caveæ eſt inferior. Atque ita primum de bonis, tum de ſuo
loco & dignitate Ordines cum Ieſuitis contenderunt. Ordines
pro ſe ſic argumentabantur: Cæſar, ratione ſupremi offi-
cii ſui, & vi à ſe editi Edicti, Monaſteria recuperata iis re-
ſtituere debet, qui olim iis ſpoliati fuerunt: atqui ordo v.g. Be-
nedicti hoc vel illo Monaſterio olim privatus fuit: quare iis il-
lud videatur reſtituendum. Adjungebant: alienatio Monaſterio-
rum & Eccleſiaſticorum bonorum vel à Rom. Pontifice abſque
legitima cauſa facta, contraria eſt legi naturali ac divinæ: at Mo-
naſteriorum illa tranſlatio ad Scholas, ſeminaria, aut Collegia
Societatis Ieſu eſt alienatio quædam facta ſine legitima cauſa;
proinde contraria legi naturali ac divinæ. Non quidem ne-
gari poteſt, ſæpe factam Monaſteriorum ab Ordine, ad Ordi-
nem tranſlationem, cujus indicem aliquem adfert Laymannus,
in Appendice; ſed uti hoc non licet abſque juſta cauſa, quæ po-
tiſſimum eſt, quando Monachi vita & moribus, & diſciplinę con-
temtu ejuſmodi pœna & privatione dignos ſe faciunt, ita hic u-
bi bellica armorum tempeſtate ſpoliatos ſe dicebant reliqui
Ordines (quorum præcipui erant Benedictini,) Monaſteriis bo-
niſque ſuis, Ieſuitis illa concedi, & non propriis Ordinibus, fer-
re illi haud poterant. Ego quidem exiſtimem, ex Edicto Re-
ſtitutorio Cæſaris (de quo non diſputo nunc quam iniquum
fuerit in Proteſtantes, & intempeſtivum) neutiquam concludi
poſſe,

poſſe, animum Imperatoris fuiſſe transferre bona & Monaſteria ad Ordines alios, vel ad Ieſuitas, ſed in genere tantum edixiſſe, illa, Proteſtantibus ablata, ſuis reddenda eſſe;atque quamvis jura non obſtent, quominus Monaſteria & bona aliquando tranſferri in alios poſſunt, ſemper vero ad uſus Eccleſiaſticos, cæteris tamen paribus (loquor nunc ad Pontificios) præferendos eſſe priſtinos dominos vel poſſeſſores, & non urgente tranſlationis neceſſitate, æquius videri, & hoc Edictum Cæſaris probare quoque,ut juxta rationem, fundationem, & uſum aut poſſeſſionem præcedentium, non Ieſuitis,in aliorum præjudicium,ſed quorũ illa fuerunt Ordinibus (ex ſenſu Cæſareo loquor, & Pontificio) applicarentur. Pro Veteribus Ordinibus,adverſus Ieſuitas, judicavit quoque, & ſcripſit ad S. Congregationem Romæ a.cIↃ IↃcxxx Cardinalis Richelius. Neq; adeo hoc diſputarunt Ordines Monaſticis:an tranſferri in alios religioſos monaſteria,bonaq;.gravi aliquando de cauſa,poſſint;ac an cauſa talis aliquahodie adeſſet,ob quãMonaſteria jã eſſent transferenda? quę ſecunda apud Hayum,vel Scioppium,quæ tractatur,eſt quęſtio. In controverſiâ, de qua mox obiter quoque, aliâ Martinus Aſpilcueta,Navarrus,Apol.de Reditib. Eccleſ. pag.90.dixit: *Nam argumenta non tendunt ad probandum, quod Monarcha non poſſunt mutare voluntates defunctorum; ſed quod nemo antequam id juſta de cauſa fiat, poteſt rebus in unum uſum pium dicatis, uti ad alium; & quod nullius Monarchia, ſaltem ſpiritualis, juſta de cauſa, imo neque injuſta, ſtatuit, ut beneficiarii poſſint in uſus profanos uti rebus dicatis ad pios.* Verum illa omnia de monaſteriis Germanicis ſopita nunc vel deciſa ſunt pacis nuperæ articulis, ubi decretum, reſtituenda omnia eſſe in ſtatum, quem a. xxiv hujus ſeculi habuerunt. Quare, quum juxta Pontificios etiam, bona Eccleſiarum tranſferri poſſint in aliasEccleſias, vel collegias, dummodo ad uſus pios, & meliores applicentur, neque hoc ſit aut contra naturam & jus bonorum iſtorum, vel fundatorum intentionem ac voluntatem,quid adeo obſtat,ſi apud noſtras illa permaneant Eccleſias,atque hic ad uſus bonos, pios, ſanctos, meliores etiam quam ſub Papatu,& Eccleſiarum noſtrarum ſacta

cta

ĉta jam adhibeantur? *nam bona* Eccleſiaſtica *quoad Dominium, ſunt Eccleſiæ ejus particularis cui donata ſunt*, inquit Laymannus Ieſuita, *pag.*5. non verò pertinent ad Romanum Pontificem tanquam ad Dominum, inquit. De quo vehementer diſputant Canoniſtæ, cui bonorum Eccleſiaſticorum adſcribendum ſit *dominium*. Alii Chriſto aſſignant, cujus proinde illa dicantur patrimonium: ſed hoc alienum eſt à præſenti quæſtione, quum dominium Dei aut Chriſti uti ſupra omnia eſt, ita non adverſatur dominio humano, quod diſtinctionem rerum ponit apud homines, & de quo hic quæritur, non de illo. Quare Pontifici Romano alii; alii Eccleſiæ; quidam univerſali; melius particulari, cui illa attributa ſunt; alii denique pauperibus adſcribunt. Vide Franciſcum Sarmientum, lib. *de Redditibus Eccleſiaſticis*, *cap.*1. Antonium Marſilium Columnam, lib. *de Eccleſiaſticorum Redituum origine, & jure*, *part.* III. Verum hęc alio inſuper fine ab illis diſputantur, ſc. ob quæſtionem præcipuè agitatam poſt Archidiaconũ celebri Canoniſta, & qui in variis Galliæ, Hiſpaniæq; Academiis, ut Caturci, Tholoſæ, Salmanticæ, & Conimbricæ Canonum Profeſſor fuit, Martino ab Azpilcueta Navarro, primum in *Manuali Confeſſariorum*, *cap.* XXV. *num.* 126. tum in ſingulari ejus argumenti libro, *de Reditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum*, primum Hiſpanice, deinde etiam Latine; denique in *libri iſtius Apologia*: an Clerici beneficiarii ſint redituum ſuorum Eccleſiaſticorum domini, ita ut de illis etiam queant diſponere. Quod adeo negabat Navarrus, ut non tantum aſſereret, Clericum ne veſtis quidem, qua ſe quotidie induit, dominum eſſe, *pag.*11. ſed nec panẽ etiam quem manducat, ejus eſſe, *pag.*14. verum etiam, quod aliam movit quæſtionem, Clericum abutentem reditibus, vel beneficiarium impendentem ſuperflue, vel profane reditus ſuorum beneficiorum teneri ad reſtitutionem, *pag.*125. atque de reditibus beneficiorum beneficiarium teſtari non poſſe *pag.* 154. Hoc potiſſimum argumento, quod Chriſtus eſt bonorum Eccleſiaſticorum dominus, non generali ſolum ratione, qua Domini eſt terra & plenitudo ejus, ſed ſpeciali

ciali quoque & humana diſpoſitione, ſicut alii omnes; beneficiarii autem diſpenſatores tantum & procuratores. In hanc etiam ſententiam videtur loqui Cornelius à Lapide, *in* 1. *Joann.* III. 17. Contrarium verò alii rectius tenuerunt, Clericos non ſolum de fructibus ſeu reditibus Eccleſiaſticis poſſe ſibi & his qui ſibi ſerviunt neceſſaria aſſumere, ſed quod & reliqua quæ ſuperſunt, non iterum teneantur erogare in pauperes, vel alios uſus Eccleſię, ſed quod poſſint de illis, prout libuerit, diſponere, tanquam veri & proprii iſtorum redituum domini. Quę fuit ſententia Thomæ, quamvis in aliam, & ſuam eum trahere allaboret, Navarrus. Alias plures ſuper hac re opiniones profert Sarmentus, lib. *de Redit. Eccleſ. part.* II. ſed illæ ſunt præcipuæ: atque poſterior illa, quæ etiam Sarmenti eſt, tot tamque validis ab eo *part.* IV. aſtruitur rationibus & argumentis, ut quod alii ea diſſolvere poſſint, ego quidem non videam. Primo argumentatur *ex tex. in c.* 2. *de cleric. non reſidentibus, ubi clericis non reſidentibus in pœnam adjicitur ne dominium diſtributionum acquirant, ſed ad reſtitutionem teneantur, ergo apparet ſi reſiderent effici dominos earundem.* Secundo, *probatur per textum in c. pervenit extra de fideiuſſor. ubi probat textus, quod, ſi clerici are alieno gravati reperiantur, debet ſatisfieri creditoribus de fructibus beneficiorum; quod fieri non deberet, ſi non eſſent domini fructuum, non enim de alieno debito ſolvi poſſunt, eſſet namque debitum delicto commutare.* Ne omnia ejus argumenta colligam, aliqua duntaxat, ſexto loco ita argumentatur: *quod ex prædicta diviſione pauperibus, vel pauperi tribuitur, ita fit ipſius pauperis, ut nulla obligatione aſtrictus ſit, etiam ſi aliquid ſibi ſuperſit, reſtituere. nec aliquis unquam pauperis rem ſibi datam pleno jure ejus effici negavit, ergo idem dicendum eſt de clerico quoad portionem ſibi aſſignatam.* Tum, *ſi miles ſuum facit ſtipendium, ſi ſuam mercedem, quare clericus redditus in ſtipendium ſibi aſſignatos ſuos non efficiet?* Conſuetudinem etiam adducit: nam in Hiſpania conſuetudo eſt, *cujus origo memoriam excedit, qua clericis non epiſcopis permiſſum eſt, ut in vita, & in morte de fructibus beneficiorum diſponant, & habeant ſucceſſores ab inteſtato, ſi inteſta-*

ti deceſſerint, epiſcopi vero in vita tantum diſponunt, addit Columna, *cap.* XXXVI. & Galliam. Eandem ſententiam ſequitur is Antonius Marſilius Columna, lib. *de Eccleſiaſticorum redituum origine, part.* III. *cap.* XXI. qui ibidem neque vult argumentum illud, quemadmodum vulgo ſumitur, procedere, à non dominio clericorum, ad reſtitutionis obligationem, adeoque non eſſe commiſcendas quæſtiones, an Clerici beneficiarii ſint domini redituum Eccleſiaſticorum, &, an ſi male illos conſumant, ad reſtitutionem teneantur. Inſuper *cap.* XXVI. alias rationes, pro ſententia Thomæ (quam & cap. ult. docet, Clericos non modo bonorum vel redituum ſuorum Eccleſiaſticorum dominos facere, ſed etiam ab omni reſtitutionis onere liberare) adducit, poſtquam *cap. ſuperiori* XXV. ad rationes, à Sarmento allatas multum reſpondiſſet. Hanc tamen ille ſententiæ ſuæ adhibet *cap.* XXXIII. limitationem, ut quamvis Clericus non teneatur ad reſtitutionem, vel ſi maximè Eccleſiæ rebus abutatur, tamen hoc non procedat, quando ipſe prorſus officium deſerit. Sententiæ ſuæ numerat aſſertores quinquaginta quinque Doctores; adverſariæ quæ Archidiaconi, triginta & quatuor. *cap.* XXXIV. & XXXV. Compendioſe Sarmentus in præfat. ad P. Pium V. oraverat eum, ut *apoſtolica ſua authoritate*, ad quid ex præcepto homines teneantur, quidve ex conſilio hic ſequi expediret, conſtitueret; ſed nec hactenus (quod ſciam) id fecit Papa, neque in plurimis iſtiuſmodi litigiis, quantumcunque etiam vehementer inter ſuos agitatis, id conatur quidem: quod mirum profecto, quum & penes ſe eſſe judicium Theologicarum quæſtionum infallibile, & jura omnia in ſcrinio pectoris ſui aſſervari, aſſerat, denique & inter alios, ab ipſius communione alienos, atque de rebus multum gravioribus, judicem ſe adiri velit, qui non domi ſuæ fluctus iſtos componere poteſt, aut vult. Sed in viam. Scimus hoc ab ipſis adeo Gentilibus cum religione ſervatum, ut & teſtatorum ultimas implerent voluntates, & Deo aliquando conſecrata ne quis temeraret, aut in ſuos converteret uſus. Hoc Pythagoram iſto ſym-

ſymbolo denotaſſe volunt: *ne coacerva ligna cupreſſina*, id eſt, Deo conſecrata bona, ſiquidem ex cupreſſo Iovis formabatur ſceptrum. Piſiſtratus, apud Laertium, in vita Solonis, hinc ſcribit: *Denique Athenienſium ſinguli decimas frugum ſuarum ſeparant, non in uſus noſtros conſumendas, verum ſacrificiis publicis commodiſque communibus: & ſiquando bellum contra nos ingruerit, in ſumtus deputandas.* Ex legibus XII Tabularum eſt: *Sacrum, Sacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque parricida eſto.* Qui nuper ſcripſit, vel edidit hodiernorum Brachmannum, aut Braminum hiſtoriã, Rogerius, de eorum vita, doctrina, moribuſq; ait, neq; Regem nec quempiam audere agrum vel villam Braminibus donatam ipſis auferre, quia Numinis ſui verentur gravem vindictam, ſi quando pauperibus Brachmannis ſua auferre conarentur, *lib.* 1. *cap.* VI. quale quid accidiſſe narrant ſuo Regi Rama Dewelo, ejuſque miniſtro, dum è Pagodum ædibus theſauros quoſdam auferre molirentur. *lib.* II. *cap.* X. Adde Valerium Maximum *lib.* 1. *cap.* 1. Quæ dum non ignoramus, jubent nos à violandis bonis Eccleſiaſticis, id eſt, iiſquę Deo in cultum ejus, Eccleſiæque Miniſterium data, donata ſunt, abſtinere; eoque nos fortius abſolvunt ab illa contumelia, quam nobis fruſtra impingit Papa, quaſi bona Eccleſiis auferamus, & non in uſus Eccleſiaſticos impendenda doceamus. Quod ſecus ſe habere, puto jam abunde ex iis quæ attulimus, conſtare cuivis poſſe. V. Quin etiam olim in fœdere *Paſſavienſi* conceſſa ſunt imperiali authoritate Proteſtantibus bona Eccleſiaſtica, quæcunque tum, quantumlibet à Papiſtis derivata & occupata, noſtri poſſiderent, inque uſus Eccleſiaſticos impenderent. Atque ante fœdus Paſſavienſe, in conventu Haganöico a. cIↃ IↃ XL. ad Pontificiorum objectionem, de bonis Eccleſiaſticis à noſtris interverſis, aliosque in uſus direptis applicatiſque, reſponderunt: *ſe nullius bona occupaſſe, tantum poſt reſtauratam puritati ſuæ doctrinam, bona quoque ad legitimos honeſtoſque uſus, quibus principio fuerant deſtinata, ſed ab Eccleſiaſticis poſtmodum interverſa, denuo applicaſſe, eoque primum capita doctrinæ definienda, verum de bonis eſſe loquen-*

dum. Ita in Hiſtoria Conc. Trident. lib. I. Apud Sleidanum, lib. XIII. *ſed neminem ab ſe ſpoliatum, & hanc ipſam quaſtionem ad colloquium & futuram actionem pertinere, nec ſequeſtrationem fieri poſſe dicunt, abſque magna ſua ditionis eccleſiaſtica politia diſſipatione, ſcholarum etiam atque pauperum incommodo: & quia non longum ſit tempus ad colloquii diem, ut eo res omnis differatur, petunt: ibi ſe demonſtraturos, quanto plus laborent atque ſoliciti ſint de gloria Dei, deque eccleſiarum emendatione, quam de poſſeſſionibus atque bonis: ac licet docere jam poſſint, quomodo nonnulli diverſa partis, id genus facultates ad ſeſe rapiant, velle tamen eouſque differre: cumque tunc ejus rei ſermo fiet, liquidum eſſe futurum, utri poſſeſſiones illas in ſuum emolumentum privatum magis, quam ad honorem Dei convertant, & quid obſtet, quo minus in meliores uſus applicentur.* Quid ergo nunc tandem de novo litem ob bona illa Noſtris adjudicata, vindicataque movet Papa? Præcipue quum illa etiam Paſſavienſis hac nupera Oſnabrugenſi iterum confirmata pax ſit *art.* V. Decretū in Conventu tum primo Lintzii mox Paſſavię habito, d. II. Auguſti a. cIↄ Iↄ LII. eſt, quod *pax religionis, ſive controverſia componantur, ſive non componantur, erit rata & firma.* denique a. cIↄ Iↄ LV. d. XXV Septemb. in Comitiis Auguſtanis confirmata illa Paſſavienſis pax, ſtatutumque, ut bona Eccleſiaſtica, dummodo non eſſent Status Imperii, aut ad eoſdem ſpectarent, quæque ante tranſactionem Paſſavienſem occupaſſent Noſtri, & ad pios uſus tranſtuliſſent, nec in judicio, nec extra judicium, repeti, neq; ideo conveniri Noſtri poſſent. Sleidanus, *Comment. lib.* XXVI. Thuanus, *hiſt. lib.* XVI. Quorum non ſatis callens eſt quiſquis aliter hęc capit, quam, quod cū pax illa religionis Auguſtæ a. 1555. fieret, convenerit inter Imperatorem, & Principes Proteſtantes Imperii, ut bona Eccleſiaſtica ab iſtis occupata, in uſus pios converterentur. Quod enim dictum, ut manerent in eo ſtatu, in quo tempore illo erant, hoc ſignificat, illa penes Proteſtantes manſura, quæ jam illi tenerent, non vero Pontificiis cedenda eſſe: at, ut apud Proteſtantes etiam in uſus ſacros applicata erant: cui illi ſane noluerunt ullo pacto adverſari; huic quidem

quod

quod dicerent Pontificii, non ſatis fideliter bona illa à Proteſtantibus ad uſus ſacros applicari, ideoque quaſi non ſervatis pacis Paſſavienſis conditionibus, tuto illa ab ipſis repeti poſſe. Nam ſic ex tabulis fœderis argumentabantur Bonorum Eccleſiaſticorum detentores, etiam in externo foro cenſeri, & ad reſtitutionem compelli debent.
„ 1. Qui non ſunt Status Imperii, hoc eſt, non habent ſeſſio-
„ nem in publicis Imperii Comitiis. 2. Qui occuparunt poſt
„ terminum admiſſum, hoc eſt, 2. Auguſti, Anni 1552. 3.
„ Qui occuparunt Bona, quæ ſunt Status Imperii, vel ad eoſ-
„ dem ſpectant, uti ſunt omnes Epiſcopatus, Abbatiæ & Præ-
„ laturæ, quæ in matricula Imperii extant. 4. Qui tranſtule-
„ runt ad alios uſus quam pios. Vſus autem pius cenſetur
„ applicatio ad pauperes, Eccleſias, & Scholas in Imperio ad-
„ miſſas (Catholicas ſcilicet, vel Auguſtanæ Confeſſionis,
„ excluſis omnibus aliis) redemptionem captivorum, & ſimi-
„ les. Sic. illi Ipſa antē Comitiorū verba nos hic exhibeamus
Dieweil aber etliche Stände vnd derſelbigen Verfarn/etliche Stifft/Klöſter/ vnd andere Geiſtliche guter eingezogen / vnd dieſelbigen zu Kirchen/ Schulen/ milten vnd andern ſachen / angewendt. So ſollen auch ſolche eingezogene guter welche den jenigen ſo dem Reich ohn mittel vnderworffen/ vnd Reichs Stande ſein nit zugehorig / vnd der Poſſeſſion die Geiſtlichen zu zeit deß Paſſawiſchen vertrags oder ſythero nit gehabt / in dieſem Friedeſtandt / mit begriffen vnd eingezogen ſeyn / vnd bey der Verordnung wie es ein jeder Stande mit obberurten eingezognen / vnd allbereit verwendten guttern/ gemacht gelaſſen werden / vnd dieſelbigen Stande derhalb weder in noch auſſerhalb Rechtens zu erhaltung eines beſtendigen ewigen Fridens nit beſprochen noch angefochten werden. Derhalben bevehlen vnd gebieten wir hiemit vnd in krafft dieſes Abſchiedes der Key. Mai. Cammerichter vnd Beyſitzern / das ſie dieſer eingezogner vnd verwendter gutter halben kein Citation Mandat vnd Proceß erkennen vnd decernieren ſollen. Addere licet Comitia Spirenſia a. cIↃIↃXLIV. eademque, anni cIↃIↃLVII. Iterum Auguſtana a. cIↃIↃLXVI. & Ratiſbonenſia, a. cIↃIↃLXXVI. Hoc ergo ad æternæ pacis obſervantiam & tum, & nunc neceſſarium exiſtimarunt Imperii Ordines, ut bona Eccleſiaſtica, à quibus illa occupata ſint, modo in uſus (quod omnino decet) pios applicentur, talia maneant, & quieta perpetuùm gaudeant poſſeſſione. Pa-

Digitized by Google

ce nupera ita ſtatutum, art. v. §. 1. *Bona Eccleſiaſtica immediata quod attinet, ſive ſint Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Balivia, Præpoſituræ, Commendæ, ſive liberæ fundationes ſæculares, aut alia una cum reditibus, penſionibus aliiſque quocunque nomine ſignatis, ſeu in Vrbibus ſeu ruri ſitis, ea ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ Confeſſionis Status die prima Ianuarii Anni milleſimi ſexcenteſimi viceſimi quarti poſſederint, omnia & ſingula nullo plane excepto, ejus religionis Conſortes, qui dicto tempore in reali eorum poſſeſſione fuerunt, uſque dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquille & imperturbate poſſideant, neutrique parti liceat alteri ſeu in Iudicio ſeu extra, negocium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si vero, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hac conventio perpetua ſit & pax ſemper duratura.* §. 9. *Quæcunque Monaſteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, fundationes ſcholas, hoſpitalia, aliave bona Eccleſiaſtica mediata, ut & eorum reditus, Iuraque quoque nomine ea appellata fuerint, Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes, Status Anni milleſimi ſexcenteſimi viceſimi quarti, die prima Ianuarii, poſſederunt, eadem omnia & ſingula ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore hujus Tranſactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec controverſiæ Religionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur, non attentis exceptionibus ſive poſt tranſactionem Paſſavienſem aut Pacem Religioſam reformata & occupata, aut quod non de vel in territorio Auguſtanæ Confeſſionis Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus jure ſuffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuiſſe dicuntur, unicum ſolumque hujus tranſactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum ſit die prima Ianuarii anno milleſimo viceſimo quarto habita poſſeſſio, irritis prorſus exceptionibus quæ ex introducto alicubi locorum exercitio Interimiſtico vel autoribus aut ſecutis pactis generalibus aut ſpecialibus tranſactionibus, vel litibus motis cauſiſve deciſis, vel etiam decretis, mandatis, reſcriptis, paritoriis, reverſalibus, litiſpendentiis vel aliis quibuſcunque prætextibus & rationibus deſumi poſſent. Vbi igitur ſupradictorum omnium bonorum, eorundem pertinentium,* fru-

Digitized by Google

fructuumve Auguſtanæ Confeſſionis Statibus aliquid quovis modo aut prætextu ſive extrajudicialiter à dicto tempore interverſum, aut ademptum eſt, omnino abſque mora, & indiſtincte (interque illa ſpecialiter etiam Monaſteria, fundationes atque bona Eccleſiaſtica omnia & ſingula à Principe VVurtembergico anno milleſimo ſexcenteſimo quarto poſſeſſa) cum ſuis pertinentiis, reditibus & acceſſionibus ubicunque ſitis, una cum amotis documentum in priorem ſtatum reſtituantur. Nec Auguſtanæ Confeſſioni addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione ullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione juris & facti perpetuo tuti ſint, donec controverſia Religionis compoſita fuerint. Vnde, quinam pacis perpetui ſint inimici, & ſibi in Imperii Conſtitutiones ad pacem ſervandam omnino neceſſarias indebitam uſurpent poteſtatem, atq; ut illud quod fundamenti loco arripiunt jamdudum ſit præjudicatum, apparet. VI. Denique utcumque eſſet de bonis Eccleſiaſticis quod prætendit Papa, non ob eam tamen cauſam pacem tanti momenti reſcindere liceret, vel juxta canones ſuos, & quod alias quidem ipſe egit; nam licitum tali caſu ac hic eſt, tantæ nimirum pacis cauſa, bonorum Eccleſiaſticorum *alienationem* negari nequit, dum in canonibus vulgo ſtatuitur, vel ob cauſam neceſſitatis, aut pietatis, tum utilitatis Eccleſiæ, denique commoditatis, alienare Eccleſiaſtica bona licere. Stephanus Quaranta, in Summa Bullarii, tit. *Alienatio rerum Eccleſ.* Quæ fere in hoc noſtro caſu omnes cauſę concurrunt. Imo abſque conſenſu Pontificis quædam ex neceſſitate alienari poſſe, docet Molanus, *de piis Teſtam. cap.* LXIV. Conceſſum aliquando, ut bonorum & rerum Eccleſiaſticarum pars alienaretur in ſubſidia belli Turcici: quæ ratio erit, ut non idem liceat, (ſi vel alienatio hic interveniret, quæ nec tamen eſt; ſed Eccleſiis, licet non Papalibus, bona ſua in uſus pios aſſervantur) ad redimendam tanti operis pacem ac eſt hæc Germanię? Inter Gravamina imperii tradita in Comitiis Norimbergicis a. CIƆIƆXXII. cap. XX dixerunt Principes: *Eam ob rem pro licito, bono, ac pariter Chriſtianæ reipub. utili & neceſſario viſum placitumque eſt, ut quando exigere id neceſſitas videbi-*

debitur que mundus & pretioſior ſupellex eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, cæterarumque eccleſiarum ac religioſarum domorum, auri, argenti, unionum, aliorumque pretioſorum lapillorum, denique & campanarum pars non neceſſaria, pro communi Chriſtianæ reipub. utilitate in medium conferatur, ne theſaurus ille eccleſiæ Turcis potius, quam nobis cuſtodiatur. P. Paulus III. & Iulius II bonorum Eccleſiaſticorum in Hiſpaniâ multam partem Carolo v. donarunt, in bellum contra Proteſtantes inſtituendum: dimidiam bonorum partem per Hiſpaniam; alibi quartam: Hiſtoria Concil. Trident. *lib.* II. & v. Atque nefas erit bona Eccleſiaſtica à Proteſtantibus occupata, & in uſus Eccleſiaſticos applicata, & per Imperii fœdera illis conceſſa, quæque bello repeti nec potuerūt, nec debuerunt, & ſolenni pacis tractatu jam illis iterum confirmata ſunt, Eccleſiis, quamvis non Papalibus, relinquere? Audiamus, quæ hanc in rē quoq; adfert Iohannes Gerhardi, Theologus doctiſſimus, in Appendice, ad primum lib. Confeſſ. Catholicæ: *Ipſimet Pontificii abſolutè & ſimpliciter non improbant, in certis quibuſdam caſibus reditus Monaſteriorum ad alios uſus converti, quam in ſuſtentationem Monachorum; quin & concedunt bona Eccleſiaſtica certis quibuſdam circumſtantiis à Principibus Secularibus poſſideri poſſe. Actio Perduellionis in Ieſuitas (cujus Autor eſt Pontificius, ut ex multis conſtat indiciis) lit. G. ii.* Pabſt Clemens VIII. hat Hertzog Friederich von Wirtemberg durch Andream Cardinal von Oeſterreich verſichren laſſen / wenn er die Catholiſche Religion annehme / ſo wolt er jhm vber alle ſeines Lands Geiſtliche Güter das Ius Patronatus vorleihen / alſo das einer / zween oder drey ſeiner Söhne oder Vettern alle die Klöſter in Commendam hetten / den andern / ſo Weltlich blieben / jährliche Penſiones davon bezahlen / vnd noch darzu bey Straßburg / Cöln / Maintz vnd andern Fürſtlichen Stifften auffgenommen würden. *Cajetanus in Comment. 2. 2. q. 43. art. 8. Ipſa Eccleſia, quæ dominium habet bonorum deputatorum ad fabricam, ad ſtipendia Miniſtrorum, & ad ſubſidia pauperum, rectè aliquando poteſt illa donare aliis, aut permittere ad vitandum ſcandalum. Prælati quoque poſſunt & debent interdum repetitionem illorum differre ad vitandum ſcandalum & calamitatem pauperum, ſi Principes ejuſmodi bona & jura Eccleſiæ ſine magno ſaltem detrimen-*

mento ſui Status non poßint reddere. Quinimo ipſimet Ieſuitæ Cæſari Auguſtiſſ. Ferdinando autores fuerunt, ut ex Monaſteriorum recuperatorum reditibus quoſdam ad alios uſus converteret; unde ſic ſcribunt Ieſuitæ Dillingenſes in Placida Diſceptat. p. 15. Ex Monaſteriis Epiſcopatibus ſuccurritur, dantur Commendæ bene meritis & accipiuntur. Hoc ſacrilegio deputare hominis eſt leges ignorantis. pag. 24. Cur ægre ferrent Ordines Religioſi, quædam Monaſteria Cardinalibus Archiepiſcopis cedere? pag. 6. Imperator ratione juſtitiæ obligatur, ex Monaſteriis recuperatis Eccleſiarum ſive Epiſcopatuum debita diſſolvere, dare militibus, Rempubl. opis egentem adjuvare. pag. 34. Epiſcopi gravia damna paſſi ſunt, æs alienum contraxerunt, ipſi auxilio Monaſteriorum vacantium egent, petunt & accipiunt. Idem ſtatuit Laymannus Ieſuita, in Iuſta Defenſione in Proœm. num. 28. 30. 31. &c. Atque hæc dicta ſunto ad primam & præcipuam cauſam, quam Papa in Bulla adfert abrogandæ pacis Germanicæ, ex bonis Eccleſiaſticis, nempe quod hæc eo pacto in manus Proteſtantium perveniunt ibique relinquuntur.

In quibus ideo diligentiores nos eſſe oportuit, quia ad bene diluendam Papæ & Papanorum adverſus Nos objectionem, ſuper bonis Eccleſiaſticis, illud amoliendum ab Eccleſiis & doctrina noſtra convitium fuit, cui ceu primæ rationi adeoque principali ſuperſtruitur Papalis abrogatio & condemnatio Germanicę pacis, quaſi vellemus bona Eccleſiaſtica (*Eccleſiaſtica* intrepide, uti nunc abunde vidimus, primi, omneſque Reformationis Doctores loquuntur) id eſt, Eccleſiæ Chriſti, in uſus Eccleſiaſticos data legataque, contra naturam ſuam, haud in Eccleſiæ, ſed privatorum uſus, impendi. Quibus nihil derogant quę nuper Vir doctus, quemq; magni alias facio, commentatus eſt, *de Canonicis* &c. Quo in ſcripto diffuſam quidem ſuam prodidit (fateor) lectionem, ſed hanc fere unam, judicium parcè, ęquitatem & reverentiam cum erga alios, tum erga Præceptorem ſuum venerandum, peſſimè: ex quo pravo unice affectu cum procuſus liber ille ſit, quod ego ſanè doleo, dolebit,

& ipſe (ſat ſcio) Auctor, ubi provectior evaſerit, vel is, quem tam indigne nunc inſectatur, olim mortuus deſiderabitur, momentum ſuum apud Lectores bonæ ac compoſitæ mentis ſuo merito perdidit. Quid obſecro eſt, rem non poſſe agi abſque contumeliis? non inter eruditos? neque rem tantam, quæ (ſi quæ alia) defæcatum poſcit judicium, & compoſitam bene mentem? Siccine vincitur, quando dilaniatis aliorum, quos ſemper vel ętatis, ordinis, aut officiorum erga te ratione ſuſpicere tenearis, nominibus, illis procaciter inſultas; & neque quod aliis Deus copioſe admenſus eſt, agnoſcere vis, neque eo quod tibi datum, bene uti? ſed juſto inde Dei fit judicio, ut agitatus ejuſmodi conſiliis, dum nec agis, quod debes, hoc neque etiam agas, quod agere videaris. Certe id in libro (quem dico) obſervare in proclivi eſt, qui ubi à proprio Auctore quandoque ſedata magis mente fuerit relectus, extra illos, in quibus conceptus enixusque eſt animi fluctus, opinor, quod ſi non rem, ſaltem agendi tractandíque modum, improbaturus ipſe tandem ſit. Ad exemplum ſcilicet, cujus hic recordor, Andreæ Zebedæi (de quo volo ut legas integrum illum paragraphum, quem Beza in vita Calvini facit ad a. 1555. judiceſque ut iſta huc applicari bene poſſint) qui poſtquam diu acriterque & variis calumniis Calvino adverſatus fuiſſet, Calvino mortuo; cum & ipſe jam eſſet moriturus, Neviduni, oppido quatuor milliaribus Geneva diſtante, accitis pręcipuis civibus, ultro agnita, quā oppugnârat, veritate, & acta illa ſua deteſtans, ſchedas omnes ſuas ſpectante ſe concremari juſſit. Quippe rē ipſā Noſter hic nec uti debuit, neq; uti velint, quibus patrocinatus videtur, cepit. Quatuor ejus in tota diſputatione ſūt hypotheſes quibus innititur, quibuſque, luxatis vel ablatis omnis illa (ipſum non reſpuo hic judicem) corruit: in quibus omnibus quam graviter aberrarit, digito duntaxat oſtendam, quia ego non materiam nunc hanc ingredi cogito, ſed quod mea diſputatio requirit ſolummodo oſtendam ac tuebor, ſententiam Eccleſiæ eſſe non aliam ac antea ex Doctoribus noſtris

affe-

Digitized by Google

aſſerui, quod nempe bona Eccleſiaſtica in Eccleſiaſticos, non in privatorum uſus impendenda ſunt. *Primo* diſputat, quaſi in re illa quam verſat, agatur ſolum de bonis Eccleſiarum *idololatricis*, id eſt, Eccleſię, ſed in ſolos uſus idololatricos & ſuperſtitioſos conceſſis, quaſi vel alia nulla bona Eccleſia habeat, pura videlicet à ſuperſtitione, vel de iſtis quoque non controvertatur. Saltem ergo ſinat quæcunque bona deprehenduntur Eccleſiis, pauperibuſque data, extra uſum idololatricum & ſuperſtitioſum, illis ipſis, quibus data, ſalva conſtare & integra, extraque ſuam, quam facit diſputationem ea haberi,& concluſionem. Perpetuo autem ipſum diſputationem figere in bonis idololatricis, apparet ex *pag.* 28. 97. 228. 229. 231. 239. 289. 325. &c. unde etiam paſſim bona *idololatrica*, & *pſeudo, Eccleſiaſtica* appellat. Quamvis quidem multa ſub Papatu, & ejus *ἀκμῇ maxime à ſeculo nono*, uti dicis *pag.* 28. donata Eccleſiis ſint ex opinione meriti, & pro redimendis animis &c. neutiquam tamen dicendum, vel *omnes erroneis his opinionibus* imbutos, vel omnes *donationes* falſo huic fundamento ſuperſtructas fuiſſe. Et ut hoc ſit, non idem ſpero pronunciabis de tempore, quo declinare Papiſmus cœpit, & in occaſum ſuum vergere; denique non de ſeculis anterioribus, *de medio tempore*, uti dicis *pag.* 13. quo, poſt Conſtantinum, magna etiam erga Eccleſiam fuit Principum privatorumque liberalitas, quando multi integras facultates Eccleſiis conſecrabant, uti ex Baſilio oſtendis; vel quouſque Germanos ad Chriſtum converſos, à doctrinâ Antichriſti integros facis *pag.* 83. ad tẽporâ ſc. Bonifacii Moguntini archiepiſcopi, quod fuit a. DCCXLV. Succeſſit autem Willibrordro in Epiſcopatu Vltrajectino; quo tempore Eccleſias Germanicas egregiè à Francorum Regibus aliiſq; dotatas fuiſſe, præterquam ex diplomatibus, & præcedentium donationum confirmationibus, ſub Bonifacio illo, à Pipino Rege factis, patet inſuper ex contentione hoc tempore orta inter Eccleſiam Trajectenſem noſtram, & Colonienſẽ, archiepiſcopo Colonienſe aſſerente, ad ſe pertinere Trajectenſem, ex donatione Regis Dagober-

Digitized by Google

ti; contra Trajectenſe, ſe immediate ſpectare ad ſedem Romanam: verum noſtra adverſus Colonienſem *magnis opibus abundantem*, inquit Beka, ſtare non potuit. Quæ itaque hic uſque data Eccleſiis fuere, pro antichriſtianis cenſeri neutiquam debent. Verum ipſa Diplomata inſpiciantur, ad hæc enim redit diſputatio, eaque audienda hic quam primum eſſe res ipſa loquitur, & quis renuat? Liquebit ſane varia fuiſſe legata Eccleſiis, omiſſâ omni Papalis ſuperſtitionis opinione mentioneque, vel alias tenuiter ſatis eâ ſignificata. Reperies, ex *amore Dei. ad Honorem Dei. divini cultus amore. in ſuſtentationem Clericorum. ut orationibus vacarent jugiter. pro impetranda in judicio extremo miſericordia. ad caſam Dei. ad peragendum Dei ſervitium. ad opus Eccleſiæ. Donamus Deo. In honore Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ob Dei amorem. Dei timoris cauſa. Propter Deum.* uſitata ferè formula. *Cum petitionibus ſacerdotum juſtis & rationabilibus divini cultus amore ſavemus, remunerationem hujus rei à Chriſti gratia expectamus*, ut in diplomate Regis Conradi, ſub Rabbodo epiſcopo legitur. *Ad reformandum, & confirmandum religionis cultum*, in Diplomate Dagoberti, Francorum Regis, a. IↃCXXXIX. Alibi, *ut in ſervitio Dei ſemper vacarent. Propter nomen Domini, vel amorem cæleſtem. Pro Dei amore.* In Diplomate Hincmari, aliorumque Epiſcoporum, in Synodo Vermerianenſi, a. IↃ CCCLXX. *In uſus*, dicunt, *luminariorum, matriculariorum, & cæteris, quæ in Eccleſiis, in præfato Monaſterio* Vedaſti *poſitis neceſſaria fuerint.* Ibidem: *ad Hoſpitale vero pauperum* &c. & hæc, & illa. In Diplomate, eidem Monaſterio conceſſo à Carolo Calvo: *in futuro providentes, ſi quo modo poſſimus ſaluti fidelium & Eccleſiarum Chriſti providere ſtabilitati.* In alio: *Vt non deficiat in eis* (vid. Eccleſiis) *Laus Dei de ore hominum, & Chriſtianæ religionis ſacer cultus, unde mortales ad beatitudinem adſpirant.* Balduinus Hieroſolymitanus a. CIↃ LXXXI. in Diplomate, pro ædificando in urbe Valentiniana templo: *Qui locus ne divinis vacaret cultibus, clericos ibidem ad Deo ſerviendum conſtituimus.* Alias: *ibidem Domino ſervientium uſibus profutura in æternum. Ad augmentum ſervitii*

Dei,

Dei. Pro divini cultus augumento. Pro converſione infidelium, quos exponere, uti facit Noſter *pag.* 83. de Chriſtianis, ſed non cõpoſitis ad regulam factionis Antichriſtianæ, miſera & ridicula profecto criſis eſt. Sed Bonifacii legatio inſtituta legitur apud Aventinum, ad *Gentium illuminationem*, quum tamen jam in Germaniâ eſſent Chriſtianæ Eccleſiæ. *Reſp.* Fuerunt ante Bonifacium, ante Willibrordum quoque in Germaniâ Eccleſiæ Chriſti nomen profeſſæ, neque per illos demum Chriſtianiſmus in has regiones introductus, *poſt verbum Euangelicum jam dudum in inferiore Germania ſeminatum*; inquit Heda, in exordio ſuæ Hiſtoriæ, advenere huc ex Angliâ Willebrordus, aliique; ſed nemo niſi Hiſtoriarum ignorantiſſimus negaverit etiam plurima adhuc loca temporibus Bonifacii, ac Willibrordi Gentiliſmo addicta fuiſſe, pro quibus ad Chriſtianam religionem adducendis illi ſc. laborarunt, & miſſi præcipue ſunt, utcunque etiam pro ſeculi errore plus æquo Papæ Romano ſervire inſtituerint. Atque illos intelligendos eſſe per Gentiles, quibus illuminandis deſtinati fuerint, idololatras, paganos, infideles, non Chriſtianos ad diſciplinam Romanenſem perducendos, certiſſimum. Vbi enim unquam tu legeris, Chriſtianos doctrinam Chriſti profeſſos, infideles dici, vel Gentiles, vel paganos, atque ab ipſis Chriſtianis, & Chriſtianiſmi Doctoribus? ſane Egbertus Anglus, qui Willibrordum in has oras miſit, uti ante eum, Wigbertum, dicitur tum hinc, tum iſtum miſiſſe, *ut ibidem infideli populo veritatem prædicaret Euangelicam.* Willibrordus etiam, diſcipulos *in terminos ſuæ diœceſis, ad Euangelizandum infideli populo doctrinam æternæ beatitudinis* deſtinaſſe; & Bonifacius, apud Moguntiam, verbum æternæ beatitudinis prædicare cepiſſe, & Francos cum Thuringis *ab infidelitatis* errore convertiſſe, & *ad infidelem* Friſiæ populum acceſſiſſe, à quo etiam trucidatus fuit. Illoſne Chriſtianos dixeris? vel quando Gentiles audis, & Willibrordi diſcipulum Adelbertum, poſt *plurimorum Gentilium converſionem*, & ſic Suidbertum, in Domino obiiſſe, cogitabis, Chriſtianos

ad alterius ſc. Romanæ Eccleſiæ diſciplinam adductos? etiam, ubi legis de Willebrordo, vel Clemente, nam ſic à Papa Sergio appellatus fuit: *accidit itidem ſanctum Clementem viſitare gentilem populum ſua diœceſis in VValachria, ubi ſimulachrum Mercurii colebatur in magnâ reverentiâ, cujus ſtatuam idem ſanctus Antiſtes extemplo confregit, & prophanum idolum dedignanter abjecit?* vel, quod Bonifacius ipſe convertiſſe populum dicitur *à barbarâ gentilitatis idololatriâ?* & in Germaniam veniſſe, *ut prophanum idolalatriæ cultum aboleret, ac rudem populum documentis Evangelicis informaret?* quod in *converſione paganorum* prædicator fuerit inclytus, expones tu ſcilicet de Chriſtianis? In epiſtola, quam Bonifacius ſcripſit ad Stephanum Papam, narrat, quomodo Willebrordus à Papâ Sergio fuerit miſſus, *ad prædicandam paganam gentem Friſonum in littoribus Oceani Occidui,* quam magna ex parte *converterit ad fidem Chriſtianam, fana & delubra* deſtruxerit &c. ſed quod jam Colonienſis epiſcopus controverſiam ei moveat, aſſerens Trajectinam Eccleſiam ad ſe pertinere, ex hoc quidem fundamento, quod eccleſia in caſtello Trajecto olim erecta, poſtea autem à Paganis diruta, ſibi à Francorum Rege Dagoberto, una cum Caſtello; attributa fuiſſet, quam Willebrordus poſtea iterum exſtruxit, & S. Martino conſecravit. Vbi urgebat Bonifacius, ea conditione donata eſſe Colonienſi illa, *ut gentem Friſonum ad fidem converteret, & eorum prædicator eſſet:* quod quia ipſe *non prædicavit, non convertit Friſones ad fidem Chriſti, ſed pagana manſit gens Freſonum,* uſque ad prædicationem Willibrordi, indecens exiſtimabat Bonifacius, ut alteri, quam Romano Pontifici, ſubjecta eſſet Trajectina ſedes, *prædicans genti Freſonum, quia magna pars gentis illius adhuc pagana* erat. Quis hominum illa unquam aliter quam de gentilibus nondum Chriſto initiatis intelligat? qui, quamvis hic ibi nonnulli Chriſtiani & eccleſiæ Chriſtianæ erant, maximam tamen turbam faciebant, & à quibus indeſinenter graviterque vexabantur Chriſtiani, opprimebanturque, etiam noſtro hoc in loco; jam à Friſiis, tum Saxonibus, Danis, & Normannis. Eaque cauſa erat Bonifa-

nifacio, Moguntia relictâ, poſt mortem Willibrordi huc commeandi, videlicet *ne populus per prædicationem ſuam dudum converſus ad idololatriæ ſectam rediret*, uti Iohannes de Beka ſcribit, in ſuo Chronico. Vnde jam, quando in antiquarum donationum diplomatibus mentio fit aut Gentilium, aut converſionis eorundem, ſole clarius eſt, non alios intelligendos eſſe quam ethnicos idololatras, qui illis temporibus adhuc multi erant convertendi ad fidem Chriſtianam, nullo autem modo veros Chriſtianos, & qui ad regulam factionis Antichriſtianæ, ad quam nondum erant compoſiti, eſſent adducendi, uti temere vult Auctor libri quem præ manibus habemus, *pag.* 83. qui idem tamen quando *pag.* 386 ait, Carolum Magnum Eccleſias fundaſſe, præpoſitis iis Clericis, *non ſolum ut per hos quaſi Paganiſmus propelleretur, Chriſtianaque religio propagaretur &c.* inquit, in quibus annon ſibi adverſetur, & hic intelligat converſionem paganorum, Ethnicorum ad Chriſtianam religionem; ita ut non illo ſeculo per Gentiles intellecti fuerint non compoſiti ad regulam Antichriſtianam, ipſe viderit. Ipſa nunc audiamus, iſtorum temporum, aliqua diplomata quibus pro converſione gentilium, donationes Eccleſiis factæ ſunt. Poſt Bonifacium, ſub Gregorio, tertio Eccleſiæ Trajectinæ Epiſcopo, Carolus Rex in confirmatione donationum, ab Anteceſſoribus ſuis factarum, ſic loquitur: *ad ipſam cauſam Dei, per eorum teſtamenta, ut in luminariis ſeu ſtipendiis Monachorum, atque Canonicorum, qui ibidem Gentiles ad Chriſtianitatem convertunt, & Domini miſericordia ipſos converſos, quos habent, doceant, juxta quod Chriſtiani eorum Chriſtianitatem conſervant.* Qui alii Gentiles, niſi Chriſtianis oppoſiti, atque ad Chriſtianitatem convertendi? quique ibidem adhuc erant, poſt primos epiſcopos. Ecquis Chriſtianos, & illos quidem optimos dixerit Gentiles, & notarit ita palam, & in donationibus? nemo vel Paparum Romanorum producetur ita loquutus unquam fuiſſe, nemo Imperatorum, vel aliorum, de Chriſtianis, de illis quos utcunque ad normam factionis Romanæ compoſitos vellent: neque tantum iſto-

iſto adhuc tempore diſcrimen inter Chriſtianiſmum & Papiſmum; neque illis locis quiſpiam prudens aut ſanæ mentis illud ſi vel fuiſſet, tali pacto deſignaſſet, Chriſtianos, non Romanēſes, ideo Gentiles nominando, vel infideles, vel paganos. Denique ſi forte etiam Gentilium cenſu habiti fuiſſent tales, non ſimpliciter tamen Gentiles fuiſſent appellati, niſi addita qua pleniori explicatione & diſtinctione à communiter notis, & iſto tempore, locoq; adhuc obviis gentilibus, præſertim in teſtamentis, & donationibus, ubi ſemper, & ab illis hoc quoque tum obſervatum, apertiſſime & pluribus verbis modiſque res, extra omne dubium, quo ſit, exponi ſolet. In diplomate Ludovici Imperatoris, ſub Rixfrido epiſcopo: *ita & procuratores Reip. de eadem decima parte accipere aut uſurpare ad fiſcum non præſumant, qualiter Præſul ipſius Eccleſiæ, cum omni Clero & populo ſibi ſubjecto alimoniam miniſtrare, & Luminaria in eadem ſede continuare, atque Gentiles qui ad Chriſtianitatem convertuntur alere & docere poſſit.* Et in fine: *Sicut à Domino Imperatore, & avo noſtro, & anteceſſoribus Regibus à nobis per hanc authoritatem conſtitutum eſt, atque confirmatum, ita omni tempore inviolabiliter conſervetur atque cuſtodiatur, quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem conſiſtunt cum eorum Pontifice, & illos quos à gentili ritu ad Chriſti veram converterunt fidem, pro nobis, conjuge, proleque noſtra, & omni populo Chriſtiano jugiter miſericordiam Dei exorare delectet.* A Gentili ritu ad Chriſti veram converti fidem, diceturne de Chriſtianis ad regulam Romanæ Eccleſiæ adductis? vel quid illud ante hujuſmodi converſionem tam diſcordans à ſimilitudine Romanæ Eccleſiæ, ut proinde dici debuerint Gentiles, vel opus ut habuerint tāta cōverſione, illumq; in finem conſtitutæ ſint tam amplæ Eccleſiis donationes? aut quæ illa forma Eccleſiæ Romanæ adeo commendata, nondum enim Papiſmus eo tempore ad ἀκμὴν pervenerat, ut ad illam perducti tum demum habendi fuiſſent pro Chriſtianis, & converſis? ſed vereor ne plus, quam dignum ſit, operæ inſumere judicer, in explodenda temeraria iſta criſi, qua Auctor cenſuit per Gentiles, eo-

rum-

Digitized by Google

rumque converſionem, quando in iſtorum temporum Actis memorantur, non intelligendos Gentiles, ethnicos, idololatras, ſed veros Chriſtianos, aſt ad regulam factionis Antichriſtianæ componendos. Hoc forte unus ſtatuat, niſi jam aliter ſit edoctus. certè, alios in eandem ſententiam ſecum ituros haud multum metuo. Quid autem id eſt? Gregorius ad Bonifacium ſcribens, ei gratulatur, quod Deus inter illas *gentes* viam ſalutis, & oſtium miſericordiæ aperuerit: ergo per gentes, intelliguntur Chriſtiani. cur non gentes paganæ? quomodo ad Papam Stephanum ſcribit ipſe Bonifacius. Vel quid illud eſt argumentari: In Synodo Metenſi a. 864 Normanni & Dani vocantur pagani, quum quadraginta ante annos illis prædicarit quidam Haraldus; ergo non intellexit Synodus Normānos paganos, ſed Chriſtianos: vel, ergo non erāt amplius ulli Normanni pagani? vel non ſaltem illi, quos arceri Synodus velit. In Diplomate Otthonis I. a. Iↄ ccccxlvIII. dato Gemblacenſi Monaſterio adhuc legitur: *à falſis quatenus Chriſtianis, vel paganis &c.* adeo ut iſto necdum tempore immunes à Paganorum impetu atq; oppreſſione fuerint Chriſtiani. Pagani Chriſtianis opponuntur, alibi idcirco infideles appellati. In Diplomate Regis Dagoberti. a. Iↄcxl. *Et ſi propter Paganorũ, vel infidelium, vel Chriſtianorũ devaſtationem*. verum hæc mitto. Satis vidimus, quomodo, præterquam in alios ſacros uſus, fineſque à Papali ſuperſtitione remotos; uti Noſter loquitur, non *compoſitos ad regulam factionis Antichriſtianæ*; vel uti ibidem, *integros eouſque à doctrina Antichriſti*, plurima Eccleſiis data fuerint bona, ita quoque in converſionem gentilium, & converſorum ſuſtentationem legata quam plurima fuiſſe. Sequitur ergo, quod ante omnia in hoc negotio agendum eſſe ſemper dico, inde inchoandum, & à qua conſcientiarum inſtructio hac ſuper re ac tranquillatio petenda, ut inſpiciantur ipſę donationum & bonorum Eccleſiaſticorum fundationes ac diplomata, ex quibus tum de uſu bonorum ſolide judicare poſſis. Hoc certe nihil æquius; tum ut ex iis conſtet, quæ bona pura, in ſacros uſus data ſint, quæ vero aliqua forte

te ſuperſtitionis nota commaculata, in qu ibus tu fundas perpetuam diſputationis& exceptionum tuarum baſim:tum quia jus & ratio dictant, ut quomodo & ſecundum quæ de aliis bonis, eâdem, certe non iniquiori ratione, de eccleſiaſticis pronunciemus, & quo pacto nos velimus ſervatas noſtras in donationibus vel legationibus ſupremas voluntates ac diſpoſitiones, pari quoque reverentia ut verſemur erga Majorum noſtrorum, præcipue pia, inſtituta. Nolumus nos fruſtrari noſtras ultimas voluntates,præſertim in rebus religioſis, quare expreſſe teſtamento id cavemus ne fiat: uti Philippus Mornayus in ſuo Teſtamento, pag. 12. *ſans en pouvoir eſtre divertie*:neque erga Majorum Teſtamenta,idem tantis diris poſtulantia, eandem nos, ſimili in cauſa, adhibebimus,religionem? Nulla autem ratione donationibus ſtare ſuſtinent qui forte nobis hic adverſantur, ut ex illarum præſcripto lis omnis decidatur, quod tamen æquiſſimum & certiſſimum foret: ex adverſo ſupprimere illas velle aut obſcurare, ipſum non ingenuæ diſputationis eſt & grave prejudicium. Præſertim cum etiam ad intentionem donationum paſſim ſe hic referant ſummi quique è Noſtris Doctores, Lutherus, Melanchton, Calvinus, Bucerus, & paſſim quivis, etiam in locis, à viro docto (ſed quæ ex MS. Theologorum, quos tantopere inſectatur deſcripſit,) adductis.Pag. apud ipſum 281.Calvinus conſilium Buceri,de bonis illis diſponendis dilaudans:*quoniam ea lege legata ſunt bona, quæ hodie tenent Canonici* &c. inquit. pag.200.Melanthon: *& propter hanc cauſam à piis Regibus & Principibus hæ opes Eccleſiis,quas nūc tenent,donatæ ſunt* ob quæ immerito mox Noſtro vapulat,quod *nimis exegetice & præter rationem exaggerat deſine quarumcumque donationum.* Atque id ipſum Ordines Generales juſſerunt publico edicto a. cIↄ Iↄcxxx.ut in negotio bonorum Eccleſiaſticorum agri Silvæducenſis diligenter diplomata fundationum inſpicerentur; ex quibus liqueret, an juris Laicalis eſſent, ut mul ti dicebant; an verò ad Quæſtorem bonorum Eccleſiaſticorum deferenda.Quare ut etiā ſit juxta Auctoris noſtri mentem, qui to-

totam ſuam diſputationem format de bonis pſeudo Eccleſiaſticis & idololatricis, ut hæc ad uſus privatorum applicentur; ſaltem ergo eximenda ex hoc cenſu erunt bona vere & pure Eccleſiaſtica, data in uſum Eccleſiæ, vel pauperum, adde Scholarum, nulla mentione interjecta erroris, aut ſuperſtitionis Papalis. Atque hæc cenſeo, ex omnium confeſſione, debere cedere illis uſibus, quibus pie legata fuere. Quippe ut bene dixit Saravia, lib. de Sacrileg. cap. IV. *ut admittam olim donationes multas factas eſſe, partim ſuperſtitioſas, partim nimias, inde non efficitur, nullas fuiſſe legitimas, pias, Deo gratas, & cum Dei verbo conſentaneas, & Eccleſiæ utiles ac neceſſarias.* Cætera quod ſpectat, per Papiſmi pravam doctrinam opinionesque defœdata, inſpiciatur quantus error commiſſus ſit; & annon oporteat, ex ſenſu Reformationis, hunc emendare, & ſervare tamen illa ad uſus pios, atque analogos: quemadmodum judicatum ſupra à variis Reformationis Doctoribus audivimus. Vel exquirantur, quæſtione & caſu ex formula ſeu diplomate donationum formato, quorumcumque Theologorum, & Iuriſconſultorum Reformatorum ſententiæ, ut ex iis hac in re agatur, quod ex æquo videbitur. Fateor quippe lubens, de bonis Eccleſiaſtico Papalibus, ut non idem ubiq; caſus, ita nec eandem apud omnes deprehendi ſententiam: ſed, ut Papiſmi errores alii aliis graviores ſunt, & plus vel minus ab hominibus ſemper accepti, expreſſique, ſic Reformati hic judicent, quid ex ſententia Reformatorum, de illis bonis ſtatuendum ſit, & quomodo ubique ſervanda, quouſq; fieri poteſt, & corrigenda, promovendaque ſint pia quorumcumque vota, & facta. Facile abſque tumultu, litigio, præjudicio cujuſcumq;, ſententia Doctorum interrogari hic poſſunt: & ſic demum tranquillari conſcientia alicujus de bonis quæ poſſidet, poterit, ubi qualis illa naturæ habeantur, certo & verè conſtiterit. Adeo in argumentatione, vel ſyllogiſmo Auctoris, perpetuo negamus nos utramque propoſitionem; tum, quod bona aliqua Eccleſiaſtica Papalis ſuperſtitionis fermento inquinata ideo liceat in privatos, &

non Eccleſiaſticos, uſus impendere: tum, quod bona omnia, de quibus quæritur, talia ſint. *Secundam* hanc ſternit Auctor hypotheſim, ex qua procedit, quaſi tantū de *ſuperfluo* bonorum qualiumcunque Eccleſiaſticorum quæſtio ſit, & de eo ſolo agatur: quum controverſia ſit non de ſuperfluo, ſed de natura, uſuque bonorum Eccleſiaſticorum, in ſe. Quod ſi autem velit, bonis Eccleſiaſticis in uſus, quibus data, impenſis, ne opum Eccleſiaſticarum abundantia tum Eccleſiæ, tum Reip. obſit, ſuperfluum etiam ad alia, quam Eccleſiaſtica, collocari poſſe, dum prius illud maneat de Eccleſiaſticis bonis natura ſua in Eccleſiaſtica impendendis, iterum concedimus, ut auditis Doctorum ſuper eo ſententiis, ſtatuatur quid è re & bono tum Eccleſiæ, tum politiæ videatur. Sed ut primo tamquam confeſſiſſimi juris, purè Eccleſiaſtica, non alibi, quam hic impendantur; & de ſuperfluo nulla āte inſtituatur deliberatio, niſi poſtquam Eccleſiæ bene ubiq; proviſum ſit. Quippe ſcio variantes hic Doctorum eſſe ſententias. Idem Calvinus, de conſenſu Theologorum hac in re, ſcripſit ad Farellum, epiſtolâ illa, quam antea adduximus, ſcripta a. cIɔ Iɔ XLVI. d. XIII. Octob. *& certe vix unquam hoc vitium, quo cum vobis certamen nunc eſt*, loquitur de uſu bonorum Eccleſiaſticorum, *corrigetur, niſi Eccleſiarum conſenſu.* Se interim quod attinet, ait in concionibus, in ſenatu identidem increpuiſſe temerarios bonorum illorum occupatores. *tantum cogitare operæ pretium eſt*, inquit in fine, *quouſque contendere expediat.* Viciſſim ubi conſenſus habetur, quemadmodum in bonis verè Eccleſiaſticis, eorumque uſu Eccleſiaſtico, magnæ temeritatis eſt, ei tum ſe velle opponere. Vti in Vicariatibus, ad ſolos Eccleſiæ Miniſtros impendendis, conveniunt omnes, quos Auctor noſter tam indigne exagitat, Miniſtri (non intendo, quod ille admordet, Mſ. dubito mihi an unquam viſum); ſed omnium conſenſus in eo eſt conſignatus, improbandam, præter beneficiorum Eccleſiaſticorum *emtionem* aut venditionem, eſſe *Vicariatuum* ad alia, quam ad S. Miniſterium erogationem: quæ ipſa tamen etiam Noſter ſuſq; deque habet.

Quæ

Digitized by Google

Quæ autem ratio in Vicariatibus eſt, eadem in aliis ubique attendenda, videlicet illi quum donati fundatique ſint ad divinum miniſterium, recte docetur, in omni horum bonorum negotio reſpiciendas fundationes, atque ex iis de illorum uſu pronunciandum eſſe. Quod illud unicum eſt, quod in tota hac diſputatione, (ingenuæ probæque profecto cauſæ vel id ſolum argumentum, τὸ γὰρ σαφὲς ἁπλοῦν ἐϛι) urgemus ut fiat. Primum eſt, ut quæ Eccleſiis debentur (ſemper cum Eccleſiis etiam pauperes complector, aliaſque pias cauſas) utpote Eccleſiis data, legataque, illi tribuantur: neque enim aliter ſuperfluum intelligi, vel haberi poteſt, quod non eſt niſi quod ſuperabundat, vel reſtat ex bonis Eccleſiaſticis, poſtquam nempe ad uſus Eccleſiaſticos applicata fuerint: & hoc ergo primò loco habeatur: deinde de ſuperfluo conſilium. Quod non niſi conſentiente tum Eccleſia fieri poteſt. Auctor noſter, pag. 239. *Namque Magiſtratus agnoſcit bona Eccleſiaſtica, & vult eſſe talia; eo non niſi conſentiente, aut ſaltem in partes veniente (ut Sectione ſecundâ circa bona Parochialia fuſius oſtendemus) Eccleſia alienare poteſt.* Sed ubi, & quando ſuperfluum æſtimabitur? vel ex cujus hoc pendebit judicio? quæ niſi primo decidantur, fruſtra ſuperfluum urges. Ais, te ad exemplum Tigurinorum, qui bona ſua Eccleſiaſtica diſtribuerunt in uſum miniſtrorum Eccleſiæ, tum Scholarum, te idem ſemper ut fiat exoptare, *primamque curam geri Miniſtrorum & Scholarum, pag. 191. Si Magiſtratus aliunde iis, quam ex bonis eccleſiaſticis proſpicere non queat:* & ſi queat aliunde, annon tamen primam curam geri à Magiſtratu velis Miniſtrorum, Scholarumque? vel, non ex bonis eccleſiaſticis? aut quare primum ex bonis eccleſiaſticis, ſi aliunde illis proſpici nequeat? niſi quod eccleſiaſtica primum in uſus eccleſiaſticos eroganda ſatis vides: idque antequam de ſuperfluo diſpiciatur: bene, quomodo idem *pag.* 353 quoque vicariatus reditus non poſſe miniſtro egeno denegari à Patrono ſcribit; *ſi ex bonis Parochialibus commode familiam ſuſtentare* non queat Miniſter, ipſique *deſtituto Vicariatus reditibus, luctandum ſit cum fame; ex-*

cuſari neutiquam poteſt Patronus, ſi immerenti ſubducat tales vicariatus reditus, etiamſi ipſe illos non percipiat, conſtetque, eos aut pauperibus, aut Theologiæ ſtudioſis cedere. quæ ratio, niſi quia Vicariatus in alimoniam miniſtrorum fundati & conſtituti ſunt? *Nolumus*, inquit pag. 198. *aut nobilibus, aut aliis quibuſcumque, ex maſſa bonorum quaſi Eccleſiaſticorum, Magiſtratus authoritate ante aliquid cedi, quam proſpectum fuerit Eccleſiis, Scholis, & quantum lex prudentiæ dictat, etiam pauperibus.* De ſuperfluo ſolum videri vult diſputare, *poſtquam Eccleſiis reliquiſque cum iis cenſeri ſolitis*, proſpectum, pag. 220. & 324. Magiſtratus prius *ex maſſa bonorum Eccleſiaſticorum curam Eccleſiæ, Scholarum, & pauperum, quod ad ordinarios & extraordinarios caſus gerit.* pag. ſeq. *abunde proſpexit.* Pag. 562. *Quum vero tum prima, tum ſecunda ſectione ſæpius à nobis præſuppoſitum fuerit, non poſſe Magiſtratum Chriſtianum atque Orthodoxum de ſuperfluo quaſi bonorum Eccleſiaſticorum in ullius privati commodum diſponere, niſi poſtquam ſufficienter proſpexerit Eccleſiis, Scholis, atque ratione caſuum extraordinariorum pauperibus quoque.* adde pag. 151. 155. 212. 216. 309. 388. &c. quibus identidem inculcat, ſe non diſputare niſi de bonorum Eccleſiaſticorum ſuperfluo, poſtquam abunde Eccleſiis, pauperibus, Scholiſque proſpectum: & non ſinit quempiam aliquid ex bonis iſtis accipere, antequam viderit, abunde proviſum Eccleſiis, ſcholis, pauperibus. Prius ergo Eccleſiæ, Scholæ, pauperesque audiri debent, num forte egeant, & quamdiu hic oſtendi poſſunt neceſſitates atque indigentiæ, nemini fas bona illorum attingere. Hoc obſervetur, & ſic certe, antequam de ſuperfluo fruſtra diſputamus, arbitror tã bene eccleſiaſtica bona omnia in uſus Eccleſiarum, pauperum, & Scholarum, neque eos ſuperfluos, diſtribuenda fore, ut cautum conſcientiis hominum melius futurum ſit, ne ſe precipitata bonorum illorum occupatione adeo facile pregravent. Videlicet ubi conſideraverimus, tum quis defectus & inopia plerumq; Miniſtrorum ſit, quanta egeſtas vulgo ruralium Miniſtrorum, viduarum, orphanorũ, quæ templorum & Eccleſiarum de novo multis in locis erigen-

gendarum neceſſitas; ſimiliter Scholarum, & quæ huc pertinent; tum quanta pauperum, inopũ, debiliũ vulgo calamitas; quæ exulibus, peregrinis exhibenda ſint; quæ inſtitui egregia poſſent pro curanda infidelium converſione, & converſorum, vel quæ requirantur ad eorum, qui ex Papatu, atque aliunde ad Eccleſiam accedunt, ſuſtentatione, quæ nunc ex defectu opum & mediorum multum negliguntur; quæ Eccleſiis exteris, aliiſque, oppreſſis, diſperſis, vaſtatis auxilia ſuppeditanda; quę ſive ad ſtudiorum, ſive religionis profectus & promotionem agitari è re eſſet, & ſimilia pia opera, ad quæ donata Eccleſiis bona illa ſunt, neq; ut præſentibus ſolũ, ſed & abſentibus, & futuris, per ea conſulamus. His omnibus proviſum ubique, vel apud nos etiam ſatis eſſe nemo ſciens dixerit, qui vel ſolum inopiam eleemoſynarię conſideret, commodiſſimè curandæ, ſi ei ex bonorum Sacrorũ maſſa adjudicetur, quæ iſti fini data à Majoribus pie fuerunt, & quibus proinde exſerte adſcripſerunt, in ſuis donationibus: *in uſus peregrinorum & pauperum.* Vel: *quotidianis eleemoſynis & hoſpitalitatibus, aliiſque miſericordiæ operibus.* Vel: *quibus pauperum Chriſti ſublevetur inopia.* &c. Quemadmodum non adeo improbamus, quando forte noſtrates aliqui ex bonis Eccleſiaſticis aut Scholaſticis loci alterius, ſume Eccleſiæ Anglicanę, ſubſidium in ſuis ſtudiis, aut miniſterio aliquod capiunt; ita quoque ut ex bonis noſtræ Eccleſiæ, ubi prę aliis opulentior eſt, extranei indigentes etiam juventur, juſtum & æquum eſt, adeoque finis bonorum Eccleſiaſticorum & uſus tenetur, ſimulque Eccleſiis ubique bene erit, & hominibus ne ſe temere bonis illis contaminent melius conſultum, præſertim quandiu nondum conſtat, ſi quod ex bonis ſuperfluum ſit, quod quouſq; nõ eſt, nihil hic fructus ipſis meti vel ſuis Patronis videtur. Atque ita ut nihil actum ſit pro illis, quorum tamen in gratiam ſcriptum ſuum elaboravit Auctor noſter, etiam ex his apparet. Non incongruum hic exiſtimo, ubi tanti de bonis Eccleſiaſticis ſuperſtitioſis, & ſuperfluo clamores, ſubjungere quę in hiſtoria Gallica, *Recueil des choſes memorables pour le*

faict

Digitized by Google

faict de la religion &c. depuis Henry II. occurrunt in orat. ad Reginam, ſuper mediis componendorum tumultuum, pag. 345.
,,*Premierement, Madame, il faut entendre que les biens eccleſiaſti-*
,,*ques ne ſont poinct d'une meſme eſpece. Car les uns ont eſté ordon-*
,,*nez pour le povres: les autres pour l'entretenement des Paſteurs, &*
,,*des temples: les autres pour l'entretenement des eſcoles: les autres ont*
,,*eſté donnez pour des ſervices ſuperſtitieux & idololatriques: les au-*
,,*tres ont eſté meſme acquis par les Eccleſiaſtiques. Quant aux biens*
,,*de povres, ce ſeroit un ſacrilege d'y toucher, il faut que cela demeure:*
,,*Mais il faudroit qu'on choiſiſt des gens de bien pour les deſtribuer,*
,, *& qu'ilz rendiſſent publiquement conte d'an en an pour le moins.*
,, *Quand aux revenus, & rentes qui ont eſté donnees pour l'entretene-*
,,*ment des paſteurs, il faut regarder que pourra ſuffire, ſelon le lieu &*
,,*charge qu'ils auront. Qu'on ait ſouvenance que les gras benefices ont*
,,*amené avec l'avarice, & l'ambition, une infinité d'autres maux.*
,, *Et d'autre part qu'on conſidere que l'indigence pourroit beaucoup*
,,*deſtruire un Paſteur & le rendre contemptible, quand il ſeroit*
,,*contraint de mendier, ou gaigner ſa vie avec grande difficulté: &*
,,*qu'il ne pourroit avoir livres, ne les choſes neceſſaires à ſon eſtat.*
,, *Pourtant il faudroit pourvoir aux paſteurs en telle ſorte, qu'ils ne*
,,*fuſſent ne trop riches, ny indignes auſſi. Que les temples qui ſeront*
,,*commodes à preſcher & aſſembler le peuple, ſoyent entretenus avec-*
,,*que les Maiſons des Paſteurs, & que ſoit ſans grande ſumptuoſité.*
,,*Il faut auſſi que les revenus qui ſont ordonnez pour entretenir des*
,,*eſcoliers, qui ſervent apres au Miniſtere, & à la republique, avec-*
,,*ques leurs Docteurs, ſoient reſtituez; comme les plus anciennes*
,,*Abbayes, qui n'eſtoyent anciennement qu'eſcoles, ainſi que les*
,,*gens ſavans le ſavent. Or quand on aura extrait pour les choſes*
,,*ſuſdites une partie des biens eccleſiaſtiques, combien penſez-vous,*
,,*Madame, qu'il en reſtera encores?* Addere qui ni liceat, ad id quod de ſuperfluo bonorum Eccleſiaſticorum, in uſus Eccleſiaſticos hactenus diximus, virum doctum, quem ab iſto noſtro Auctore *rhapſodicum* indignanter dici, plurimi mirentur, neque alio reſponſo dimitti, Carpzovium in Comment. ad Legem Regiam German. cap. IV. ſect. IV. pag. 279.

Sunt

,,Sunt profectò infinitæ ferè cauſæ piæ, ad quas Reditus iſti ,,conferri poſſent: Clamant nudi, clamant famelici, conque- ,,runtur & dicunt: Noſtrum eſt, quod effunditis, nobis ,,crudeliter ſubtrahitur quod inaniter expenditis: Noſtris ,,neceſſitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus ve- ,,ſtris, ut refert ex *Bernhard.* Chriſt. Beſold. *lib.* 1. *Polit. cap.* ,,4. Vtque reditus iſti Eccleſiaſtici in equeſtribus ordinibus ,,conſtituendis impenderentur, quibus non ſolùm Potentio- ,,rum ſecundo geniti ſeſe alere & ſublimes Imperii dignita- ,,tes in ſua integritate conſervari poſſent, ſed etiam quod ,,perpetuas pro Lege & grege excubias agerent, firmum ha- ,,beretur præſidium, ſuadet Nicol. Betſ. *de pact. Famil. illuſtr.* ,,*cap. ult.* cui conſentit Beſoldus *de Succeſſ. Regia diſſ.* 6. & Pe- ,,trus Syring. *dict. concl.* 38. *lit. b.* Et nunquam deficiet cauſa ,,parilis, quæ reditus & bona Deo ſemel dicata excipere poſ- ,,ſit. Si ſcilicet ejuſmodi bona vel ad alium cultum divinum, ,,vel ad ſalutem Reipublicæ: vel ad conſervandum miniſteri- ,,um: vel ad pias ſcholas conſtituendas: vel ad juvandos pau- ,,peres, vel ad conditionem Noſocomiorum quoquo modo ,,meliorem efficiendam, vel ad cauſam Studiorum conferan- ,,tur, *arg. l. ſancimus.* 21. *l. quoniam* 26. *C. de SS. Eccleſ. cap. cum* ,,*ſecundum Apoſtolum.* 16. *extr. de præbend.* Veluti pro Mo- ,,naſteriis Scholas, Noſocomia, Xenodochia, Orphanotrophia ,,laudatiſſimos quoſdam Germaniæ Principes conſtituiſ- ,,ſe, refert & commendat Everh. à Weihe *in aulico Politico,* ,,*reg.* 216. Hocque juris apud Euangelicos obtinere, probat ,,Sententia Elect. Saxon. Scabinorum Lipſienſium, in hunc modum, Pronuntiat. Vnd obwol das Kloſter Gerbſtedt ein geiſtlichts Gut iſt: So iſt doch dabey wol zu bedencken/ daß ſolches den Ordens Perſonen/ vnd nachdem nun mehr das Kloſter Leben abgethan/ vnd das Licht des heiligen Evangelii an Tag kommen/ auch denſelbigen gemeß/ die Chriſtliche *Religion reformiret* iſt/ Kirchen vnd Schulen zu Nutz verordnet worden/ in anſehung daß zu dero Vnterhaltung ſolche Güter angewendet werden ſollen/ wie daſſelbe durch *Hieron. Schurff. cent.* 2. *conſil.* 47. *n.* 11. *uſque ad. n.* 15. & *in ead. cent. conſ.* 90. mit vielen Rechtsgründen ſtattlich außgeführet/ auch von *VVeſemb. conſil.* 37. *n.* 6. & *ſeqq. confirmiret*/ vnd durch des Heiligen Römiſchen Reichs *de An.* 1555. zu Augſpurg *publicierten* Abſchied/ vnd Churfürſt Mauritzens hochlöblichſter Gedächtnüß *publicierten* löblichen Landes Ordnung/ *ſub tit.* von dem Vberlauff der geiſtlichen Güteren & *ut. ſeq.* beſtettiget wird/ ꝛc. in cauſa *Otteniſ*, Edelen von Plats *Menſ. Febr. Anno*

1603. Vel, ſi malit, Bezam audiat ubi egit de Triplici epiſcopatu, & reſpondet ad quęſtiones aliquot ſibi à Glamio propoſitas, quarum ſexta eſt de opibus Eccleſiaſticis: Ad facul„tates eccleſiaſticas, *inquit*, quod attinet, primum omni„um vehementer cavendum arbitramur, nequis ſe ſacrarum „facultatum contactu contaminet. Etenim ſi ejuſmodi ſa„crilegia, etiam inter Idololatras, Dominus inſignibus pœ„nis ultus eſt, quid in eos cenſebimus decretum iri, qui Ec„cleſias ipſas ſpoliarint, & vero ejus cultui conſecrata prophanaverint? Deinde addit: Sicut autem copia Eccleſiam „obruit: ita verendum eſt, ne inopia prorſus eam affligat, „quum in vero Miniſterio tuendo non minus hodie parci „ſordidiq; ſint plerique, quam olim prodigi Reges ac Prin„cipes ipſi fuere. Tenendum igitur modum hac in re neceſ„ſario arbitramur. Is autem, noſtro judicio, optimus erit, „ſi in omnibus Eccleſiis, tum quis ſit ſumptus quotidianus „neceſſario faciendus diſpiciatur, tum ad extraordinaria „multa, quorum iniri certa ratio non poteſt, aliquid reſer„vetur: & quidem hoc non parcè, non tenuiter, quum Dei „beneficio abundet Eccleſia: ſed benignè, ac liberaliter ſup„putetur. Erit ergo parœchiarum, & Paſtorum ineundus is „numerus, qui populis admodum ſufficiat, & honeſtum cui„que ſtipendium decernendum. Presbyteris quoque, qui „Paſtoribus adjunguntur, proſpiciendum erit, ut ſuum mu„nus commode tueri poſſint. Iniquum etiam fuerit mor„tuorum Paſtorum viduas, & liberos ad egeſtatem redigi. „Eccleſiæ quoque non minimæ ſunt partes, ſcholæ, & Aca„demię, illius videlicet ſeminaria. Ptochotrophiis, Noſoco„miis, Xenodochiis proſpiciendum eſt. Habenda quoque „publicorum ſacrorum ędificiorum ratio, ut ſarta tecta con„ſerventur, ac nova, ſi ſit opus, extruantur. Poſtremo (ut „ante dixi) quum abundent Eccleſiæ, conſtituendum erit „quod in ærarium ſanctū quotannis inferatur, unde quod in„gruentibus belli vel famis neceſſitatibus ſufficiat, peti poſſit. Hęc Beza. Atq; illi potius homines de bonorum Eccleſiaſticorum

rum

rum uſu vel ſuperfluo loquantur,qui quantum ubique Eccleſia egeat, quid ſumtuum requirat, ut digne omnibus & in præſenti,& futuro provida cura proſpiciatur,norunt,non alii, non qui ei, ejuſve rebus iniquiores, exiſtimant fere, quod Saravia talibus exprobat in epiſt. Dedic. ad lib. de triplici epiſcopatu: *dotare Eccleſias prædiis & proventibus, eſſe ſuperſtitioſum & Papiſticum; illas bonis omnibus ſpoliare, eſſe religioſum & Euangelicum.* Et cum ſuperfluo opum Eccleſiaſticarum,quod forte ſit, ſcin' ut Beza velit agi? eodem loco: Quod intereſſe „deprehendetur, non quidem cum aliis publicis redditibus „confundendum (alterius enim hæc naturæ ſunt, quamquam non optimis ſemper artibus ab avaris ſacerdotibus quæſita) ſed ſeorſim ſeponendum. Neque ſequentia ejus nos fugiunt, aut lædunt: ſi publica regni neceſſitas id po„ſtulat, in ejus uſum conſumi fas eſſe arbitramur: præ„ſertim ſi populus eo ſubſidio ſublevatur. Ejuſdemque cum Beza ſententiæ eſt Hadr. Saravia: ſeparatæ maneant o„pes Eccleſiaſticæ à vulgaribus, in eaſque nihil juris ſibi ven„dicet fiſcus, earumque diſpenſatio permittatur Eccleſia„rum miniſtris. Hoc enim in negotio, quamvis in alio diſſentientes Beza atque Saravia iſte, nullatenus diſſonabant, ut nihil in Saraviam hic quidem dici poſſit, quod non ſimul Bezam impetat. Quippe ſic exſerte Beza,in præfat. ad Tractationem Saraviæ, *de gradibus Miniſtrorum*, loquitur: *quod ad illam ſacrilegam bonorum Eccleſiaſticorum uſurpationem, & ſacri ipſius Miniſterii contemtum attinet, in eo tibi communis eſt nobiſcum querela.* Quæ autem illa Saraviæ hac in parte querela ſit, cum variis in locis, præſertim in tractatuum ſuorum prologis, tum ex profeſſo libro tertio, *de Miniſtrorum gradibus* oſtendit, ubi *de ſacrilegiis, & pœnis Sacrilegorum* integram inſtituit tractationem. Et quidem quem ille abuſum hoc in negotio carpit, cum in Belgio notat, quo tum reſpexit quoque Beza, in ſua de eodem argumento, ſeu bonorum Eccleſiaſticorum apud nos profanatione & alienatione, conteſtatione ad Illuſtres Belgii Ordines, in præfat. lib. *de Reſurre-*

Digitized by Google

ſtione Chriſti, quem locum ſupra adduximus. Adeo quæ Venerabilis Theologi Bezæ hic mens fuerit, copioſe apparet, tum ex illa præfatione ad DD. Ordines; tum ex iis quæ ſcripſit aut in hiſtoriâ vitæ Calvini; aut denique adverſus Leidenſis Academiæ Profeſſorem, Saraviam. *Tertio* & hoc falſum eſt, quod ſupponit, & diſputationis ſuæ facit cardinem Auctor, quod bona Eccleſiaſtica Magiſtratus *fiſco* publico adſcripſerit. Non ſane. Novit quippe Magiſtratus noſter Cypriani illud: *patrimonium Deo creditum nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit*. Et in Diplomatibus illud exſerte aliquando legi: *& procuratores Reip. de eadem decima parte accipere, aut uſurpare ad fiſcum non præſumant*, ut in confirmatione donationum Eccleſiæ noſtræ factarum à Ludovico Imp. ſub epiſcopo Rixfrido. *ut nullus judex publicus, aut aliquis ex judiciaria poteſtate in ſupra ſcriptis rebus Eccleſiæ Dei, aut rectoribus ejus aliquam calumniam ingerere præſumat*, in Henrici II. Diplomate a. cIↄ III. Alibi, *ne aliqua Imperialis vel Regalis, aut Epiſcopalis perſona, vel aliquis publicus exactor hujus donationis noſtræ authoritatem præſumat infringere. Si quis, quod abſit, hujus noſtræ confirmationis edictum infringere tentaverit, mille libras auri puriſſimi componat, quarum partem dimidiam Fiſco noſtro, reliqua vero prædictæ Eccleſiæ Traj. perſolvat.* aliaque ſimilia. Iſtud in Diplomatibus obvium: *ne qua canonica ſæculariſve perſona. Vt nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum ſeu Imperatorum ut nullus Dux vel Comes atque Vicarius, ſeu quiſlibet ex judiciaria poteſtate, noſtram, vel anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum auctoritatem violare præſumat*. Conradus II. a. cIↄ CXLVI. *Nullus unquam dominator adveniat, qui hoc infringere audeat.* Lietbertus, Cameracenſis epiſcopus, a. cIↄ lxx. *nec ego, nec alius Epiſcopus, ſeu clericus, ſive Rex, ſive Comes, ſive ſæcularis perſona violare audeat ex his quidquam, quod continetur hac ſcriptura.* Ita ubi bona Eccleſiaſtica ſuperſunt, Magiſtratus ſollicite cavet, ne in fiſcum inferantur, in communem cum reliquis Reip. bonis maſſam; ſed ſegregata ab aliis, ſervantur, aliqua in beneficia ſeu ſtipendia ſacra aut ſcholaſtica, multa Canonicis relicta, quæ

non

non fiſcum communem, quo pertineant, ſed diſtincta & ſeparata ab eo ærar*i*a ſua habent & quæſturam, atque uſum. Huc facit, quod Ordines Generales in negotio bonorum Eccleſiaſticorum Silvæ Duc. a. cIↄ Iↄcxxx. x i. d Iunii edixerunt, ut acccurata ratio bonorum Eccleſiaſticorum ibidem haberetur, atque inſpectis donationibus eorundem catalogus deferretur ad bonorum Eccleſiaſticorum Quæſtorem: non dicunt, ad fiſcum.

Quare errat graviter qui dixerit, bona Eccleſiaſtica fiſco ſeu ærario publico à Magiſtratu noſtro addicta eſſe, vel ad hoc illa pertinere, quemadmodum fiſco rem adſcribere, verè ac proprie accipitur, & non uti loquitur implicite vel tacite, vel interpretative, *pag.* 290. 325. 338. 567. Neque ex cura Magiſtratus, circa illa bona, vel ex præſcripto illis ordine aut regula aliqua, ſequitur fiſci publici eſſe, magis quam de reliquis privatorum, aut orphanorum, aut quorumcumque Collegiorum bonis in Rep. ſitis, quorum ſupremum patrocinium & cura quidem penes Magiſtratum eſt, ſed ad defenſionem & protectionem tum hominum, tum quæ eorum ſunt, bonorum, non autem deſtructionem. Non quia illa protegit Magiſtratus, ideo ejus ſunt, vel penes ipſum ut ea in alios, quam poſtulant, uſus diſponat: quemadmodum Noſter male colligit pag. 95. *Bona hæc Eccleſiaſtica vulgo dicta, juris publici ſunt. Quæ verò talia ſunt, ut proteguntur à Magiſtratu, ita ab eodem ordinantur ad ſuos uſus.* Bona Eccleſiaſtica juris publici ſunt, ſed Eccleſiaſtici, non politici. Neque quæ à Magiſtratu proteguntur, ideo ab eo ordinantur ad ſuos uſus, cum non jam aliquis bonorum noſtrorum cenſus, ſed omnia Magiſtratus forent, ad ſuos uſus diſponenda. quod non credo ullus velit, vel de ſe, ſuiſque bonis, vel talem habere Magiſtratum. E contrario, quemadmodum & ſupra diximus, quomodo nos velimus ſervata noſtra bona, præſertim pia, & in uſus ſanctos à nobis deſtinata, ita ęquum quoque eſt ut erga Majorum noſtrorum ſimilia bona nos perinde geramus, id eſt, ne ea diripiamus, aut alienemus. Prout Conradus II Imp.

Digitized by Google

Imp. loquitur in Diplomate a. cIↄ cxlvi. quo confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Cameracenſis, *Prædeceſſorum debet privilegia conſervare, qui ſua vult àdeceſſoribus inſtituta ſervari. Quarto.* Quemadmodum Auctor in tota hac diſputatione ſe ſemper in anguſtias proripit, non agit de plano, primum non de bonis Eccleſiaſticis, ſed pſeudo-eccleſiaſticis & *idololatricis*; tum nec de hiſce adeo, ac de horum *ſuperfluo* ſententiam ſuam vult intelligi, ita in erogandis iis ad privatos, cui *fiſcum* comminiſcitur intercedere, limitare & reſtringere illam etiam erogationem paſſim videtur, ad *familias honoratas*, quas ſc. conſervari Reip. interſit, & quibus ſuſtentandis facere illa bona cupiat. Verum, præterquam quod admodum varius ſit in deſignandis hiſce familiis, quas nunc *nobiles* & *honoratas*, de Rep. bene meritas, nunc ſimpliciter & ſolum *honeſtas* appellat, ut ludos feciſſe in re ſeria videri poſſit: quæſo, quę ſolæ illæ nobiles, illuſtreſque familiæ, quibus illa bona contingant? quaſi non quivis, haud ſæpe honoratus adeo, æque poſſit iſta adipiſci, ac alius majoris notæ; & quid ni tam illis, quam iſtis ea obtingant? vel ſit ita, ut ſolæ nobiles honoratæque familiæ, ſed quæ ne intereant Reip. interſit, hinc partem capiant, & ex ſolis bonis Eccleſiaſtico-Papalibus ſeu idololatricis, horumque ſuperfluo, poſt abunde curatam Eccleſiam, ſcholas, pauperes, partem habeant, vide, quam parum ex illorum voto tum egerit, quibus tamen videri voluiſti permagna præſtitiſſe, & ut non operæ pretium fuerit tantum ſibi odium, aliis optimis viris contumeliam feciſſe libro, quem Synodus (ut videas aliam eſſe Eccleſiæ noſtræ ſententiam) idcirco *valde ſcandaloſum* judicavit. Neq; de illuſtrium familiarum ſuſtentatione noſtra hic vertitur quæſtio. Ego nihil in ſpecie de Canonicis hic loquor; ſolummodo ſententiam Eccleſię, & Theologorum noſtrorum tueor de uſu & applicatione bonorum Eccleſiaſticorum ad Eccleſiaſtica, non in uſus privatorum: & hunc in finem tum doctrina, tum Doctores noſtri vindicandi mihi fuerunt, atque enervandum temerarium conſilium, quo imprudens

Se-

Scriptor nonnunquam Noſtros in aliam ſententiam pertrahere, & eorum verba pervertere conatus fuit. Quod me, uti neceſſitate defendendæ doctrinę, atq; reſponſionis noſtrę adverſus Papalem de bonorum Eccleſiaſticorum apud nos abuſu objectionem, ita ſic quoq;, quamvis breviter, feciſſe confido, ut nihil omnino in operoſo illo Auctoris noſtri, hanc ad rem ſpectans, ſcripto ſit, quod ex hac noſtra ad primum Papę, de bonis Eccleſiaſticis, in Bulla argumentum reſponſione, (oſtenſis, dirutiſque quatuor illis generalibus, quæ hactenus notavimus ſcripti illius fundamentis vel hypotheſibus,) ſolvi ac dilui non poſſit. Quod in ejuſmodi ſcriptis ſemper facile eſt, quę quam multa ſibi agenda ſint in reſpondendo, quam verò pauca pro ſe habeant in argumentando, longa & prolixa tractatione oſtendunt & loquuntur. Non ita, uti ille fecit *Sect.* 1. *cap.* XXXII. controverſa hic quę ſunt, proponenda, ſed meo quidem judicio, ad hæc quatuor capita, quæ hic quęſtio de bonis Eccleſiaſticis in genere, revocanda. Ita ut primo quæratur:

Annon *Bona Eccleſiis*, vel earundem Miniſtris, pauperibus, Scholis data, legata, in *non alios* quam illorum uſus *Eccleſiaſticos*, pios debeant, juxta intentionem & *voluntatem donantium*, quouſque poſſunt, impendi? Spectamus hic bona *vere Eccleſiaſtica*, eaq; non niſi in *uſus Eccleſiaſticos* dicimus expendenda, juxta *voluntatem donantium*. Quomodo & olim bona Eccleſiaſtica adminiſtrata, notat bene Salmaſius, lib. de Trapezitico fœnore, pag. 419. *At olim diſtinctio fiebat bonorum Eccleſiæ & ipſius Epiſcopi. Propriis ſe alebat, ac tuebatur: eccleſiaſtica ita ex ipſius ſententia adminiſtrabantur, ut in pauperes & infirmos erogarentur, aut captivis liberandis impenderentur, ac ſimilibus piis cauſis.* Omnino piis cauſis. Atq; in ipſo libro quam præ manibus habemus, nonnulla occurrunt, quæ noſtræ favent ſententię quæq; ideo adſcribenda, Pag. 204. ad allegata Calvini verba, quibus is dixerat: *Iam quidem teſtatus ſum, nolle me omnia, quæ apud nos fiunt excuſare: quin potius non majorem alicubi rationem haberi, ut in eos tantum uſus impendantur Eccleſiæ reditus, quibus ſunt*

ſunt dedicati, mihi id diſplicere fateor. Mecum id etiam gemunt omnes boni ait: *Quod addit ſe cum multis aliis ſtomachari, quod* Eccleſiæ reditus non deſtinentur in eos uſus, quibus ſunt dedicati; *nos utroque pariter pollice probamus, ſi intelligatur de reditibus bona intentione uſibus Eccleſiæ deſtinatis, nec aliter SS. Miniſterio proſpici queat*: Quorſum hæc cauda, ſi utroque pollice probes verba & ſententiam Calvini? Pag. 211. Zanchium inquit ſecum facere: *Non officit quoque nobis Zanchius cap. 24. Confeſſ. quando num. 29.* hunc in modum loquitur: *Cum vero multa bona, liberalitate Principum & aliorum piorum fuerint olim donata, & nunc etiam alicubi donentur Eccleſiis: judicamus, ſi qua Eccleſia talia habeant bona, diligenter curandum eſſe ne dilapidentur, neve in profanos uſus, multo vero minus in ſacrilegos convertantur, converſave diſſimulentur: ſed in eos duntaxat diſtribuantur, ad quos etiam donata fuerunt, ad pios nimirum uſus. Probamus autem illam veterem bonorum Eccleſiaſticorum partitionem, ut una ſcilicet pars cedat piis Epiſcopis, id eſt, Doctoribus, miniſtriſque verbi, & eorum familiis: alia Clericis; id eſt, ſtudioſis miniſterio Eccleſiæ deputatis, & omnibus Eccleſiæ inſervientibus: tertia pauperibus & peregrinis: quarta Eccleſiis, Scholiſque reparandis, ad quam partem pertinent non ſolum ædes miniſtrorum, doctorum, ſtudioſorum, bibliothecæ cum ſuis libris, inſtrumenta denique & aliæ res omnes, templis & ſcholis neceſſariæ, verum etiam noſocomia & xenodochia, aliaque ſimilia loca, ubi illi degunt, quorum peculiarem curam ſuſcipere debent Eccleſiæ.* Hactenus Zanchius, Iam noſter: *Quis vero ita cæcutit, qui non videat eum loqui de bonis vere Eccleſiaſticis, à quibus admodum diſtincta ſunt illa, quæ per errorem & ſuperſtitionem in Papatu ſunt oblata. Dein Zanchius præſupponit, ante omnia cultui ſacro, & reliquis illius appendicibus proſpiciendum eſſe; de ſuperfluo bonorum quaſi Eccleſiaſticorum, ſi conſultus fuiſſet, non potuiſſet non idem reſpondere, quod nos fuſe ſupra & Scripturæ & rationi conſentaneum eſſe docuimus.* De bonis eccleſiaſticicis ſuperſtitione Papali nonnihil commaculâtis, mox videbimus, impræſentiarum ſufficit nobis illa tua confeſſio de bonis vere Eccleſiaſticis. Et de ſuperfluo bonorum eccle-

eccleſiaſticorum quia nec hic agitur, neq; conſultus Zanchius aliquid reſpondit, fruſtra hic verbum. Nunc cum Zanchio, Polano, & aliis probat veterem illam bonorum Eccleſiaſticorum in quatuor partes diſtributionem *:* & tamen eam ipſam alibi ſupra modum exagitat*:* vide *pag.* 23.176.324. Pag. 215. Zépperum ſibi quoque non adverſum ait, quin *hac illius verba, ſummam totius diſcurſu continentia, & agentia de bonis vere Eccleſiaſticis, id eſt Eccleſiis debitis ad neceſſarium ſubſidium, quæ inveniuntur pag.* 184. *& ex antecedentibus explicationem admittere debent, pro noſtris adoptare non debeamus:* In tot igitur, *inquit*, di- ,,vinarum & æquiſſimarum ſanctionum ſpeculum intuentes ,,Chriſtiani principes & magiſtratus, Deo dent, quæ Dei ſunt: Eccleſiis, quæ Eccleſiarum*:* &c. Pag. 353 de Vicariatibus non ſubtrahendis Paſtori inopi, inquit : *Verum ſi ex bonis Parochialibus commode familiam ſuſtentare non queat, ipſique deſtituto Vicariatus reditibus, luctandum ſit cum fame, excuſari neutiquam poteſt patronus, ſi immerenti ſubducat tales Vicariatus reditus, etiamſi ipſe illos non percipiat, conſletque eos aut pauperibus, aut Theologia ſtudioſis cedere.* Quæ etenim cauſa, quod vicariatus debeat cedere Paſtori; quam quia in ſubſidium Paſtoris illi fundati ſunt? quo pacto quod refert *pag.* 587. ex hiſtoria Gelricâ Pontani, ab Arnoldo Egmondano duce tria Canonicorũ beneficia hac lege Magiſtratui jure patronatus addicta eſſe, ut in neminem conferantur niſi qui juris ſtudio operam navans, certo eoque brevi temporis ſpatio Doctoratus vel Licentiæ laurea coronari mereatur, quæ vulgo Doctorales præbendæ hodierno die nominantur, non auſit credo aſſerere, præbendas illas, propter iſtam fundationem, debere aliter, quam in illum fine mapplicari, ut juris ſtudioſo in ſuum uſum cedant. Et quare non ſimili jure Eccleſiaſtica? Quomodo autem cum illis à ſe dictis iterũ conveniat, quod pag. 362. ubi poſtquam diſtinxiſſet bona parochialia in Papalia, ſeu ex Papatu ad nos derivata, & Reformata, id eſt, bona *à viris piis, Miniſtrorum, ſacrorumque ab iis adminiſtrandorum uſibus relicta*; tamen dicit, *aliud non ſtatuendum* de bonis his, ac illis, ego non laboro, qui contradictionibus aliorum explicandis non vaco. X 11.

II Quæſtio mihi videtur hęc: Num quando bona quædam Eccleſiis, vel earum Miniſtris, Pauperibus, Scholis data, legata quidem ſunt in non alios uſus quam Eccleſiaſticos, pios; ſed verò addita eſt aliqua *conditio ſuperſtitionis*, aut *idololatriæ Papalis*, oporteat tum illa bona *ſervare* tamen ad uſus illos primos & principales Eccleſiaſticos, ſaltem pios & analogos, *reformatis* iſtis erroribus; an autem pro *profanis* habere & communibus?

III. Qu. Num in *Magiſtratus* arbitrio ſit, & poteſtate bona Eccleſiis, aut pauperibus legata, ſive in Papatu, ſive in Eccleſiis Reformatis, *fiſco* ſuo addicere, eademque in *alios*, quam ſacros, eccleſiaſticoſve uſus, quibus data, applicare?

IV. Num *quis* nec in Eccleſiaſtico conſtitutus miniſterio, nec in Scholis, neque ex pauperum cenſu qui ſit, tamen queat bona conſcientia in *privatos* ſuos uſus accipere bona, quæ non in alios fines, quam pro Eccleſia, Scholis, pauperibus, data fuerunt?

Hæc meâ ſententia in controverſia generatim verſantur, de uſu bonorum Eccleſiaſticorum; de bonis *vere Eccleſiaſticis*, ad Eccleſiaſtica impendendis; de *Eccleſiaſtico-Papalibus* reformandis, atque ad uſus pios, analogos applicandis; de *Magiſtratus poteſtate* circa illa bona non deſtructivâ, ſed conſervativa & defenſiva; de *privatis*, ut ſe à bonorum Eccleſiaſticorũ occupatione & temeratione abſtinere debeant. Certe non leve hic negotium, bene ac ſolide ut conſulas hominum conſcientiis, ſuper bonorum iſtorum uſu, ubi plures ſane ſunt ejuſdem, & quis dubitet an probi? animi, cum Guiljelmo Cantero, noſtrate, viro in Græcis eruditiſſimo, quod varia ejus monumenta teſtantur, Theodori Canteri Fratre, de quo Melchior Adamus, inter vitas Germanorum Philoſophorum refert, quod *Reditus Eccleſiaſticos, ut iis illicitos qui altari non ſerviunt, conſtantiſſime ſemper averſatus eſt.* Ne Petrum Martyrem dicam, qui ubi Papatui valedixiſſet, Lucenſibus vel annulum, quem geſtare ſolitus erat, remiſit, *quo declararet, ſe nihil bonorum collegii in privatos uſus voluiſſe convertere*, inquit

quit Scriptor vitæ ejus. Præcipue quando attendimus graves illas & diras execrationes, quibus olim piarum donationum Auctores devoverunt illos quoſcumque, qui in uſus profanos aut privatos ſua pia vota averterent: *Nemo ſucceſſorum Regumq; valeat hac infringere, vel auferre. Si quis quod tamen non credo futurum, adverſus haſce donationum ac beneficiorum litteras, quam injuſtam interpellationem, jus vel injuriam facere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & à liminibus S. Eccleſiæ Dei efficiatur extraneus, & ſit authoritate noſtra Epiſcopali anathematizatus, ſitque maledictus eadem maledictione, quæ deſcendit ſuper Dathan & Abiron, quos terra vivos abſorpſit; & quod repetit evindicare non valeat. Sit præſens traditio ad inſtar teſtamenti à nobis facta, omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixâ, quam propiâ manu ſubter firmavi, & ſigilli mei impreſſione roboravi.* In diplomate Caroli F. Pipini R. *Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſive nos ipſi, vel aliquis de hæredibus vel prohæredibus, ſeu qualibet oppoſita vel extranea perſona, qui contra hanc donationem, quam nos pro divino intuitu & animæ noſtræ remedio ad inſtar teſtamenti fieri & affirmari decrevimus, venire aut agere, vel eam infringere conaverit, in primis iram Dei cæleſtis incurrat, à liminibus ſanctorum, vel conſortio Chriſtianorum efficiatur extraneus, inſuper inferat una cum ſocio Fiſco noſtro auri libras quinque, argenti etiam pondera decem coactus exolvat, & quod repetit evindicare non valeat, ſed præſens donatio ad inſtar teſtamenti à me facta, omni tempore firma & ſtabilis permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa.* Illaque uſitata ad confirmandam donationis ſtabilitatem in fine Diplomatum occurrit formula. *Hanc itaque authoritatem, ut tam noſtris quam ſucceſſorum noſtrorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubtus firmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus roborari.* Vel: *Ac ut hæc traditionis noſtræ conceſſio firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, veriuſque per ſuccedentium curricula temporum ab omnibus credatur, inviolabiliterque ſervetur, ac incorrupta jugiter perduret, manus noſtræ ſcripto illud firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus corroborari. præcipientes, ut nullus habeat poteſtatem aliquid horum auferen-*

ferendi, ſed perpetua firmitate inconvulſa permaneant. Si quis hanc ingenuitatis chartam infringere tentaverit, vel molitus fuerit, irã Dei omnipotentis, & ſanctæ Dei Genetricis Mariæ, & ſanctæ Crucis, ſanctiq; Martini incurrat, & omnium Sanctorum. Et excommunicatus & anathematizatus ſit ex parte Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Dedimus autẽ ea lege, ut eadem Eccleſia ſancti Petri perenniter abſq; omni contradictione obtineat, & interdicimus, ne alicujus violẽtia inde auferat vel alio tranſponat. His omnibus abſq; omni contradictione peractis: Epiſcopus banno interdixit, ne quis ſive de bonis Eccleſiæ à Comitiſſa traditis, ſive de his quæ Comitiſſa conceſſerat, ſe intromitteret, ac violenter in ſuos uſus redigeret. Quicunq; vero hoc præſumeret, banno ſubjaceret, atq; omnipotentis Dei & SS. omnium contrã ſe iram ſentiret. Ut autem omnia firma & inviolata permaneant, interfuere teſtes idonei. Si quis vero irritum facere voluerit, & à fratribus iſtis hanc eccleſiam alienare voluerit, ira Dei maneat ſuper ipſum, & anathematizatus õnibus Chriſtianis ſit, ſicut Ethnicus & Publicanus. Et ne quis huic dono vel diſtinctionibus prædictis obvias manus injiciat, anathema maranata facimus omnibus qui faciunt, aut facientibus conſentiũt, aut præſentes loco ſuo non defendunt. Et ne alicui mortaliũ nunc vel inpoſterum facultas aut occaſio contradicendi valeat ſuboriri, omnem quæ aliquo modo moveri poſſet calumniam, edicto Regali ſubmovemus, ſtatuentes ne aliqua unquam perſona magna ſive parva Impp. donationem, & noſtram confirmationem, aliquo ingenio infringere præſumat. Cujuſmodi occurunt paſſim in Diplomatibus, à Wilhelmo Heda, in Hiſtoria Ultrajectina productis. Alibi: *qui auferre hac donaria præſumſerit, fulmine divino intereat ipſe*: in Biblioth. Pp. T. VIII. pag. 268. *ut inviolabiter conſervetur, ab hodierno videlicet die & deinceps. Qui vero noſtrã auctoritatem parvi penderint, illudq; qualicumq; modo temerare præſumpſerint, per noſtrã Pontificalem auctoritatem reddantur extranei a liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & à cœtu Chriſtianorum, & à regno Dei, & deſcendant cũ Dathan & Abiron in infernum viventes, & cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti, accipiant partem & ſocietatem in die judicii, & cum diabolo damnationem æternam, amen. Perpetualiter tribuo. Iugi ævo poſſidenda. Ut æternaliter conſerventur inviolabiliter.* In Diplomate Hincmari epiſcopi, aliorumq;, de quo etiam ſupra dixi

Digitized by Google

,,diximus:omnium noſtrũ ſententia damnatus,à Patre & Filio ,,& Spiritu ſancto,Deo omnipotente, cui injuriam creare nõ ,,timuit, quia ipſe dixit: Qui vos audit,me audit, & qui vos ,,ſpernit, me ſpernit,anathematis vinculis obligatus,à cœtu ,,Sanctorũ ſeparatus,in ęternum,juſto judicio Dei,intereat in ,,infernum,cum his quorum vermis non moritur,& ignis nõ ,,exſtinguitur;niſi publica ſatisfactione dignè pœnituerit,de- ,,poſito,ſi laicus fuerit,ſęcularis militię cingulo;ſi clericus,ec- ,,cleſiaſtici honoris dignitate. *Alibi*: Et ſi quis deinceps (quod ,,futurum eſſe non credo) ſi ego ipſe, quod abſit,aut quiſquã ,,de hæredibus,vel prohæredi bus meis, ſeu quęlibet extera ,,perſona, quæ contra hanc chartulam donationis venire aut ,,calumniari eam præſumpſerit,& ſe exinde non ſubtraxerit, ,,à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ excommunicatus & diviſus ,,exiſtat,& inſuper in die tremendi judicii propter hoc ratio- nem reddat. In Diplomate Hilſundis Comitiſſæ (apud My- ræum hæc, *in lib. Diplomatum Belgicorum*) a.Iɔ.ccccxcii. Qui ,,ſecus fecerit,portionem habeat cum Dathan & Abiron: ne ,,remittatur ei peccatũ nec in hoc ſæculo,nec in futuro. Fiat, fiat. Warini Bellovacenſis Epiſcopi: a. cIɔ xxiii.Negligenti ,,hanc noſtram interminationẽ, gehennales pœnas minando ,,indicimus;ſicut è diverſo, conſervanti beatitudinem veram optamus:Lietberti Cameracenſis Epiſcopi,*hunc divini nominis formidanda auctoritate, & totius S. Eccleſia,ſed & noſtra irre cupe- rabiliter damnamus, & ab omni conſortio Sanctorũ in hoc & in futuro ſeculo excõmunicamus,ſicuti contemptorẽ divina gloria,& eccleſia- ſtica reverentia invaſorẽ*. In altero ejuſdẽ Lietberti diplomate: ,,Quicumq; ergo huic cœnobio de conceſſis & concedendis ,,aliquid ſubripere voluerit,& regiæ firmitati contraire tẽta- ,,verit,hic à corpore & ſanguine Domini,&cõmunione pacis ,,alienus fiat,& niſi reſipuerit, & ad ſatisfactionẽ venerit, æ- ,,ternę maledictionicũ diabolo &angelis ejus damnãdus ſine fine ſubjaceat.Crebro legas,*anathemate caveri piorũ legatorũ* alienationem:*Perpetuo condemnans anathemate quicumq;,qui in poſterum hac praſumeret minuere,aut infirmare*. Henricus iii. a.

cIↄ lxxxix. *Honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur.* In Diplomate Balduini Hieroſo-„limitani: tremendo Dei judicio ſe ſciat ſubjacere, & niſi „pœnituerit, non ſolum pro ſuis, ſed etiam pro alienis reatibus Inferni pœnas ſubire. Iohannes Taruanenſis epiſcopus, in Diplomate a. cIↄ cxix. Si qua ſane eccleſiaſtica ſæculariſ-„ve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, te-„mere eam infringere tentaverit, ſecundo tertiove commo-„nita, ſi non ſatisfactione condigna emendaverit, poteſtatis „honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio „de perpetua iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore „Dei ac Domini Redemtoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, „atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. *Alibi:* „excommunicantes & æternæ maledictionis anathemate „condemnantes eos, qui quovis malignitatis ingenio quidli-„bet horum infringere tentaverint. Pro infideli habent, quiſquis pia temerare aut infringere teſtamenta auſus fuerit. Carolus Calvus, in Diplomate a. Iↄccclxxv. pro Monaſterio Vedaſtino: *A corpore & ſanguine Chriſti alienus fiat.* Atque ejuſmodi plura. Neque iterum me torqueo quomodo conciliem quod Auctor noſter perpetuo diſputans pro privatorum jure, ex conceſſione Magiſtratus, in illa bona, pag. 220. *ex bonis quaſi Eccleſiaſticis Magiſtratus in uſus privatorum diſponit.* atque hęc paſſim: idem tamen pag. 239. calumniam ſibi fieri clamitat, quando aſſeritur, per ipſum *Magiſtratui jus concedi bona pſeudo Eccleſiaſtica non tantum in publicos, ſed privatos ſuos ac ſuorum uſus convertendi.* Idem etiam alibi ſic publicos Reip. uſus loquitur, ad quos Magiſtratus bona illa applicet, ut privatorum ſuorum cauſam oblitus videatur, & neglexiſſe. pag. 222. *in ſalutem reip.* pag. 228. *publicis uſibus.* pag. 229. *publicos illos, quos notavimus* uſus: ut omni ex parte appareat verum id eſſe, quod initio diximus, egiſſe eum nec quod debuit, neque etiam illud quod agere viſus fuit. Sed ita nunquam deerunt nobis exercitamenta & diſputationes ſuper bonis illis, acciditque, quod Beza in vita Calvini narrat, *nec pari*

po-

poterant aliunde fideles paſtores Eccleſiaſtica bona Pontificiis erepta, non ſic, ut oportuit, pleriſque locis adminiſtrari. Multi tunc clamores: multa querelæ, multi denique ſcribendo ac loquendo labores, ſed fruſtra plerumque ſuſcepti: apertè quidem profitente Calvino, ſe quidem tot ſacrilegiis minime ſavere, quæ divinitus tandem ſciret ſeveriſſimè vindicanda; ſed in eo tamen juſtum Dei judicium agnoſcere, quod bona tam malè prius à ſacrificis acquiſita, non ſineret Dominus Eccleſiarum ærariis inferri. Quod Calvino negotium Genevæ, idem in prima reformatione Thomæ Crammero fuit, in Anglia, ſuper eodem argumento, cum Rege Henrico VIII. cupiente univerſum cœnobiorum cenſum inferri in fiſcum ſuum; ſed refragante Crammero, aliiſque Eccleſiaſticis, qui *magis ex re atque officio fore Chriſtiano* judicabant, *ſi quidquid ex bonis Monaſteriorum, quod quidem immenſum erat, in neceſſarios egenorum ac ſcholarum uſus converteretur.* Ex qua Regis, & Eccleſiaſticorum diſſenſione, prima Reformationis ibi locorum oborta remora fuit. Adeo vulgare eſt, ut hac de re contendant cum Politicis Theologi Reformatores; ut nihil cauſæ habuerit Sanderus, *lib.* I. *de Sciſm. Anglic.* & ex eo Mart. Becanus, Opuſc. Theol. Tom. IV. *de Titulis Calviniſt. pag.* 108. Reformatoribus exprobandi Monaſteriorum per Angliam direptionem, cui illi, ſub Regis etiam ira odioque, acriter reſtiterunt. Quod nec Becanus ignoravit, qui noſtros de eo affatim conqueſtos ſcribit, in hæc verba: id *non modo fatentur, ſed etiam conqueruntur ipſi Adverſarii, præſertim Lutherus in cap.* 49 *Geneſios. Rivius, in lib. de ſcientia, Sarcerius in lib. de ratione conſervandi veram religionem, Hadrianus Saravia in lib. de diverſis gradibus miniſtrorum Eccleſiæ.* addit porro ipſa Lutheri verba. Iam. a.cIↄ Iↄ lxv. Miniſtri Comitatus Manſteldenſis, in Confeſſione ſua adverſus Paulum Eberum &c. inter alia, quæ Eccleſiam Dei deformare, & de quorum remediis jubeant omnes cogitare Euangelii Doctores, hoc poſuere, quod *bona Eccleſiæ evanuerunt.* Quin hoc anno cIↄ Iↄc Ii. in Synodo Swollana, art. III repetitum gra-„vamen fuit: Quandoquidem in variis præcedentibus Synodis

„nodis decretum, ut apud Nobiles, ac Civitates inſtarent, „ut bona ſacra Paſtoratuum, Vicariatuum &c. non poſſint „neque debeant alienari, divendi, vel ad alia quam ad pios „ſolùm uſus applicari, quæritur: annon illud hac occaſione „de novo iterum peti debeat? Omnibus Claſſibus pla„cuit ut fieret, juxta varia hac de re in præcedentibus Synodis decreta. Adeo uniformis hac in re Doctorum, Synodorum, Eccleſiarumque eſt ſententia, bona Eccleſiaſtica Eccleſiaſticis uſibus vindicanda eſſe, à qua ſententia recedere, vel illam non ſequi & defendere religio nobis ſit.

§. XII. Atque hæc fuit *prima* cauſa, cur ſe juſte abrogare putet Papa pacem Germaniæ, ob bona videlicet Eccleſiaſtica, per pacem hanc, Proteſtantibus in perpetuum adjudicata. Sequitur *altera*, quæ petitur à libertate religionis, exercitiorumque, pace hac Proteſtantibus conceſſa: *Hæreticis, Auguſtanæ, ut vocant, Confeſſionis liberum ſuæ hæreſeos Exercitium in pleriſque locis permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis aſſignatio permittitur.* Reſp. 1. Hæc nimirum odii Papalis erga nos cauſa eſt, quod videmur ipſis *hæretici*: ſed quod nos inter illas contumelias blaſphemiaſque reponimus, quas non modo bono animo ferre jubet Petrus, ſed in quibus ferendis nos beatos æſtimat. *ſi contumeliam patiamini in nomine Chriſti, beati: nam ille gloria Deique ſpiritus ſupra vos quieſcit.* 1. Pet. IV. 14. & 16. *ſi quis* patiatur *ut Chriſtianus, ne pudeat, quin glorificet Deum hac in parte.* Et jam iſtis elogiis à multo tempore aſſueti ſumus, ut hæretici dicamur, utque divina veritas & Chriſtus per noſtrorum latus ita paſſim calumnientur. Parum id eſt, ni etiam Turcæ, & qui Turcis deteriores, quod palam (ne infamem librum *Calvinorum* dicam) Turſin in Concilio Tridentino dixit Cardinalis Farneſius, Pauli III nepos, apud illos audiamus. addo & pejores Paganis: quem in finem Guiljelmus Roſſæus, qui *de juſta Reip. Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos authoritate* librum ſcripſit, maledicentiſſimum in Henricum Navarræum Regem, caput quintum inſcripſit: *Calviniſmus Paganiſmo longe deteſtabilior*; ejuſque

concluſionem hanc facit: *quod Calviniſtæ ſint verè à Diabolo poſſeſſi, ſintque in religione Chriſtiana vera monſtra atque portenta.* Quibus omnibus, ut Diabolicis ſpiculis, in Chriſti cauſa exceptis, nos parum movemur, regerimuſque, quod olim Bernardus *lib.* I I. *de conſider.* ad Eugenium quoque Papam: *bonum mihi ſi me dignetur Deus uti pro clypeo, libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, ut non ad ipſum perveniat.* Hic ſi luberet, poſſem excurrere in prolixam valde diſputationem, ut hæreſis calumniam à nobis noſtriſque Eccleſiis propellerem; ſed, tum quia abunde id ab Eccleſiis & Doctoribus noſtris infinities præſtitum, quod Orbi ſatis ſuperq; conſtat, tum quia quæ Bullam Papæ præſentem ſpectant, potius examinaturi acceſſimus, illa ut nota dilutaque ſatis, ſecure præterimus. I I. Quod de hæreticis *Auguſtanæ Confeſſionis* ait Papa, perinde & Reformatos tangit, quos uno ordine omnes habet Romanus. Atque articuli pacis Monaſterienſis ſive Oſnabrugenſis a. CIↃ IↃC XLVIII. pares faciunt cum Auguſtanæ Confeſſionis hominibus, Reformatos. Art. VII. *Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis, omniumque Ordinum Imperii conſenſu placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & publica hac Tranſactio, in eaque deciſio Gravaminum, cæteriſque Catholicis, & Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat.* In fine: *Sed præter Religiones ſupra nominatas nulla alia in ſacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur.* intelliguntur, tres Religiones, Reformata, & Auguſtanæ Confeſſionis, & Romano-Catholica, quæ vocatur. Sic enim exſerte in exemplari Germanico, quod authoritate Cæſarea, & Moguntini Electoris conceſſione impreſſum Moguntiæ a. CIↃ IↃ CXLIX. juxta orignale, quod in Imperiali Directorio Moguntino, ad marginem legitur: uber bemelte, drey religion ſolle keine im reich geduldet werden. I I I. Iam quod ad libertatem exercitii religionis, Proteſtantibus conceſſam, quæ Papam tantopere urit, ita eſt, illa rata habetur & firma, hac communi pace Germaniæ, eoque ma-

Digitized by Google

gis quo ex diſſenſionibus circa religionem belli cauſas potiſſimum ortas nemo ignorabat. Quocirca, ſi pacem amarent, ut illa ſemper bello præferenda eſt, belli terminus & finis, in hoc convenire neceſſe habuerunt, quod multis etiam ante Imperialibus decretis de pace religionis ſtatutum ſæpius fuerat, ut ab ambabus utriuſque religionis partibus libertas & pax religionis ſarta tecta cuſtodiretur, ad exactam mutuamque, uti jam loquuntur æqualitatem, & (quod bene addiderunt) non curata cujuſquam pacis iſtius adverſarii oppoſitione vel proteſtatione, ſive Eccleſiaſtici, ſive politici. Hęc ipſa fœderis verba: Cum autem præſenti bello magnam „partem Gravamina, quæ inter utriuſque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, cauſam & „occaſionem dederint, de iis prout ſequitur, conventum & „tranſactum eſt. 1. Tranſactio Anno 1552. Paſſavii inita, & „hanc Anno 1555. ſecuta Pax Religionis, prout ea Anno „1566. Auguſtæ Vindelicorum, & poſt in diverſis Sacri Ro„mani Imperii Comitiis univerſalibus confirmata fuit, in o„mnibus ſuis Capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, „Principum & Statuum utriuſque Religionis conſenſu initis „ac concluſis, rata habeatur, ſanctèque & inviolabiliter ſer„vetur. Quæ vero de nonnullis in ea Articulis controverſis, „hac Tranſactione communi partium placito ſtatuta ſunt, „ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, tam in Iudiciis, „quam alibi obſervanda habebuntur, donec per Dei grati„am de Religione ipſa convenerit, non attenta cujuſvis ſeu „Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quo„cunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatio„ne, quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. „In reliquis omnibus autem inter utriuſque Religionis Ele„ctores, Principes, Status omnes & ſingulos ſit æqualitas exa„cta, mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, conſtitutioni„bus Imperii & præſenti Conventioni conformis eſt, ita ut „quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum, violen„tia omni & via facti, ut alias, ita & hic inter utramque partem

tem

Digitized by Google

„tem perpetuo prohibita, adde & §.4. *In omnibus* Ita videmus, tranſactionem Paſſavienſem, de qua & ſupra, & pacis de religione decreta variorum in Imperio Comitiorum nunc etiam rata haberi, iterumque his nuperis tabulis confirmari: quodque de Auguſtana Confeſſione ibi dictum, Reformatos etiam comprehendit: quamvis alibi in Comitiis duarum religionum fit mentio, Auguſtan. a. 1555. Doch ſollen alle andere/ ſo obgemeltem beyde Relegionem nit anhangig in dieſem frieden nit gemeint/ ſonder gentzlich außgeſloſſen ſeyn. Sic n. præterquã in Comitiis de pace religionis Germanicis, quoque in Belgicis hoc intelligitur; in pace religionis, ſub Archiduce Matthia facta a. cIↄ Iↄ lxxviii *art.* ii. libertas religionis decernitur duabus religionibus: quod anno ſeq. Pacificatione Colonienſi, *art.* xxi. Ordines explicatius dicunt libertatem religionis Reformatæ, atque Auguſtanæ Confeſſionis, una cum Romana. Confer etiam, ſi lubet, Goldaſti *Replicat. pro Imperio*, *cap.* xl. & xli. Deniq; ex adductis apparet, nullam pacem Germanię haberi, niſi quæ etiam religionis certam pacem complectatur. Sed profecto bene eſt, quod pacis iſtius ſagaces Arbitri, futuram ab Eccleſiaſtico (quem ex profeſſione ſua tamen omnium minime id decebat) adverſus pacem, iniquam oppoſitionem proteſtationemq; prævidentes, illam tempeſtive re ſecaverint atq; rejecerint. Quæ autẽ illa pax Religionis ſit, quæque complectatur, quæ Paſſavii primum a. cIↄ Iↄlii initę, Auguſtę a. cIↄ Iↄ lv. & cIↄ Iↄ lxvi. atque pòſt in diverſis Imperii Comitiis, denique nuper Oſnabrugi confirmata, ut & Papa melius ſciat, quid Religioni noſtræ in Imperio jure debeatur, hocque & Imperator, aliique quorum intereſt ſemper probe teneant, ex ipſis Comitiorum Actis illa depromere ex re eſt. Primum ergo Auguſtæ Vindelicorum, in Comitiis a. cIↄ Iↄlv. poſtquam diu agitatum negotium pacificandæ utriuſque religionis fuerat, ſaltem ad pacificam utriuſque partis cohabitationem, & inturbatam publicam rem Imperii, convenit: nihil hoſtiliter ex religionis aliquo prætextu in alterum tentandum eſſe, ſed liberum illius ex-

Digitized by Google

ercitium, & omnia jura intacta, bona quoque eccleſiaſtica à noſtris occupata , in uſus pios ſervanda impendenda, aliaque ſive Eccleſiaſtico Miniſterio, ſive pauperibus attribuenda, citra diſcrimen religionis eſſe. §. 14. Setzen demnach / ordnen / wollen vnd gebieten / das hinfuro niemandts / was wurden / ſtandts oder weſen der ſey / vmb keinerley vrſachen willen / wie die namen haben möchten / auch in was geſuchtem ſchein das geſchehe / den andern beuheden / bekriegen / berauben / fahen / vberziehen / belägern / auch darzu für ſich ſelbs / oder jemandt andern von ſeinet wegen nit dienen / noch einich Schloß / Stätt / Marck / Beveſtigung / Dörffer / Höffe / vnd Weiler / abſteygen / oder ohn deß andern willen / mit gewaltiger that / freuenlich einnemen oder gefährlich mit Brandt / oder in andere wege beſchädigen / noch jemandts ſolchen Thätern rath / hulff / vnd kein ander weyß beyſtandt oder fürſchub thun / auch ſie wiſſentlich vnd gefahrlich nicht herbergen / behauſen / ätzen / trencken / enthalten / oder gedulden / Sonder ein jeder den andern mit rechter freundtſchafft vnnd Chriſtlicher lieb meinen / auch kein Standt noch gliedt deß heyligen Reichs dem andern / So an gebürenden orten Recht leyden mag / den freyen zugang der Proſiant / narung / gewerb / Rent / Gült / vnnd einkommen abſtricken / noch auffhalten / Sondern in alle wege die Keyſerliche Maieſtat / vnnd wir / alle Stände / vnnd hinwiederumb die Stände / die Keyſerliche Maieſtat / vns / auch ein Stand den andern bey dieſem nachfolgenden Religions / auch gemeiner Conſtitution deß auffgerichten Landtfriedens alles inhalts bleibē laſſen ſollen. §. 15. Vnd damit ſolcher friedt / auch der ſpaltigen Religion halbē wie auß hie vorvermelten vnnd angetogenen vrſachen / die hohe notdurfft deß heyligen Reichs Teutſcher Nation erfordert / deſto beſtendiger zwiſchen der Römiſchen Keiſerlichen Maieſtat / vns / auch Churfurſten / Fürſten vnnd Ständen deß heiligen Reichs Teutſcher Nation angeſtelt / auffgericht / vnd erhalten werden möchten. So ſollen die Keyſerliche Maieſtat / wir / auch Churfürſten vnnde Stände deß heiligen Reichs / keinen ſtand deß Reichs / von wegen der Augſpurgſchen Confeſſion / vnnd derſelbigen lehr / Religion / vnnd glaubens halb / mit der that / gewaltiger weiß vberziehen / beſchädigen / vergewaltigen / oder in andere wege / wieder ſein Conſcientz / gewiſſen vnnd willen / von dieſer Augſpurgiſchen Confeſſions Religion / Glauben / Kirchen gebräuchen / ordnungen / vnd Ceremonien / ſo ſie auffgericht / oder nachmals auffrichten möchten / in jhren Fürſtenthumben / Landen / vnnd Herſchafften tringen / oder durch Mandat / oder in einicher anderer geſtalt beſchweren / oder verachten. Sonder bey ſolcher Religion / Glauben / Kirchen gebräuchen / Ordnungen vnd Ceremonien / auch jhren Haab / Gütern / ligend vnnd fahrend / Landt / Leuthen / Herſchafften / Obrigkeyten / Herligkeyten vnd gerechtigkeyten / rüglich vnd friedlich bleiben laſſen / vnd ſol die ſtreytig Religion nit anderſt / dann durch Chriſtliche / freundtliche / friedliche / mittel vnnd wege / zu einhelligem Chriſtlichem verſtandt vnd vergleichung gebracht werden / alles bey Keyſerlichen vnd Königlichen wurden / Furſtlichen ehren / waren worten / vnd Peen des Landtfriedens. §. 21. vnd ſollen dannoch von ſolchen obgenanten Guttern / die Notturfftige Miniſteria der Kirchen / Pfarrhern vnd Schulen auch die Almuſſen vnd Hoſpitalia. die vormals beſtelt vnd zubeſtellen ſchuldig / von ſolchen obgemelten Güttern / wie ſolche Miniſteria der Kirchen / vnd Schulen vorwals beſtelt / auch nachmals beſtelt / vnd verſehen werden / vngeacht was Religon die ſeyen. Quæ confirmata ſimiliter in Comitiis Ratiſbonenſibus, a. ClↃ IↃLVII. & Auguſtan, a. ClↃIↃLIX. Vnd daß nicht deſto weiniger der Paſſawiſch vertrag / auch der darauff erfolgt / vnnd allhie in fünff vnd funffzigſten Jhar beſchloſſen Religion vnd Landtfriede / ſampt Handthabung vnd Execution derſelbigen / für vnd für kräfftig vnd beſtändig bleiben / Dero halben wir vns dann zu allen vnnd jeden Ständen / ſampt vnd ſonderlich verſehen / Setzen / ordnen vnd wöllen / daß jetzberührte /

Digitized by Google

Paſſawiſche vertrag darauff erfolgte/ vnnd alhie im fünff vnd fünffzigſten Jahr beſchloſſene Religion vnnd Landtfriede/ ſampt Handthabung vnd Execution derſelbige/ ſtett/ veſt/ vnnd vnverbrüchlich gehalten werden ſollen. Alles bey den Verſprüchnuſſen vnn angeregtem Augſpurgiſchen Abſchiedt/ weiter verbleibt vnd begriffen. Iterum in Auguſtanis, a. cIↄ Iↄlxvi. ubi, poſt confirmata præcedentium hac in re Comitiorum edicta, ultra decernitur, oppreſſæ propter religionem parti ferendas eſſe ſuppetias: Wir wöllen auch vnſer Chammerrichter vnnd Beyſitzern vnſers Keyſ. Chammergerichts/ hiemit abermals genedigklichen aufferlegt/ vnd befohln haben/ wie wir jhnen denn hiemit/ krafft dieſrs Abſchieds/ auch aufferlegen vnnd bevehlen/ ob jemandt/ wer der were/ wider ſolchen Religion/ vnd gemeinen frieden beſchwerdt were/ oder künfftiglichen beſchwert vnd betrübet werden wolt/ Daß auff der beſchwerdten anruffen mit ertheilung gebürlicher rechtmeßigen hulff/ ſie ſich fürderlich vnd gleichmeſſig erweiſen ſollen. Wie wir dann als Römiſcher Keyſer vnnd das Oberhaupt im Heiligen Reich/ meniglichen auch bey ſolchem Religion vnnd gemeinen frieden vnſerm tragenden Keyſerlichen Ampt gemeß zu ſchützen vnd zu handthaben/ ſo viel jmmer Menſchlich vnnd möglich gewilt/ auch urbütig nichts ermangeln/ oder ahn vnſerm getrewen/ ſorgfeltigem fleiß abgehen zu laſſen/ Damit ruhe/ fried/ einigkeit vnnd ſicherheit/ im heiligen Reich erhalten/ vnnd menniglichen bey dem ſeinigen gehandthabt werdem möge. Quæ ergo, qualiſque illa religionis pax, in Imperio ſtabilita ſit, utque ſolemniter ab Imperatore promiſſa, & Imperii Principibus Statibuſque toties confirmata, quamque ſub illis Proteſtantium religioni & cauſæ certum magnumque adverſus oppreſſores debeat eſſe patrocinium, liquet. Scio nonnulla à Ieſuitis, aliiſque pacis inimicis adverſus illas Pacificationes, præſertim adverſus Paſſavienſem, oggeri, ſed quæ quam vana ſint, tum quanto Imperii totius, & Principum conſenſu, etiam ex multorum Theolog. Pontificiorũ ſententia, factę illę pacificationes ſint, vide quoq; apud Iohan. Gerhardi, in *Confeſſ. Cathol. lib.* 1. *cap.* XIX. (opere, quod (meo quidem judicio) in controverſiis & diſputationibus Pontificiis, multa nos omnes in ſcribendo levat opera). Iam verò opponat ſe Papa, ringatur rumpaturque, nobis in Imperatoris fide, & Imperii Comitiis, poſt Deum, ſatis præſidii, quouſque juri locus erit. Atque, quod ad pacem poſtremam Oſnabrugenſem, ſic eſt, liberum ibidem religioni noſtrę ſtabilitum exercitium, omni modo. Id eſt, quum libertas religionis ſit vel *conſcientiæ*, vel *exercitii*, & hujus aut *privati* in ſuis cuique domibus, vel *publici*, illa omnis pace nuperâ in Imperio admiſſa, utinam modo ſervetur, & non tantum Papalis improba auctoritas & machinationes effici-

ficiant, ut ſimul iterum religio & pax profligentur: gemina etenim illa ſunt, & quantum religioni, tantum paci vel conſulitur, vel officitur. De libertate *conſcientiæ* res eſt manifeſta, *art.* v. §. 12. *Placuit porro ut illi Catholicorum ſubditi Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ut & Catholici Auguſtanæ Confeſſionis ſtatuum ſubditi, qui Annno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto publicum vel etiam privatum Religionis ſuæ Exercitium ulla anni parte habuerunt, nec non qui poſt pacem publicatam, deinceps futuro tempore diverſam à Territorii Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patientur, & conſcientia libera domi devotioni ſuæ, ſine inquiſitione aut turbatione, privatim vacare, in vicinia vero ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſuæ Religionis ſcholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtruendos committere non prohibeantur.* Pro libertate *exercitii*, & primum *privati*, id eſt, quod in ædibus privatim intra domeſticos parietes inſtituitur, ita enim hoc explicatur in ipſis articulis, art. IV. in cauſa Auguſtanæ Confeſſionis in Palatinatu: *Caeriſque id deſideraturis Auguſtanæ Confeſſionis exercitium, tam publice in templis ad ſtatas horas, quam privatim in ædibus propriis, aut alienis ei rei deſtinatis, per ſuos aut vicinos verbi divini Miniſtros peragere liberum eſto.* Pro illo *privato* (inquam) religionis noſtræ per Imperium exercitio, eſt art. v. §. 12. *Hoc tamen non obſtante, Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli & Subditi cuiuſcunque generis qui ſive publicum ſive privatum Auguſtanæ Confeſſionis exercitium Anno 1624. quacunque anni parte, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt.* Quo ad *publicum* exercitium: licet iſtud frequentare in alieno territorio, uti ex allegatis modo apparet. & §. 13. ejuſdem art. nobilibus Sileſiis permittitur, *ut Comites, Barones & Nobiles, illorumque in prædictis Sileſiæ Ducatibus ſubditi, ob profeſſionem Aug. Conf. loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Conf. exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare, modo in reliquis*

quis tranquille & pacifice vivant; ſeque tales praſtent, quales erga ſuum ſummum Principem decet. Quin neque ob religionem noſtros homines ulla in re poſtponendos eſſe, verum in juribus, beneficiis, officiis civilibu, & omnibus denique rebus juxta cum aliis habendos, decernitur, idque juxta veterum Comitiorum, ac pacis de religione ſententiam, art. v. §. 12. *Sive autem Catholici, ſive Auguſtanæ Confeſſionis fuerint ſubditi, nullibi ob Religionem deſpicatui habeantur, nec mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, aliiſve juribus aut commerciis, multo minus publicis cæmiteriis, honoreve ſepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à ſuperſtitibus exigatur, præter cujuſque Parochialis Eccleſiæ jura, pro demortuis pendi ſolita, ſed in his & ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali juſtitia protectioneque tuti.* Secundum quam legem profectò haud decet, Proteſtantium religioni addictis, ob ſolam religionis cauſam, jus civium in locis ubi ipſi & Parentes ipſorum nati, vi auferre, niſi pactis hiſce aperte contraire, & jus illud quod natura dedit, infringere velimus: etenim *cives origo facit. C. de Incol. l. 7. & D. ad muncipiat. l. 1. pr. & §. qui ex duobus.* Hinc in Pacis articulo III ſtatuitur, ut poſt *univerſalis & illimitatæ amneſtiæ fundamentum,* omnes in eum utrimque ſtatum reſtituantur *in ſacris & profanis, prout ante diſtinctionem gaviſi ſunt aut jure gaudere potuerunt, non obſtantibus, ſed annullatis quibuſcunque interim in contrarium factis mutationibus.* Et art. IV. *quo ad perſonas & bona in eum vitæ, famæ, honoris, conſcientiæ libertatis Jurium & privilegiorum ſtatum, quo ante dictos motus gaviſi ſunt aut jure gaudere potuerunt, utrinque reſtituuntor, nec eorum perſonis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accuſatio intentator, multo minus ulla pœna, damnumve quocunque prætextu irrogator.* Atque ita civium inter ſe pax & concordia tam quoad religionem, quam quoad politica firmata eſt. art. V. §. 11. *Neutrique partium alteram de Religionis ſuæ exercitio, Eccleſiæ ritibus & cæremoniis deturbare fas ſit, ſed cives pacifice & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis ſuæ & bonorum*

uſum

uſum, ultro citroque habeant. ſeq. *inſuper majoris concordiæ inter Status conſervandæ cauſa, cautum fuerit, quod nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere eave cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illiſve ulla ratione patrocinari debeat.* Quare pax hæc Germaniæ non ſolum politica eſt, ſed quoque religionis pax appellatur, in ipſis adeo articulis. art. v. §. 15. vermög jetztbeſagtes religions friedens. alioſque de religionis concordia tractatus anteriores confirmat, atque infractores illorum coercendos cenſet, §. 17. *Vtriuſque Religionis Magiſtratus ſevere & rigoroſe prohibeat, ne quiſquam publice privatimve concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Tranſactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc imprimis ſive declarationem, ſive Tranſactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit, irritum eſto.* Omnia quouſque de religionis ſumma conveniatur, vel ſi hoc non ſit, nihilominus pax religioſe ſemper cuſtodiatur. art. v. §. 1. *donec per Dei gratiam de religione ipſa convenerit.* §. 3. *uſquedum de religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit* &c. *Si vero quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hac conventio perpetua ſit & pax ſemper duratura.* §. 9. *donec controverſiæ religionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur.* & §. 12. 16. Hic autem habet Papa quod agat, ſi quid agendum ſibi in communi hoc Chriſtianiſmi negotio exiſtimet, videlicet ut experiatur religionis inter partes hactenus adeo inimicas compoſitionem & concordiam. Fruſtra ego arbitror hic ab aliis multis laboratum eſſe, quandiu non ipſe Papa huic operi accedit, & tum à ſe, tum de ſe illius exordium ſumitur. Quid de Papiſmo loqueris aut conciliando nobiſcum, aut emendando, & hic multum moleſtiæ facis tum tibi, tum aliis, donec ipſum Papiſmi caput & fundamentum, Papa videlicet, idem non agitat conſilium, vel probat? donec ne hoc quidem annuit Papa, quod verum neceſſariumque, tum ad componenda religionis diſſidia, tum ad orbis atque,

que Imperii pacem judicant Imperatores, ut à perſequendis propter religionem Proteſtantibus, vel vexandis iis abſtineatur? Bene obſervavit in præfatione ad auguſtam temporis ſui hiſtoriam Ampliſſimus Thuanus, Ferdinandum ſapientiſſimum principem, poſtquam maxima ac periculoſiſſima ſub Carolo v. Fratre bella duxiſſet, experientiâ tandem didiciſſe, arma adverſus Proteſtantes ſumta hactenus male ceſſiſſe: quare & religionis pacem ſolenni decreto ſancitam repetitis vicibus poſtea confirmarit. Vnde Thuani, ad Regem Henricum IV. cui opus ſuum nuncupabat, ibi ingenua illa vox: *bellũ non eſſe legitimum modum tollendæ ex Eccleſia ſciſſuræ.* quæ illa præfatione tractavit Auctor, ex voto, quo id futurum illius argumentum, ſi quando partem operis ederet, jam ante ab eo Caſaubono ſignificatum, hic refert epiſtola, quæ inter epiſtolas Caſauboni eſt CCLVII. Fuit hic Thuanus ejuſdem cum Caſſandro, & Balduino, de religione ſententiæ, quo nomine illos dilaudat in illa ſua præfatione, & *lib.* XXVIII. in hiſtoria Colloquii Poſſiaceni; & *lib.* XXXVI. ubi de exceſſu Cæſaris Ferdinandi: & Claudium Eſpencæum, *lib. L.* Eo uſque ei accedebat Caſaubonus, ut, ſed in Eccleſiæ noſtræ communione poſitus, ſolum cavenda extrema, diceret, ſequendamque priſcę Eccleſiæ ſententiam & conſenſum, in eoque figendos concordiæ utrimque limites. Vide ejus prę-fationem *in Polybium*, *& epiſt.* CCXL. & CIV. CCXXI. CCLXIV. CCCXVI. CCCLXVIII. Cæterum quam diſplicuerint Pontificiis & hi ipſi, variis ex ſcriptis obvium: & Rivetus in fine *Animadverſ. in Grotii Caſſandrum*, inde quoque probat, quod ſibi relatum ait, Caſauboni epiſtolas Romæ nuper eſſe prohibitas; de quo quoſcunq; volo certos eſſe, ex ipſa quę penes me eſt Bulla, quæq;, quia non omnibus patet, & continet tamen quę ſcire multorũ interſit, hic exhibebimus, ubi de Paparum
„Bullis agimus. Decretũ Sacræ Congregationis Eminentiſſi-
„morum & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium
„à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papa VIII. Sanctaque Sede A-
„poſtolica, Ad Indicem Librorum, eorundemque permiſſio-

 nem,

,,nem, prohibitionem, expurgationem, & impreſſionem ,,in Vniverſa Republica Chriſtiana ſpecialiter Deputatorum ,,ubique publicanda. I. *Decretum*. Sacra Congregatio In- ,,dicis infraſcriptos Libros ut damnatos ac prohibitos pu- ,,blicari cenſuit; ſicuti præſenti Decreto eos damnat, ac ,,prohibet: mandans omnibus,& ſingulis cujuſcumque gra- ,,dus,& conditionis ſub pœnis in Indice Librorum prohibi- ,,torum contentis,ne ullus in poſterum eos imprimere,lege- ,,re aut quovis modo apud ſe retinere audeat;& ſi quis aliquos ,,illorum habuerit,ut ſtatim omnes à præſentis Decreti noti- ,,tia locorum Ordinariis, aut Inquiſitoribus conſignet. *Libri* ,,*autem ſunt:* ἀσυλία, hoc eſt, De Iure Aſylorum Tractatus lo- ,,cupletiſſimus, Auctore Georgio Ritterſhuſio, Conradi F. ,,Della Communione con Ieſu Chriſto nell' Euchariſtia.Con- ,,tra i Cardinali Bellarmino,e de Peron,Trattato di Giovan- ,,ni Meſtrezat Miniſtro della parola di Dio nella Chieſa di Pa- ,,rigi: Tradotto da lingua Franzeſe in volgare Italiana, per ,,Vincentio Paravicino, Miniſtro della parola di Dio nelle ,,Chieſe Bondo,e Caſteſegna in Bregaglia. Declaration du ,,Francois Clouet,cy-devāt appellè Pere Baſile de Rouen,oû ,,il deduit les raiſons qu'il a eües de ſe ſeparer de l'Egliſe Ro- ,,maine,pour ſe renger à la Reformèe.Divina Sapientia Arte ,,constructa ad Cognitionem,& AmoremDei acquirendum, ,,Auctore Ioanne Blanco,Medicinæ Doctore Niceno.Edonis ,,Neuhusi Fatidica Sacra, ſive De divina Futurorum Præ- ,,nunciatione, lib. II. Iohannis Cluveri opera omnia. Iſaaci ,,Caſauboni Epiſtolæ, quotquot reperiri potuerunt. Adje- ,,cta eſt Epiſtola de morbi ejus mortiſque cauſa: deque iiſ- ,,dem narratio Raphaelis Thorii. De Manu Regia Tractatus ,,Gabrielis Pereira de Caſtro. Il Miniſtro di Stato del Signor ,,de Silhon: Traſportato dal Franceſe per Mutio Ziccarta. ,,Paradiſus Carmelitici Decoris, Auctore Marco Antonio ,,Alegere de Caſanate. Il Prencipe Nigello,di Guid' Vbaldo ,,Benamati. Preuves des Libertez de l'Egliſe Gallicane. Ste- ,,phani Bauny Moſomenſis Theologia Moralis. Ejuſdem

Som-

Digitized by Google

„Somme des Pechez, qui ſe commettent en tous eſtats. Pra„tique du Droict Canonique. Storgæ Salicee, id eſt, Epi„ſtola, in qua Pater Orthodoxus Filium Papiſtam reducere „conatur, Authore Stephano Gabriele Eccleſiæ Ilantinæ in „Griſeo Rhetorum Fœdere Miniſtro. Tractatus de Suppli„catione ad Sanctiſſimum à Litteris, & Bullis Apoſtolicis ne„quam, & importune impetratis. Et de earum Retentione „interim in Senatu. Authore Franciſco Salgado de Someza. „Traictez des Droits, & Libertez de l'Egliſe Gallicane Par „M. Pierre Pithov. In quorum fidem Manu, & Sigillo Emi„nentiſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Cardinalis Pii Sacri „Collegii Decani præſens Decretum ſignatum, & munitum „fuit, Romæ die 26. Octobris 1640. C. Epiſc. Hoſtien. „Card. Pius. Loco Sigilli. *Fr. IB. Marinus Ord. Præd. S. C. Secr.* Ad Thuanum, ſimilis cũ eo de religionis diſſidiis ſententiæ, in Gallia præſertim, plures eſt reperire; & ſi Vtenbogardo credimus, in *hiſtoria vitæ ſuæ cap.* XVI. & XVII. Archiepiſcopus quoque Rothomagenſis; quoſque *politicos* appellant. Thuanus lib. XLIV. ad a. CIↃ IↃ LXVIII: denominationis illius ponit originem, eaque denotatos ſcribit optimates, pacis ſtudioſos, *qui majorum religionem amplectuntur*, inquit, *ſed à turbis & factionibus, & proinde à Lotharingorum partibus alieni ſunt*: quales memorat inter Proceres quidem, Carolum Cardinalem Borbonium, Michaelem Hoſpitalium Cancellarium, Momorantios. Hæc ille ad Condæi litteras, quas ad Regem Carolum IX. diſceſſus ſui ex aula cauſas expſicaturus, iſto anno dedit, quarumque ſummam Thuanus, ſed eas integras exhibet Auctor *Commentariorum de ſtatu religionis & reip. in Gallia ſub Carolo* IX. *part.* III. Verba Condæi Principis in epiſtolâ erant: *tum & eos, qui Romanam religionem ſequuntur, nec illorum* Lotharingorum *partibus favent* quos *politicos vocant, quod pacis tranquillitatiſque ſtudioſi, turbarum ſint hoſtes*. vide Thuanum quoq; *lib.* LII. ad a. CIↃ IↃ LXXII. & *lib.* LVII. ad a. CIↃ IↃLXXIV. A. Caſſandri partibus plures olim ſtabant, Wicelus, Metellus, Hopperus (de quibus nonnulla in epiſtolis illuſtrium Belgarũ) &

 quod

Digitized by Google

quod inſtar prodigii non immerito cenſet Dan. Heinſius, in ſua ad illas epiſtola præfatoria, Ximenius, Hiſpanus & Theologus. De Andrea Fricio Modrevio hoc eſt judicium Vorſtii, antequam hic apoſtataret, in Apol. pro Eccleſ. adverſ. Monaſterienſis, pag 240. quod *politicus magis quam Eccleſiaſticus eſſet.* Marcus Antonius de Dominis utramque Eccleſiam, Romanam & Reformatam conferebat navibus quæ in omnibus, præterquam in ſola pyxide, conveniebant: *utraque* (dicebat) *religio in præcipuis eſſentialibus ac fundamentalibus eadem, utraque Chriſtum habent pro Domino ac Mediatore, utraque idem baptiſma &c. Diſcrimen Romanenſium navium ac Reformatarum non eſt in fundo aut in rudentibus, ſed duntaxat in pixide. Romana hæc navis, vas ſatis probum bene ædificatum, non putre, neque in fragmenta & fruſta defluens, apprime inſtructa malis, funibus ac rudentibus, ac anchoris, Luculentam mappam hydrographicam habet, vectores, ac milites omnes pariter ſub eodem vexillo ſunt, eundemque imperatorem ſolum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum habent. Atque nullum diſcrimen inter hanc navem & reformatam. Vnicam tamen differentiam præcipuam animadverto: ex qua naſcuntur & oriuntur quamplurima & alia diſſentanea ac pugnantia, nimirum, gubernatorem navis qui clavum tenet Romanæ navis repudiaſſe ordinariam pixidem & reliquiſſe praxin & uſum mappæ hydrographicæ, & receptæ, unde eſt quod vertigine quadam, è ſuo cerebro novam chartam procuderit, pixidem ſibi duntaxat propriam, falſam, & ineptam effinxerit, quæ polum nequaquam intuetur & cujus lingula magneti infecta non eſt.* Hæc in Concione, quam Lond. habuit Ital. a. cIↄ Iↄ cxvII. atq; a. præc. cIↄ Iↄcxvi. in conſilio ſuæ profectionis vel diſceſſus ex Papatu, jam delinearat; ſed haud probe iſta. Tranſeo quæ adverſus Caſſandrum, Milleterium, Grotium, ſimileſque tum Noſtri tum alii copioſe dixerunt, neque vel de ſyncretiſmo aut unione utriuſque Eccleſiæ, noſtræ & Romanæ, aut intempeſtivo illorum qui combinare iſta allaborant, ſtudio nunc ago, qui vulgo quantum utriſque placere cupiunt, tantum & diſplicent; uti de Minæis vel Nazaræis ſui ſæculi Hieronymus loquitur,

Digitized by Google

in epiſt. ad Auguſtinum, *dum volunt & Iudai eſſe & Chriſtiani, nec Iudai ſunt nec Chriſtiani.* Nam præterquam quod articuli & dogmata Papatus in Concilio Tridentino ita formata ſtudio ſint, ut quam maximè ab omni convenientia abeſſent, neque ulla rima concordiæ eſſet reliqua, quam iſtis temporibus aliquando agitatam vehementer horrebant Patres; unde Auctor hiſtoriæ Conc. Trid. lib. 11. pag. 229. de Vega, & ejus ſuper negotio liberi arbitrii ſententia ſermonem inſtituens, inquit: *Et quamvis ille diceret omni ſtudio in concordiam incumbendum, ab eo tamen abhorrebat Patrum auris atque animus, quibus grave cauſa prajudicium quodammodo videbatur, ullam è controverſiis poſſe reconciliari.* Quo magis fruſtra illi ſunt, cætera magni ac doctiſſimi viri, qui conciliationem quærunt in doctrina, tam diligenter adverſus omnem reconciliationem, & *rimam concordia*, ut idem Auctor loquitur. *pag.* 211. conſtituta; quamque conciliari poſſe magnis clamoribus denegant Papiſtarum præcipui: Bellarminum vide *lib.* 111. *de Laicis, cap.* XIX. Hoſium, (utrumque Cardinalem) *epiſt. ad Sigiſmundum Polonia Regem*, quæ eſt epiſtolarum ejus CXXXIV, ne alios dicam. Vnde noſtris iſtiuſmodi compoſitiones cum irreconciliabili Roma, (quas dum aliqui moliuntur, non duas combinant Eccleſias, ſed aliam tertiam ex ſuo cerebro, qualis nempe ipſis videatur utramque eſſe debere, formant, quãvis à neutra parte agnitam & comprobatam) haud immerito ſemper ſuſpectæ fuerunt. Melanchton, ut hunc ſolum nominem, eoque mavis quo ab henoticis illis in ſuas aliquando partes trahi ſolet, Teſtamento ſuo, quod a. cIↄ Iↄ XLc ompoſuit, poſtquam longo rerum uſu didiciſſet qu am vanę eſſent plerumque religionum conciliationes: *Erunt etiam fortaſſis* inquit *nova dogmatum conciliationes ſophiſtica poſt hanc atatem, ubi reſtituentur veteres errores nonnihil fucati, & ha conciliationes corrumpent doctrina puritatem, qua nunc traditur. De his quoque pramoneo meos, ne ſophiſticas conciliationes approbent.* Adde Pezelium, *part.* VII. *argum. Melanth. pag.* 607. Preter illa, inquam, niſi concordiæ omnis ratio, quam commendant pa-

 cis

Digitized by Google

cis nuperæ articuli, à Papa ipſo aliquando incipiat, fruſtra eſt quod in illa reperienda alii occupentur, & quouſque non ſaltem eo deſcendit ille, ut quod Imperatores cenſent omnino ad pacem inter homines colendam neceſſarium eſſe, hoc ſuper negotio pacis religionis, omnino approbet, jubeo omnes ab opere ſyncretiſmi in religione tentandi otioſos eſſe ac feriari: nam & hinc factum ut in fumum abierint quæcunque alii de componendis religionis diſſidiis multo ſtudio dixerunt, quod Papæ ea non probarentur, vel à Papa non prodiiſſent, religionis Papalis ſummo ſc. arbitro. Alterutrum, qui de concordanda utraque religione ſunt acturi, vel Papam comprehendunt una, vel excludunt. Ni in limine profiteantur ſe Papam ſecludere, & donec ab ipſo pendent, niſi ipſe articulos compoſitionis cudat & probet, emendationemque à ſe ipſo inchoet, quod hactenus neutrum egit, facturus num ſit aliquando, dubitent alii, ſagacior mecum quiſque, haud credit, nihil quidem perfici fructuoſi aut ſolidi poterit. Abjurato autem prius Papa, ejuſque obedientia, tum, ſi quando, fieri aliquid hac in re utile atque laudabile, præſertim loco illius conſtituto unico ad res fidei & religionis gnomone S. Scriptura, poſſet. Politici autem hac in parte Papis longe meliores ſunt & religioſiores, qui & cogitant nonnunquam de ineunda in religione diſſidiorum compoſitione, quod in regno Poloniæ nuper Conventus Thorunenſis a. cIↄ Iↄ cxlxv. præ ſe tulit; & denique omnium curæ commendavit & ſtudio nupera Germaniæ pax Oſnabrugenſis: Verùm ad pacem quantum confert Imperium, conferunt & politici, tantum adverſatur unus Papa. Imperatores pacem religionis ſaltem *politicam* ſanciunt, dum *Eccleſiaſticam* non poſſunt, nam duplex poteſt eſſe, politica, & Eccleſiaſtica; Papa nec hanc, neq; illam fert, ſed utriuſque æque eſt inimicus & adverſarius. Iubent pacis articuli, ut ſtudium ſuum huc quiſque conferat, ut poſt politicam religionis pacem, id eſt ut tres iſtæ vel duæ religiones, Proteſtantium Euangelica, & Romana una habitent in Imperio, & æqualibus fruantur privilegiis, tandem

etiam

etiam ratio inveniatur pacis quod ad religionem Eccleſiaſticæ, pro majori utriuſque in unum coadunatione in religione & Eccleſia; eo magis, quo ſatis compertum hodie verum eſſe, quod rerum politicarum experientiſſimus & illuſtris vir Ludovicus Camerarius haud ita pridem ſcripſit, in præfat. Epiſtolarum Huberti Langueti, à ſe editarum: *cuncta bella quibus hoc infauſto ſæculo noſtro Chriſtianus orbis concuſſus eſt, à perſecutionibus religionis cauſa ſuſceptis originem ſuam traxiſſe.* Facileque præſagiendum, ex eodem fonte & pacis rupturam primo ſequuturam, & bella alia. Negotium vero pacis religioſæ deceret Papam quidem primum capeſſere atque adoriri. Iubet Imperium, ut pacis fœdera ab omnibus cuſtodiantur, utque nullus ſe audeat ei opponere vel obloqui; & poſt ratam pacem Cæſar denuo a. præcedente cIↄ Iↄ l.d.xxvII. Iunii omnia *attentata, diſputationes, conciones aliaſve contraventiones* contra concluſionem & inſtrumentum pacis ſub gravi pœna prohibuit: quæ tantum abeſt, ut confirmet pro officio (ſi quod ejus ſit officium) Papa, ut maxime quidem ipſe tranſgrediatur. Olim a. cIↄ IↄlxxiII. d. II. Oct. Imp. Maximilianus II. pacem religionis, adverſus Doctoris Georgii Ederi libellum turbulentum ac ſeditioſum quamvis pro fide Romana adverſus Proteſtantes ſcriptum, ita tuitus eſt, ut tali decreto Auctorem iſtum, eundemq; aulicum ſuum notarit, unde exemplum nunc ſumat Ferdinandus Imp. quid in ſimili caſu agendum ſibi ſit. decretum ita habet: *Sacra Cæſarea Majeſtas Conſiliario ſuo Aulico Georgio Edero*, I.V. *Doctori, ſignificari juſſit. ſuam Majeſtatem in libro, quem ſuæ Majeſtati nuper offerri voluit, moleſtiſſime & indignantiſſime ferre nimiam ejus vehementiam, acerbitatem & immodeſtiam, injurioſaque verba in multos Imperii Status ac perſonas, inprimis autem Auguſtanæ Confeſſionis ſocios, quorum non modo religionem & confeſſionem, ſed ſtatum quoque, honorem & dignitatem graviſſime læſerit; injuriaverit ac condemnarit: quum tamen & ipſi & omnibus notum ſit atque conſtet, quanto zelo, labore ac ſollicitudine tam Majeſtatis ſuæ majoris laudatiſſimi, quam ipſa etiam ſua Majeſtas, tot jam annos in omni-*

omnibus Imperii Comitiis ac Congregationibus ſemper intenti fuerint, ut quod à communibus etiam Imperii Statibus in Pace religionis & alias ſalubriter accordatum & conſtitutum eſt, nemo alterum in honore, dignitate, ſtatu, conſcientia, aut alio quocunque modo, taxet, moleſtet, offendat, lædat, calumnietur aut injuriet: id quod ſua Majeſtas non modo in Imperio, ſed Regnis quoque & Principatibus hæreditariis ſumma ope hactenus nixa fuerit, ut diligenter & exacte obſervaretur. Quapropter ſacra Cæſareæ Majeſtati liber ille à Doctore Edero editus ſummopere diſplicet, & diſgratiſſimus eſt: nec ea ſibi perſuadere poterat, tantam imprudentiam, audaciam & immodeſtiam in eum cadere potuiſſe, qui tanto tempore ſuæ Majeſtatis Conſiliarius in Aula extiterit quippe cui præ cæteris cognitum ac perſpectum eſt, ne ſummos quidē homines, nedum Majeſtatis ſuæ Conſiliarios decere, contra Majeſtatis ſuæ & ſacri Imperii Conſtitutiones & pacem religionis, atque adeo ſuæ Majeſtatis in Imperio factam ſeveram ordinationem, quidquam tale vel in ipſis ſuis hæreditariis terris publicandum curare, & quæ ſequuntur. extat integrum apud Goldaſtum *Conſtitut. Imperial. Tom.* III. Quarto, quod Proteſtantibus Papa invidet libertatem exercitii religionis, locaque pro ædificandis hunc in finem templis, non tantum incurrit in ſtatum Imperii, ubi, quemadmodum oſtendit Dux Caſimirus in *Declaration ſur le poinct de Gebhard Archeveſque de Cologne*, aliique qui de pace religionis in Germania ſcripſerunt, liberum exercitium religionis unicum eſt medium ſtabiliendę certæ in Imperio pacis, atque unionis; verum nec alibi, in Regno Galliæ auditur: ſiquidem ęquum & neceſſarium judicant orbis Principes, Reformatis illa neutiquam denegare. In Gallia quidem ab a. CIↃ IↃ LXI. edicto Caroli IX. d. XVII. Ianuarii, quod inde Ianuarium appellatum fuit, atque iterata juſſione ad Parlamentum Pariſienſe Rex promulgari, ſervarique *inviolabiliter atque ſine infractione*, (uti in litteris ſuis loquitur) juſſit, pacem religionis Reformatis primum decretam. Iterum edicto Martii quod appellant, a. CIↃ IↃ LXII. d, XIX. iſtius menſis. edicto a. CIↃ IↃ LXIII. d. XIV. Decembris. Alio, a. CIↃ IↃ LXVIII. d. XXIII. Martii. quo confirma-

tum

tum edictum pacificationis, uti illud appellatur, anni cIↄ Iↄ lxii. die xix. Martii, cujus articulus primus ita habet: *A ſcavoir Que tous ceux de la Religion pretendue reformee, jouiſſent dudit Edict de pacification purement & ſimplement, & qu'il ſoit executé en tous ſes poincts & articles ſelon ſa premiere forme & teneur, levant & oſtant toutes reſtrictions, modifications, declarations & interpretations qui ont eſté faites depuis le jour & date d'icelui juſques à la publication de ces preſentes.* Edicto a. cIↄ Iↄ lxx. d. xi. Auguſti, quod *edictum perpetuum* dicitur, & *irrevocabile.* Iterum a. cIↄ Iↄ lxxxiii. d. xi. Auguſti. A Rege Henrico iii. a. cIↄ Iↄ lxxvi. d. xiv. Maij, *edicto perpetuo & irrevocabili.* Alio, a. cIↄ Iↄ lxxvii. menſe Septembri, *edicto* item *perpetuo & irrevocabili.* A. cIↄ Iↄ lxxxi. d. xxvi Ianuarii, tum præcedentia edicta tum articuli Neracenſes, ſuper eodem negotio concluſi (a. cIↄ Iↄ lxxix ult. Februar. inter Reginam matrem Catharinam, & Regem Navarræum Henricum, alioſque Religionis Reformatæ deputatos) fuere confirmati, ampliati, & declarati, ut habet Edicti titulus. A Rege Henrico iv. a. cIↄ Iↄ xcii. menſe Iulio, edicto Nannetenſi. A. cIↄ Iↄ xcix. d. xxv. Februar. *edicto perpetuo & irrevocabili, par edict perpetuel & irrevocable.* Poſt cædem Regis, à Regina matre a. cIↄ Iↄ cx. Iterum à Ludovico Rege, in regiminis ſui primordiis. Quæ omnia tum neceſſitatem, tum æquitatem ejus confirmant, quod in Imperio, & pace Germaniæ adeo offendit Papam, vid. non aliter pacem haberi poſſe quam decreta pace religionis, & Proteſtantibus conceſſa exercitiorum Sacrorum libertate. Nam & Reges Galliæ in illis ſuis edictis hanc cauſam adferunt, quod fruſtra alio modo, & ſevera perſequutione rē agere publicam conati hactenus fuerint. In primo edicto a. cIↄ Iↄ lxi, Carolus Rex: *quelques remedes que nos Predeceſſeurs ayent tenté pour y pourvoir, tant par la rigueur & ſeverité des punitions.* In edicto anni cIↄ Iↄ lxii. *voyant neantmoins que tout le mal & inconvenient que ſort de ceſte guerre, tourne à la diminution & dommage de noſtre Royaume: & ayant experimenté, avec noſtre grande perte, tel remede n'y eſtre propre ne convenable.* Edicto a. cIↄ Iↄ

LXVIII. *prevoyant la deſolation qui pourroit ci apres advenir, ſi par la grace & miſericorde de noſtre Seigneur leſdits troubles n'eſtoyent promptement pacifiez.* Henricus III. edicto a. CIↃ IↃ LXXVII. *nous ayant l'experience en noſtre Majorite de vingt-cinq ans fait cognoiſtre, que de la continuation des armes & de la guerre ne peut provenir le bien que nous avons tant deſideré & procure.* Vbi ergo Imperatores & Reges experimento ſe doctos fatentur ne armis & bellis rem hanc ulterius agant, pacem vero religionis ſectandam omnino eſſe, & ultro citroque obſervandam, quis ille ſpiritus, qui Papam agitat adverſus Principes, & pacem; adeo e re publica, & communi Chriſtianorum omnium bono neceſſariam? Quare Rex Henricus IV. in inſtructione Perrono, anno. CIↃ IↃ XCV. d. IX. Maji data, pro impetranda lui cum Papa Romano reconciliatione, expreſſe injunxit, ne conditiones ullas admittent ſui, quæ Regi fo„rent turpes & nocivæ, qualis ſi cogeretur Rex bellum indi„cere Huguenotis, & hunc in finem revocare edicta per Re„ges Prædeceſſores ſuos pro pace regni facta. Noluit Rex, ut hiſce & talibus ſe ullo pacto immiſcerent Legati, gnarus quam illa Reip. neceſſaria ſint ut nunquam turbentur, & quibus evertendis tamen, cumque iis omni reip. & regno, aſſidue, incumbat Papa. Vnde & Perronus poſtea Papæ Paulo V. ſatagenti, pro innata Papis turbandi libidine, Regem adverſus ſubditos ſuos Religionis Reformatæ inſtigare, ob oculos poſuit, quod per bella civilia partes Reformatorum in regno ſemper fuiſſent adauctæ & magis confirmatę: *la ou il avoit toujours fallu qu' à la fin de chaque rupture, il leur euſt donné plus de places de ſeureté, quils n'en avoient auparavant: d'autant que par la guerre civile, les Heretiques s'accroiſſoient de force & de party en France, pluſieurs des Catholiques ſe rangeants avec eux, & les Princes dehors meſme le fomentans:* Inter Perroni *legat. lib.* III. Deinde arcanum aliud politicum, ex quo in regno iſto neceſſarium ſit noſtros non plane opprimi vel exſcindi, quamvis hoc Papæ indeſinenter urgeant, promit Cl. vir Hubertus Languetus, epiſt. ad Camerarium, pag. 20. quæ pro-

proinde non gravabor hic adjicere: *factum eſt enim hic decretum (reclamante Pontifice & omnibus Eccleſiaſticis) quo permittitur Regi, ut ex bonis Eccleſiaſticis divendat reditus annuos centum millium coronatorum. Qui ejuſmodi fundos emunt (etiamſi noſtræ religioni adverſentur) nolunt nos in contentione de religione planè ſuccumbere, ne nobis oppreſſis, Eccleſiaſtici eos fundos ab ipſis repetant. Ego etiam exiſtimo eos qui jam rerum potiuntur, neutram partem velle plane opprimi, ne pars victrix ipſis præſcribat.* Prima libertas Noſtris conceſſa in Gallia fuit hęc ut extra urbes ſacra Noſtri ſua proſequerentur. Edicto Ianuarii, quod primum libertatis fuit, a. cIↃ IↃ lxi. art. iv. *Defendant ſur leſdites peines, à tous Iuges, Magiſtrats, & autres perſonnes, de quelque eſtat, qualité, ou condition qu'ils ſoyent, que lors que ceux de ladite Religion nouvelle iront, viendront, & s'aſſembleront hors deſdites villes, pour le faict de leur dite Religion: ils n'ayent à les y empeſcher, inquieter, moleſter, ne leur courir ſus en quelque ſorte ou maniere que ce ſoit.* Tum a. cIↃ IↃ lxii. Nobilibus conceſſum ſuis in ædibus ſacra recipere, & frequentare, pro ſe & ſuis, *avec leurs famille & ſujets.* Inde in urbes, & ſuburbia, ſpeciatim ad id deſtinatis & recenſita, in Edicto a. cIↃ IↃ lxx. art. viii. ix. cumque in finem datæ urbes obſides, à Reformatis ſervandæ, Rupella, Montalbanum &c. art. xxxix. Deinceps a. cIↃ Ic lxxvi. plena libertas data ubiq; locorum religionis, liberi exercitii, Scholarum, & Synodorũ Art. iv. *Et pour ne laiſſer aucune occaſion de troubles & differents entre nos ſujets, Avons permis & permettons l'exercice libre, public & general de la Religion pretendue reformée, par toutes les villes & lieux de noſtre Royaume, & pais de noſtre obeiſſance & protection, ſans reſtriction de temps & perſonnes, ne pareillement de lieux & places, pourveu qu'iceux lieux & places leur apartiennent, ou que ce ſoit du gré & conſentement des autres proprietaires, auſquels ils pourroyent appartenir. Eſquelles villes & lieux ceux de ladite Religion pourront faire preſches, prieres, chants de Pſalmes, adminiſtration du Bapteſme, & de la Cene, publication & celebration de mariages, eſcholes & leçons publiques, correction ſelon ladite Religion, & toutes autres choſes appartenans au libre & entier exercice*

Digitized by Google

d'icelle. Pourront auſſi tenir Conſiſtoires & Synodes, tant provinciaux que generaux. Hæc ſub Henrico III. Ejuſdem Edicti art. VIII. *Pourront leſdits de la Religion faire edifier & conſtruire des lieux pour faire ledit exercice excepté à Paris.* Atque hic ſtatutum, quod religio noſtra vulgo in Galliis appellatur prætenſæ Reformationis, art. XVI. *En tous actes & actions publiques où ſera parlé de ladite Religion, ſera uſé de ces mots, Religion pretendue reformee.* Quorumcumque locorum datur Noſtris libertas, etiam edicto a. cIↃ IↃ LXXVII. art IV. Conventus Neracenſis, art. II. Edictum A. cIↃ IↃ XCIX. Atque non ſolum publicæ domus egenorum, hoſpitalia, &c. vel ſcholæ noſtris hominibus promiſcue cum aliis oblatæ, edicto a. cIↃ IↃ LXIII. art. XVIII. *Les pauvres & miſerables perſonnes ſeront receues és aumoſnes publiques & hoſpitaux, ſans reſpect ni diſtinction de religion, pour y eſtre traittés & ſecourues en leurs maladies & neceſſitez, ſelon la charité qui nous eſt commande de Dieu, & qui ſe depart eſdits hoſpitaux ordinairement.* A. cIↃ. IↃ LXX. art. XV. *Ne ſera faite difference ni diſtinction pour raiſon de religion à recevoir tant és univerſitez, eſcoles, hoſpitaux, maladeries, qu'aumoſnes publiques, les eſcoliers, malades.* A. cIↃ IↃ LXXVII. art. XV. aliiſque; ſed & ad officia, dignitates, ſtatus, noſtri æq; cum aliis admittuntur. Edicto a. cIↃ IↃ LXX. art. XXII. *Et pour oſter toutes plaintes à l'advenir, avons declare & declarons ceux de ladite Religiõ capables de tenir & exercer tous eſtats, dignitez, & charges publiques, Royales, ſeigneuriales, & des villes de ce Royaume, & eſtre indifferemment admis & receus en tous conſeils, deliberations, aſſemblées, eſtats & functions qui dependent des choſes ſuſdites, ſans en eſtre en ſorte quelconque rejettez, n'empeſchez d'en jouir incontinent apres la publication de ce preſent Edict.* tum edicto a. cIↃ IↃ LXXVII. art. XIX. Quem in finem ipſæ ſupremæ Parlamentorum curiæ conſtitutę fuerunt ex noſtræ religionis hominibus partim, partim ex Pontificiis æquali numero. a. cIↃ IↃ LXXVI. art. XXIII. *Avons ordonné & ordonnons, qu'en noſtre Cour de Parlement de Paris ſera eſtablie une Chambre compoſee de deux Preſidens & ſeize Conſeillers, moitié Catholiques & moitié de ladite Religion.* atque ſimiliter per ſe-

ſequentes articulos, in reliquis Parlamentorum curiis, Tholoſano, Grenobilenſi, Burdegalenſi, Aquenſi, Dionenſi, Rotomagenſi, & Bretannico conſtitutũ. & confirmata edictis a. cIɔ Iɔ lxxvII. & cIɔ Iɔ xcIx. Quæ omnia non abs re fuiſſe quod diligentius rimati ſuimus, atque hic latius expli●uimus non ignorabunt, qui quantum in pace colenda tum Eccleſiis, tum quibuſcumque ſitum ſit, perpenderint. Multum etiam juvat uſuique eſt, ſcire quo pacto & quo fundamento pax religionis, præterquam in Imperio, alibi etiam, præſertim apud Gallos, quorum cum Imperio eandẽ nunc pacis cauſam tantis diris execratur Papa, conſtet. Vbi & id quoque obſervare licet, quod quemadmodum ſupra cum pace in Imperio ſancitum oſtendimus, ut ad eam bene ſervandam inhiberentur aliorum, & Concionatorum adverſus pacem oppoſitiones ac ſermones, idem hic à primo tempore factæ pacis ſtatutum fuiſſe edicto, a. cIɔ Iɔ lxI. art. xI. *Et en ſemblable à tous preſcheurs, de n'uſer en leurs ſermons & predications d'injures & invectives contre leſdits Miniſtres & leurs ſectateurs: pour eſtre choſe qui à juſques ici beaucoup plus ſervi à exciter le peuple à ſedition, qu'à le provoquer à devotion.* Vnde jam ſatis apparet, quam longe melius animati ſint plerumque politici, Imperatores, Reges ad pacem ſervandam, præ Pontifice Romano, dum illi omnia eò conferunt, & quæcumque adverſari poſſint impediunt, hic ſolus, cum ſuis, obluctatur, & neque pacem ſuadet aut facit, neque ab aliis factam, ſervari vult, aut probat. Auctor Vindicar. Gallic. adverſ. Alex. Patricium Armachanum, reſpondens Hiſpanis ſuccenſentibus, quod in Galliæ regno tuto degant Reformati: fi●es, inquit, *ſuadenda eſt, non imperanda, oratione quidem, non ferro, & docendo, non jubendo, monendo, non minando: Nemo Rex certè animis imperare poteſt; natura contumaces ſunt, & celeres planeque igneos habent motus, & in contrarium atque arduum eriguntur. Inquiſitores autem fides reſpuit Gallia, eorumque oculos horret & expavet, fictiones quippe ea res inducit, & per hos ſacros indagatores Hiſpani Reges plures purpuræ ſuæ quam Dei cultores efficiunt.*

Quinto, tanta quidem rei, quam agimus hujus noſtræ eſt æquitas, ut non in Germania ſolum Galliaque, de quibus diximus, ſed ubique terrarum, & apud nos in Belgio, Religio Reformata quam primum innotuit, patrocinium ſui apud quoſvis, apud Primores, apud adverſarios quamvis Pontificios, impetraverit: ſtimulante nempe ad id homines propria ipſorum conſcientia, religioni tam divinæ omnem concedendam eſſe, quà hominum conſcientiis, quà ſacris exercitiis, libertatem. Hoc, ſub avertenda à cervicibus animiſque ſubditorum ſacra Inquiſitione, & libertatis defenſione bene intellectum; & quemadmodum in bello noſtro diſtinguere fuit eos, qui in cenſu belli venebant, & qui id gerebant, apertius ac prius cauſa illa protegendæ religionis libertatiſque ab illis ſignificata & commendata fuit, quam his, & inter cauſas Belli plures erat iſta ſane non minima, quæ ex religionis oppreſſione oriebatur, non apud illos primum, qui à Reformatione Lutheri & Zwinglii, huic in noſtris terris addicti fuerant, ſed & antiquiores, Waldenſes, quos quantopere vexarit & à multis ſeculis in his ipſis regionibus oppreſſerit Papiſtica factio, & ut inde prima dolorum bellorumque poſtea ſecutorum initia repetenda ſint, abunde atque erudite docuit celebris vir, Boxhornius *Hiſtor. Belgic. lib.* 1. Iam uti neceſſe habebat Eccleſia, quemadmodum in ortu ſuo ſub Gentilibus, ita in Reformatione hac ſub Papatu, extra urbes primum convenire, & ſacra ſua celebrare, ita primus indultæ libertatis hic gradus fuit, quod ſupra etiam obſervavimus in Gallia, ut Noſtris liceret extra urbes ſacra ſua ſequi & frequentare. Illud a. CIↃIↃ LXVI d. XXVIII. Novemb. hac in urbe ita ſtatuit princeps Auriacus. Videlicet eo tempore ac anno, (quo referente Famiano Strada, Ieſuita „*Bel. Belgici lib.* VI.) ad audiendum Euangelium tanta vicano„rum præcipue paganorumque, dein oppidanorum etiam „multitudo, aviditate incredibili convolaret; ut ſemel in a„gro Tornacenſi facile ſuperaverint octo hominum millia, „frequentiore adhuc concione prope Inſulas confluxerint, ad

Ant-

,, Antverpiam vero una die tredecim, alterâ quatuordecim, ,,neque poſt multo ſexdecim millia exceſſerint. Antverpiæ quidem, ut eodem libro enarrat, *conciones nunquam infrequentiores quatuor hominum millibus habebantur.* ſcilicet illi *concionales* homines, uti eos alibi, *lib.* II *&* VI. appellitat. Hoc videlicet anno, in Belgio Reformatæ conciones publice cæptę, à Flandria Occidentali, inde per Orientalem, Brabantiam, Walloniam, Gelriam, Friſiam, Tranſiſulaniam, Hollandiam, Selandiam, Vltrajectum quoque: in campis primum, & agris, atque quia à vi ſibi & inſidiis Papiſtarum ubique metuebant, ſe via ſecum geſtare arma, quibus ſe communirent, defenderentque, cogebantur. Antverpiæ menſe Iunio, extra urbem primum, mox d. III. Iulii libello ſu[illegible]ce locum intra urbem habendis concionibus, multis gravibuſq; additis rationibus, poſtularunt, quę inſtante hieme impetrarunt; poſtquam cum Nobilibus Gubernatrix d. XXV Auguſti convenerat (quę Strada, uti alia quæ Noſtris favere videntur, Ieſuitæ, non hiſtorici fide, omittit) *art.* VII. ut quo loco jam frequentatæ eſſent conciones, permitterentur haberi, ſolum abſque armis & ſcandalo. Iuxta quod, ubivis locorum, in urbibus etiam, ubi XXV die Auguſti, vel antea habitæ palam conciones noſtræ, permiſſæ fuerunt. Quo tempore, & qua occaſione reſpondit Hiſpanię Regi Maximilianus Imp. mitiſſimi prudentiſſimiq; animi Princeps optimus, menſe Septembri ejuſdem hujus anni cIↄ Iↄ LXVI. (qui primus fuit impetratæ pro religione hic noſtrâ libertatis) non aliter agendum in religionis negotio eſſe, tum ſibi in Germania, tum Regi in Belgio, quam pacifice & molli per omnia via, non vi aut armis, atque juxta illam methodum ſe operam nomenque offerre ſuum, mediatorem ut ageret inter Regem & Belgarum populum, ad componendas hic exortas turbas & diſſidia. Quæ ſequenti anno ſimilia ſcripſit ad Gubernatricem Margaretam; denique iſtis ipſis pacificationis conſiliis immortuus fuit in Comitiis Rhenoburgenſibus a. cIↄ Iↄ LXXVI. Adeo neceſſarium ſciat Papa, Religioni Reformatæ ut ubique locorum conſtet ſua li-

Digitized by Google

libertas & ſecuritas. Ille etiam Maximilianus præcipuus au-
ctor fuit primę inter Regias Belgarumque, poſt Albani Ducis furias & devaſtationes, partes pacificationis tentatæ Bredæ a. cIↄ Iↄ lxxv. miſſis eò legatis ſuis, Comitibus Swartzenburg & Hohenlo, ubi Ordinum Hollandiæ Selandiæque, & aliorum Confœderatorum nomine libertas Religionis inter præcipua capita habita fuit, demumq; a. cIↄ Iↄ lxxvi. d. viii Novemb. inter Provinciarum Ordines, Gandavi concluſæ, quæ famoſa illa & celebris fuit pacificatio Gandavenſis: ubi *art.* v. edicta ante facta in cauſa hæreſis ſuſpenduntur, omniaq; quę exercitium religionis concernunt in Hollandia Selandiaq; rejiciuntur ad generalem Ordinum conventum, *art.* iii. quo de Reipublicę negotiis cõmuni ſuffragio ſtatuatur. Quippe diligenter ſemper, quicquid ſit de cæterarum in principio Provinciarum Ordinibus, Hollandiæ Selandiæque Ordines cautum voluere Religionis Reformatæ libertati & exercitio, cui illi aperte patrocinabantur, ita tamen ut in aliis articulis optime etiam convenirent cum reliquis Provinciis ad tutanda tum privilegia ſua, tum ad expellendos Belgio Hiſpanos. Vnde Hollandiæ Ordines ſcripſerunt ad Magiſtratum Amſteldamenſem a. cIↄ Iↄ lxxvi. d. xvii Decemb. quo eos ad ſe allicerent, in fœderis ſocietatem: nil cauſæ eſſe
,,cur à ſe mutuo diſſentirent, quin Hiſpanos cenſerent uti
,,& reliquæ Provinciæ omnes pro communibus Reipublicæ
,,hoſtibus, quos ab illis pro amicis haberi non credant.
,,Eſſe quidem diſcrimen aliquod inter ipſos de religione, ſed
,,non illud debere eos in partes trahere circa politiam, li-
,,bertatum jura, & communis patrię ſalutem. Ita palam diſcrimen hoc ſignificant, atq; ab ipſis præſtari patrocinium religioni Reformatę. Quod vero in iiſdem litteris additur: Or-
,,dines declarare, ſe ob cauſam religionis arma non ſumſiſſe.
Reſpondemus, id bene intelligendum eſſe de *primis* belli initiis, quod multa alia excitabant, pręter religionem. Deinde, quod non *ſolum*, vel unice cauſa religionis in arma protruſerit Patres, imo nec illa potiſſima hactenus cauſa. Tertio, non

ut

ut religionem ſuam armis *imperarent* ,vel conſcientiis vim imponerent , uti Pontificii hactenus egerant: quare nunquam „nobis animus fuit quempiam vexare in conſcientia ſua , vel „ad noſtram cogere religionem, abſit. Quod autem etiam Religioni noſtræ patrocinium , ubi illa agnita è turbis fuit , commodarint, hoc tempore ,& his ipſis litteris ſatis apparuit, & quod anno ſequente Harlemenſes art. 1. proprium templum Religionis Reformatæ exercitio ſtipulati fuerunt, templum Mariæ in Bakenes: Quod Auriacus ejus promotionem, inter alios articulos Theod. Sonoio Northollandiæ Gubernatori a. cIↄ Iↄ lxx II, imperarit: cui eidem quando teſtimonium ſui miniſterii perhibent Ordines a.cIↄ IↄlxxxvIII „ajunt , Principem bellum adverſus tyrannidem Hiſpani„cam ſuſcepiſſe pro defenſione veræ, Chriſtianæ, & Refor„matæ religionis , atque pro defenſione privilegiorum , ac libertatum patriæ. Omnes in id pariter conveniebant Ordines ac Provinciæ, ut patriæ jura defenſum irent adverſus exterorum Hiſpanorum oppreſſionem, atque ut hos patria expellerent : Hollandiæ Selandiæque Ordines , & qui iiſcum , cum Principe ſtabant,quoque Religionem Reformatam amplecti ſe , defenſam, promotamque velle ſignificabant. adeo bene inter ſe conveniebant omnes , niſi quod alii ulterius pergentes , ſupra cæteros providi , Religionis quoque reformationem , una cum Patriæ illâ , jungendam cenſerent. Quod vides in Vnione Vltrajectina a. Iↄ Iↄ lxxIx. art. xIII. additâ ejus etiam explicatione. Iuxta quam Reformatis , eodem a.d.xv, Iunii, conceſſa quatuor in urbe noſtra templa. Atque , ſive in articulis cum Archiduce Matthia pactis a. cIↄ Iↄ lxxvII. *art.* xv. ſive in plurimis aliis negotiis ; & edicto Ordinum Generalium a. cIↄ Iↄ lxxvIII. & pace religionis , ſub Archiduce erectâ Antverpiæ, a. cIↄ Iↄ lxxvIII. d. xxII. Iulii, qua & præcedentia Hiſpanorum de religione edicta tyrannica abolentur, & duabus religionibus, Reformatæ , ac Papiſticæ pax mutua , ſuſpenſâ omni in alteram vi armiſque , dataque libertate quocumque locorum , ubi centum ſint hu-

Digitized by Google

jus aut illius religionis familiæ, exercitii ejus publici, *art.* II. III. IV. prohibita utrimque calumniandi alterum, vel incuſandi leviter, aut lædendi famam nomenque, aliove quo pacto injuriandi licentiâ, *art.* XXIII. ſemper dico, & in quibuſcumque negotiis imprimis pacificatio Gandavenſis repetita, confirmata & ejus ratio habita fuit. Iamque Religionis Reformatæ profeſſio & patrocinium Hollandiæ Selandiæq; communi Ordinum cônſilio conceſſa: quum præter id, ſatis adhuc cauſæ ſupereſſet, licet ſacra Pontificia ſequi volentibus, ſive aliis, uniti ut permanerent pro patriæ bono ac ſalute, adverſus Hiſpanos: uti in præfatione pacis-religionis loquuntur Ordines; & in litteris ad provincias Walonicas, a. CIↃ IↃ LXXVIII. d. III. Martis: quæ Provinciæ hinc inter cætera ab Ordinibus deficiebant ac tumultuabantur, quod religionis Pontificię tenaciſſimę, viderent Reformatam ubique magno applauſu excipi & promoveri, ſub Ordinum & Principis ductu, ac moderata Archiducis gubernatione: præſertim offenſæ rebus Gandavenſium, in propinquo acrius reformantium. Eandem religionis libertatem propoſuerunt Ordines in pacificatione Colonienſi, *art.* XXI. a. CIↃ IↃ LXXIX. Et Duci Alenconio, a. CIↃ IↃ LXXX. d. XXIX Septemb. *art.* XII. XIII. obſervandam; de quibus quum in Deputatorum ex Ordinibus conventu Antverpię d. XIII. Ianuarii, ejuſdem anni ageretur, inter tria præcipua capita, propter quæ pugnatum hactenus ſit, illud ponitur, ut iniqua perſecutionum edicta tollerentur, ex adverſo autem exercitium Reformatæ religionis, quod ad pacem & communem tranquillitatem neceſſarium exiſtimabant, concederetur. Denique & hoc palam profeſſi ſunt Ordines Generales, in peremtorio illo quo Regem ejurarunt & depoſuerunt edicto a. CIↃ IↃ LXXXI. d. XXVI. Iulii. Ne jam dicam Eccleſiaſticas Synodos hiſce in regionibus jam tum aliquas ex conſenſu & authoritate publica DD. Ordinum habitas, quà provinciales, quà nationales. Præter Emdanam nationalem a. CIↃ IↃ LXXI. & ante eam Veſalienſis a. CIↃ IↃ LXVIII. (cui inter plures alios ſubſcripſit quidã Petrus ab Hoorn-

Hoorenbeecke) ad illam præparatoria: a. cIↄ Iↄ lxxiv Provincialis prima publice habita Synodus fuit in Hollandia, Dordraci, primariâ Provinciæ iſtius urbe: tum anno cIↄ Iↄ lxxviii eadem in urbe, Synodus Nationalis, Eccleſiarum Belgicarum ſecunda, apud Hollandos prima: Iterum Synodus Nationalis Medioburgi a. cIↄ Iↄ lxxxi. d. xxix. Maji, quando ejuſdem anni d. xxvi Iulii, Rex Hiſpaniæ publica authoritate imperio ſuper haſce Provincias exuebatur. Vti quarta Nationalis pôſt habita fuit Hagæ a. cIↄ Iↄ lxxxvi. Quę omnia eò faciunt, ut oſtendam, quam neceſſarium omnino ſit, Reformatæ religioni locum nuſquam vel patrocinium occludi, quamvis etiã Papa vehementer reluctetur, atq; reſiſtat. Bene eſt quod Politici omnes, quod Imperatores, Reges, Principes, & Reſpublicæ, in Imperio præſertim & Gallia, addo & Poloniâ, ubi Rex ſub coronationem jurat conceptis verbis: *pacem & tranquillitatem inter diſſidentes de religione tuebor, ac manutenebo*, quod primum Henricus Rex veteri juramenti formulæ addidit; quodq; in hoc noſtro Belgio, à primis inde annis, optimum Proceres cenſuerunt atque ex ſalute eſſe Reipublicæ, ut libertas religionis Proteſtantibus largiatur, & ſarta atque incolumis conſervetur: nedum ut Romanus hic audiatur Papa, qui pro ſuo arbitrio, & proprio, id eſt peſſimo motu pacem, & quæ ad eam ſtabiliendam facit, religionis libertatem condemnet.

Verùm, dicet hic fortaſſe aliquis, tu qui tam magnifice de pace religionis multa, & iſtum in finem profers pacta atque edicta Germaniæ, Galliæ, Belgii, vide ut illius quoque bene memor ſis, quando in hoc ipſo nunc Belgio Romana religio non jam amplius publico gaudet exercitio, ſed verò ubique exterminatur. Vbi hic vel illa ſaltem pax, Reformatis prius indulta, nunc ipſis Romanenſibus denegata & adempta? *Reſp.* 1. Ante omnia diſtinguenda tempora, atque ex iis res & negotia, prout *olim* ſe habuere, vel *hodie*. Tres Reip. noſtræ conſtituo periodos: prior continet *originem* & progreſſum motuum Belgicorum, ad a. cIↄ Iↄ lxxxi. quo Regi

miſſum palam repudium, idque juxta conditionem juramenti à Rege ſub inaugurationem præſtiti: *Et ſi nos aut ipſi, aut per alium quemvis, aut etiam hæredes poſterive noſtri, contra hæc aut univerſa aut ſingula, quocunque modo fecerimus: conſentimus, volentique animo permittimus iiſdem noſtris Prælatis, Baronibus, Equitibus, civitatibus, municipiis, omnibuſque aliis noſtris jam dictis ſubditis, ut nobis noſtriſve hæredibus aut poſteris, nullum omnino obſequium præſtent, neque in ulla re, qua nobis opus ſit, quamve ab ipſis petemus aut requiremus, pareant, donec quod ita commiſſum fuerit, correxerimus, reſtituerimus, ab eoque plenè deſtiterimus atque renunciaverimus.* apud Agylæum in Inaugurat. Philippi. pag. 148. Vt ſimili ſe ſacramento Rex Poloniæ, in coronatione ſua, adſtringit: *ſi (quod abſit) juramentum meum violavero, nullam nobis incolæ regni obedientiam debebunt; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Euangelia.* Altera periodus eſt ab iſto tẽpore *bellorum* ad a. cIↄ Iↄ cXLVIII. initæ utrimquepacis, hinc *pacis* tempora hodiernę: quam Deus felicem faciat, atque diuturnam. Primis temporibus libertas vel exercitium religionis Romanæ inhibitum, non à Noſtris fuit Reformationi addictis, ſed ab ipſis ſuis Pontificiis Romaniſque: ideo, quia ſub indulto iſtius religionis exercitio frequentabantur vulgo conventus *Hiſpanici*, & pro horum tyrannide conſilia. Sub illis ſe occultabant Religioſi quivis, qui in perniciem Reip. conſultabant pro Hiſpanorum, adverſus patriam ejuſque jura & libertatem, molitionibus. Quare dum ſeparari ab Hiſpanica factione tam difficulter vel omnino non poſſent cœtus pro exercenda ſua religione Papiſtici, interdicere illa & prohibere neceſſe duxere quotquot patrię, & pacis quam amantes, tam adverſi Hiſpanis erant. Ita Amſterdami a. cIↄ Iↄ LXXVIII. ſequenti anno & iterum octuageſimo, Antverpiæ; quo eodem Bruxellis, & poſt alibi, factum. Dices, illa jam tranſiiſſe tempora, quibus Hiſpanum nomen inimicum erat, pace factâ hinc jam nihil timendum. At verò ego, quæ hoc etiam tempore prudentia, & ſagacitas requiratur in Proceribus, ne pacis dulce nomen ſocordes nos reddat ſecuroſq; nimium, & quan-

Digitized by Google

quantopere vigilandum vel hoc quidem rerum ſtatu maximè, providendumque ſit, ut partam & ſingulari Dei munere conceſſam majeſtatem nobis poſteriſque integram tueamur, illorum, quorũ hoc eſt, curæ committo. Liceat interim de Papiſticâ illud hic uſurpare, quod de hæreſi, in oratione quadam Albani Ducis ponit Famianus Strada, lib. VI. *nunquam bonâ fide hæreſim manſueſcere.* Vel utut nulli incolarum noſtrorum adverſæ Religionis, Hiſpanice ultra animati ſint, aut non id habeatur amplius argumentum diverſarum partium, ſaltem *Papa Romano*, vi religionis ſuæ, addicti & ſubjecti dum hi ſunt, Reip. noſtræ non poteſt non obeſſe habere ſubditos in alterius fidem juratos & ejus quidem qui in Eccleſiaſticis non ſolum, ſed & politicis ac corporalibus ſe omnium ſupremum, & Dei vicarium, & regnorum ac Rerump. Dominum haberi jubet, quique pro ſuo arbitrio omnia moderetur, atque ex cujus nutu ſubditi fidelitatem ſuis Superioribus præſtent aut negent, ipſique dominantes locum tanquam ab & ſub ipſo teneant denique ſuum, vel amittant. Hæc ut cum nullis bene conſtitutis Rebuſp. ita minime omnium conſiſtere cum noſtra poſſunt, quæ Papæ non ſolum non obſequens ullo pacto, ſed ſummo ſtudio operaque adverſatur, & propterea quoque execrationi eſt. Ac proinde quæ religio iſtis vinculis irretita eſt, ſubditoſque alteri Monarchæ mancipatos habet, quam foveri minime debeat, nemini amplius poteſt eſſe obſcurũ. Hinc àprimis Reip. noſtræ temporibus, non Hiſpanus tantum, ſed & Papa, pro capitali hoſte, à Proceribus noſtris habitus fuit. In compoſitione tumultus hac in urbe a. cIↄ Iↄ lxxxI. excitati per Manipulares, ita primum edicitur: ut quicumque in con-,,ſeſſu Ordinum ad futuri ſint, teneantur renunciare Papæ, ,,Regique Hiſpano, quippe ab Ordinibus Generalibus pro ,,formatis & capitalibus habitis hoſtibus, juxta illorum de-,,cretum, nuper Amſterdami factum. Quis Papas Romanos neſcit indefatigabili ſolertia ſemper ſubditos regiminis Reformati concitare & confirmare adverſus ſuos Principes ac Magiſtratus? Exempla in Galliâ, Angliâ, Belgio minis cre-

Digitized by Google

bra hic ſunt & manifeſta. Adhæc *Ieſuitiſmus*, qui ab ipſis Romanę religionis fautoribus pro intolerando bonis Rebuſp. fętu habetur, qui ſuis tum theſibus, tum ſtudiis nil præter turbas moliuntur, & aliorum, qua Eccleſiaſticorum juxta ſe, qua politicorum detrimentum ac ruinam, tum ipſorum ſuæque minimę Societatis ſc. emolumenta & præcellentiam unice meditantur, eorumque dogmata ad unius Papæ nutum & dominium compoſita, in ſummorum capitū, Regum, Principumque perniciem conſpirant, & à Politicis communi ferè conſenſu pro exitioſis habentur, ille dico Ieſuitiſmus quamdui cum vulgari Papiſmo tam arctam tenet communionem, ut ſeparari vel nequeat, vel difficulter admodum poſſit, quis ægre feret noſtros Magiſtratus adverſus eundem tantundem facere, pro conſervando ſuo ſtatu, ac ſibi agendū judicant ipſi Papiſtici, qui multis variiſque edictis, omnibus pęne ditionibus Ieſuitas ſępe exegerunt. Primi in noſtris regionibus Antverpienſes fuerunt a. cIↄ Iↄ lxxviii. qui Ieſuitas, quia juramentum fidelitatis Ordinibus, Archiduci, atque Arauſionenſi Principi, pro obſervanda Gandavenſi pacificatione, detrectabant, clamantes ſe Papæ Romano juraſſe, ſua urbe expulerunt. mox Brugenſes, eodem anno, d. viii Auguſti; quum illud Antverpiæ factum eſſet d. xviii. Maji. Inde ſingularia adverſus eos Ordinum Generalium edicta, quibus fœderato Belgio excluduntur. a. cIↄ Iↄ xcvi. & cIↄ Iↄc xii. cIↄ Iↄ cxxii. poſt expiratas duodecennes inducias: quo decreto Ordines dicunt *damnoſam & truculentam Ieſuitarum ſectam*, qui præter idololatriam quam docent, etiam ſubditos ab obedientiâ abducunt, & ad patrandas Principum & Magnatum cædes inſtigant, proditiones ad promovendam tyrannidem Hiſpanicam & Papalem moliuntur, cœtus Reip. pernitioſos inſtituunt, aliaque quæ ne agant, ipſis omnino proſpiciendum ſit. Quę aliis poſtmodum edictis repetiverunt, atque confirmarunt iterum a. cIↄ Iↄc xxix. & cIↄ Iↄc xli. & nuper. Videri illa poſſunt in Codice Edictorum DD. Ordinum, *part.* i. *pag.* 179. 435. *part.* ii. *pag.* 184. & alibi. Atque ob

ob eaſdem cauſas jam à multo tempore exacti fuerunt iidem ex Galliâ, Angliâ, Venetiis, Bohemiâ, aliiſq; orbis Christiani partibus. E Gallia quidem a. cIↄ Iↄ xc I v. d. xx I x Decembris. quod confirmatum denuo a. cIↄ Iↄ xcv I I. d. xx I. Auguſti, & ſequenti a. cIↄ Iↄ xcv I I I. d. xv I I I. Auguſti. Burdegalâ a. cIↄ Iↄ lxxx I x. Vide Thuanum ſub finem lib. xc I v. Ex Angliâ, primum ſub Elizabetha. a. cIↄ Iↄ lxxx I. tum Iacobo R. a. cIↄ Iↄ cv I. quod edictum exhibet in Hiſtoria ſua Baudartius, *lib.* x I I. Venetiis exacti fuerunt a. cIↄ Iↄcv I. quod decretum apud eos renovatum a. cIↄ Iↄc x I I. quatenus prohibebetur, ne etiam liberi Venetorum ad illorum Scholas mittantur inſtruendi: atque denuo a. cIↄ Iↄ cxx I I. Genuâ, a. cIↄ Iↄ c I v. edicto, uti ajunt, perpetuo & irrevocabili. Bohemia, a. cIↄ Iↄcxv I I I. d. I I Iunii. ubi Directores Rerum Bohemicarum dicunt, Ieſuitas ſolos cauſam fuiſſe omnium tumultuum, & calamitatum, quæ illis obvenerint. Moraviâ, anno ſeq. cIↄ Iↄcx I x. d. v I Maji. Hungariâ, eodem tempore, d. xv I. Maji. ne alia dicam. Quibus addere licet epiſtolam Christiani Saxoniæ, Electoris, ad Matthiam Archiducem a. cIↄ Iↄ cv I I I. d. v I. Octobris ſcriptam, in Ieſuitas omnem cauſam diſtractionum & tumultuum per Imperium, & vere quidem, rejicientis. Quotquot unquam Reges, Principes, Status illos ſuis ditionibus exterminarunt, cauſas ejus facti politicas attulere, quod homines ſint turbulenti, & truculenti, gnari ſolummodo factiones, diſſidia, cædes bellaq; concitare, Papę pernicioſa mancipia, ei qui ſubjicere omnia, & ſub ejus nomine ſibi ipſis ſatagunt, in quê finem ſummis Principibus aliquando & vitam, & regimen quantû in ipſis, auferant. Cujus rei manifeſtum ſatis argumentum eſt, quod vel conſpirationum, vel cædium auctores, in maxima capita ab aliquo tempore deſtinatarum, in Reginam, Regeſque Anglię, Galliæ, Principes noſtros, prodiere omnes ex Schola Ieſuiticâ, eo videlicet homines deducentibus Ieſuitarum non ſtudiis ſolum, ut vitia duntaxat hominum haberi poſſint, ſed ipſis dogmatibus, quod in variis egregiiſque in Ieſuitarum

cauſa

Digitized by Google

cauſa actionibus oſtendere Pariſienſes, tum Scholæ Doctores, tum Advocati juris, quorum ad a. cIↄ Iↄ xciv. & cIↄ Iↄ cxi hiſtoriæ ubertim meminerunt. Hinc Rex Galliæ Henricus iv. in orat. ad Parlamentum habita a. cIↄ Iↄ xcix. d. xvi. Februarii, quamvis Papiſtam ſe, noluit autẽ Ieſuitam profiteri, ſed diſtinxit: *catholicus ſum, catholicus Rex, Romanus Catholicus, non catholicus Ieſuita.* Quocirca quum Papiſmus vulgariter, & ſaltem in noſtris partibus, ita totus Ieſuitiſmo delibutus & intertextus ſit, ut ab eo occupetur atque regatur, præſertim quando ab ipſis Papiſtis non repellitur violenter arceturque, ſed in veneratione eſt, ſummo jure quin factum ſit nullus negabit, quod non illam Papiſtis hic concedant Proceres noſtri libertatem, quam cupiant & velint, adeo (ne de Eccleſia, hominumque æterna ſalute dicam) Rebuſp. pernitioſam. Lubet hic uſurpare, & noſtra facere verba Hieronymi Vendrameni, Controverſ. Venet. 1. pag. 13. *creſcunt ſingulis pene diebus nova religioſorum familia, Veneto nomini infeſtos fautores habent, Veneta ditionis provincias, urbes, Caſtella percurſant, Venetis itaq; non timendum, præſertim ſi prope arces vel mœnia, hujuſmodi templa] vel domos ædificent? ſciunt quid faciunt Veneti, nec enim ſine cauſa ſuas leges condunt.* Ipſos appello hic Venetos, immo Ordines Monachales omnes, annon quod Reſp. Veneta tum dixit, majori jure & cauſa queant dicere adeoque debeant, pro ſuis ditionibus, Provinciarum noſtrarum Illuſtriſſimi Ordines? Inſuper quando propius doctrinę Papiſticæ introſpicitur genius, multa eam habere, quæ regimini noſtro ejuſque quieti directe adverſantur *in tyrannidem* nata, deprehendemus. Quis ſatis unquam dixerit, quanto odio hæreticos, quos appellant, nos videlicet, quos hæreticorum primos peſſimoſque æſtimant, proſequuntur, iſtudque Reip: noſtræ regimen, quod religione, ut baſi nititur, totumque ſe pro illa conſervanda, & defendenda promovendaque lubens impendit, execrentur. Vnde continuo adverſus nos precantur, vota faciunt, indulgentias hoc fine concedunt, quemadmodum ſolenne in indulgentiarum diplomatibus

pro

pro hæreſium extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione; conſilia quævis capiunt, ad nos invadendos, opprimendos, extirpandos. Cujus rei affatim adſunt præter exemplorum hodiernorum, apud nos, vicinaſque nationes regnaque, & priſcorum, etiam doctrinæ documenta, quâ quod agunt, docent etiam atque defendunt, quinimo extollunt, eo uſq; ut Divorum & Martyrum Catalogo adſcribant Principum Regumq; parricidas. Ne extera dicam, Principis noſtri ſceleratus occiſor Balthaſar Gerardus, *merito cum Ioanne Nicomedienſi martyre comparandus*, dicitur Arnoldo Rayſſio, in Hierogazophylacio Belgico, pag. 187. & Guiljelmus Eſtius, præterquam quod facinus idem laudat, in *Hiſtoria Martyrum Gorcomienſium*, *cap*. VI. libellum de iſtius martyrio: *le glorieux & triomphant Martyre de Baltaſar Girard*, ſuâ commendatione approbavit: de quo alibi plura diximus. Nec aliud S. Inquiſitionis argumentum eſt vel negotium, quam noſtræ religionis homines omnes ferro flammaque excindere & extirpare, cujus vim, ſi qui alii, noſtri ſane hiſce in regionibus ſatis olim experti ſunt. Et ne alia dicam, quæ huc innumera adferri poſſent, quid aliud Gaſpar Scioppius, tum in *Conſilio Regio*, ad Hiſpaniæ Regem; tum in *Claſſico belli ſacri*, uti ipſe libri titulum præſcribit ad Imperatorem, agit, quam ut primo loco doceat, nos hæreticos omnes eradicandos eſſe? *hæretici & ſciſmatici ſtatim interficiendi*, inquit cap. II. ſui Claſſici. Cap. III. *Alterius religionis homines Chriſtianorum neque Reges, neque judices eſſe poſſunt*. *Scelus eſt hæreticum imperare Catholicis*. taliaque plura axiomata, nonniſi ad faces ubivis orbi ſubjiciendas, ad bella, ſtrages, & confuſionem rerum omnium ruinamque inducendam nata, Conſiliarius Regis, ac Imperatoris ſcilicet, & Theologus, ex doctrinæ ſuæ Papiſticæ penu producit & jactat; breviter, nos omnes Amalekitarum inſtar, occidendos eſſe. Quod à Pio V. diſcere potuit, qui a. CIƆ IƆ LXIX in epiſt. ad Carolum Galliæ Regem, eodem propoſito exemplo, Sauli Regis adverſus Amalekitas, trucidandos extinguendoſque per univerſum ejus regnum

 no-

Digitized by Google

noſtros homines, diligenter Regem monebat. In quam ſententiam milites Papæ iſtius Pii v. in Galliam mittendos cohortatus eſt Poſſevinus, lib.1 *il Soldato Chriſtiano*, eorum officii eſſe ut omnes Proteſtantes occidant, alioqui eos & fidem & ſalutem amiſſuros. Atque poſtea qui ſcripſit, ſub regnum Henrici IV Navarrei, Guiljelmus Roſſæus librum, ſane flammis infernalibus expiandum, *de Iuſta Reip. Chriſtiana in Reges impios & hæreticos auctoritate; juſtiſſimaque Catholicorum ad Henricum Navarræum, & quemcunque hæreticum à regno Galliæ repellendum confœderatione.* proh, quæ ibi impia, horrenda, adverſus religionis noſtræ homines, eccleſiam noſtram, Reges, principes, Reſp. ocurrunt, plenis modiis trimodiiſque ceu ex barathro effuſa, eaque ex ſententia, & doctrina Eccleſiæ Romanę! *hodiernam hæreſim, maximè Calvinianam quæ in Gallia ſerpit, eſſe Saraceniſmo vel Paganiſmo longe deteſtabiliorem: proptereaque longe magis eſſe Chriſtianis rationibus utile, ut Paganus aliquis, vel Saracenus, vel Turca, quam ut Calviniſta Galliæ rex præficiatur.* Ibidem in præfatione, ubi libri ſui ſummam proponit: *Qui etiamſi eſſet*, loquitur de Navarræo, *in ſolio Regali conſtitutus, generaliſque Francorum aſſenſu & approbatione rex admiſſus; ſi tamen in hæreſim incideret, eamque pertinaciter defenderet, ut in poteſtate eſt non modo Pontificis Eccleſiæ ſummi, ſed etiam Gallicani regni epiſcoporum, eum deponere & Regia dignitate privare; ita talis Eccleſiæ ſententia juſtiſſimè armat non ſolum reges exteros ſed etiam ſuos ipſius domeſticos ſubjectos, ut ſana integraque conſcientia eum & poſſint & etiam debeant impugnare, ejuſque à ſe dominatum & jugum rejicere, nec unquam ad talis hæretici regis obedientiam revertere.* Vides, quæ ſit iſtius Eccleſię indoles adverſus generalem Francorum aſſenſum, & approbationem, & Regiam Majeſtatem, ſubditos armare, incitare, ad Regem impugnandum dejiciendumque. Hinc illa libri ſui habet capite primum ſeptimo, nos *nimirum eſſe Gentiles, Ethnicos, Iudæos; imo Gentilibus & Iudæis longe nequiores:* quin Calviniſtam *eſſe inter alios omnes hæreticos tanto magis pernitioſum, quanto cancer aut peſtis inter morbos, quanto inter ſerpentes reliquorum princeps ille*

re-

regulus vel baſiliſcus, qui ipſos etiam ſerpentes inficit. Tum, de Rege Navarreno Galliis præficiendo: *Tu regno Galliæ, populo Chriſtiano, regem dabis non Anglum, non Burgundum, non Hiſpanum, quod lege Salica interdictum putas, & recte; non Turcam, non Saracenum, qui Chriſtianos in ſuis Imperiis patiuntur vivere, ſed Calviniſtam Turca & Saraceno longe nequiorem.* Et ne dubites hanc haberi Eccleſiæ apud illos ſententiam, ſubjungit: *quod ſi quis Eccleſiaſticam vocem audire deſiderat, & cum Imperatorio jure & ſententia, Pontificale item jus judiciumque conjungi poſtulat, noverit in Eccleſia non minus quam Imperii principes ſemper in hoc conſpiraſſe, ſemperque de hæreticis tanquam de maxime perniciofis Chriſtianiſmi hoſtibus ex Chriſtiana repub. exterminandis diligentiſſime elaboraſſe, adeoque nihilo minori quam Imperatores & vehementia & ſolicitudine, civiles honores officiaque hæreticis quibuſcunque interdixiſſe. Alii enim ſuperiorum Pontificum documenta ſequentes, ſtatuunt ne hæretici, credentes illis, receptatores, defenſores, & fautores eorũ, ipſorumq; filii, uſque ad ſecundam generationem ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum ſeu publicum officium admittantur: quod ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum & inane.* hæc ex VI. Decret. lib. V. tit. II. *cap. Statutum, & cap. Quicunque.* Addit: *Alii hæreticos bonis omnibus evertendos eſſe decernunt, ſuique decreti rationem firmam ex jure civili, & ex theologia quoque ſanctiori afferunt. Alii juri divino & Evangelii Chriſti regulis innitentes, oſtendunt obedientiam ſubditorum cum hæreſi non poſſe conſiſtere, ſed illam ab iſta tanquam contrariam à contrario, ut frigus à calore, ut lucem à tenebris expelli.* Capitis octavi argumentum eſt: *Rex hæreticus per Pontifices juſte excommunicari, & jure Regio alioqui debito privari poteſt.* quam ait ſententiam eſſe ſine omni quæſtione à Chriſtianis recipiendam, *ut vere Chriſtianus haberi non poſſit, ſiquis Eccleſiæ ſententiam agnoſcens, de ea in poſterum diſputare aut litigare voluerit.* Capite nono probare intendit: quod *Contra regem hæreticum recte pieque non modo à regibus Chriſtianis, ſed etiam à ſuis ipſius ſubditis bellum poteſt ſuſcipi. Regi hæretico obedientia non debetur.* At vero quantam illa ſonant tyrannidem; quamque evertunt omnem Rempublicam, & ejus nexum?

Eccleſiæ, ſacerdotique deferre judicium in Reges & regna, ſubditoſque ſi Eccleſiaſtico, ſi Papæ videatur, ad obedientiam nullam erga Magiſtratus ſuos teneri: *manifeſtum eſt*, inquit Idem pag. 612. *regem lepra hæreſique infectum, è rege fieri privatum, populique fidelis officium quod Deo & Eccleſia debetur poſtulare, ut quem regem ſacerdos propter lepram hæreticam ejecit ex Eccleſia, eundem ipſum reſp. non aliter quam privatum quemvis homuncionem legibus obnoxium exterminet è civili ſocietate.* Hinc ergo judicium fiat, an male dicamus, cavendam noſtris Rebuſp. eſſe religionem Romanam, ejuſque publicum patrocinium, propter ejus ſeditioſa, & tyrannica axiomata. Ne nunc alia ejuſdem commatis ſcripta adducam, ſimiliaque inde facile themata, ex Bellarmino, contra Barclayum de poteſtate Papæ, Becano, Mariana de Inſtitutione Principis, quorum libri Pariſiis ideoque combuſti fuere. Et Scioppium quod attinet, ejuſque ſacrum Claſſicum, quo omnes Reges & Principes adverſus Proteſtantes incitare & accendere ſatagit, nihilque quam rerum omnium miſerrimam conturbationem & ſtragem intendit, à cervicibus Proteſtantium in Germania quidem inchoandam, verùm quam non inultum ferrent Auctores, ſi Scioppianis conſiliis ad talia facinora inſtigari & protrudi ſe paterentur, ille, (dico) Scioppius, bonorum maſtix, & peſſimorum hominum decus, nam in Ieſuitas utcumque ferventiſſimus, ab illis tamen etiam inter probatos pro fide Pontificia Scriptores recenſetur, à Becano, in *præfat. ad Tom.* III. *Opuſc. Theolog.* digne exceptus, & obtuſum effractumque ejus Claſſicum, mox ac auditum, â variis fuit, inter quos Iuſtus Mejerus I.c. Argentoratenſis, in Scripto eleganti & docto, adverſus Scioppium, ſuper illo Sciopii in libris principali argumento: *Sintne Proteſtantes jure Cæſareo hæretici, & ultimo ſupplicio afficiendi?* ubi Author ex profeſſo & accurate exponit præter alias Iuris Civilis leges, eas quæ de hæreticis loquuntur *C. de ſumma Trinitate, & de Hæreticis & Manichæis.* præter alia eruditi commatis, quæ immiſcet. Sed & *Tubam Pacis* occinuit eidem Scioppiano

Digitized by Google

no Claſſico Theodoſius Berenicus, Noricus, æmulo Taciti ſtylo, monitiſque ex eodem hiſtorico, aliiſque creberrime intertextis, data opera, uti in præfatione exponit, quia Scioppius Tacitum ſuo judicio valde depretiarat. Quare & rei, & ſtyli cauſa optimus, qui legatur, liber ille eſt, quo Auctor ex tribus præcipue cauſis refellit Claſſicum Scioppii, quod bellum ejuſmodi ſacrum nec utile, nec honeſtum, neque facile futurum eſſet, aliiſque multis argumentis Papalia iſtiuſmodi conſilia pro dignitate exagitat & revincit. Non omittere poſſum quod uterque, Mejerus ille, & Berenicus, quorum ille Argentorati, a. cIↃ IↃ cxxIII. hic Auguſtæ Trebocorum ſcripſit, anno ſequente, Scioppio quam bene applicant proverbium iſtud Italicum, de Germano Italiæ incubante: *Todeſco Italianato, Diavolo incarnato; Germanus Italicus, Diabolus incarnatus.* Ne quod Mejerus pag. 4. refert, addam Scioppium Venetiis aliquando in carcerem compactum fuiſſe, ob improbum quoddam conſilium quod Diabolus Monacho cuidam mago ſuggeſſiſſet, & ab hoc accepiſſet ipſe: ut non mirum, qui tali utitur hominum Diabolorumque commercio, non alia ſpirare quã truculenta & Diabolica conſilia norit. Hæc hactenus. Neq; jam dixi, quod primo quidem loco ponendum fuerat, ut quum propter multiplicem *idololatriam* Papiſtica religio merito nobis abominanda ſit, pro officio id agere debere Proceres, ea ut, ſecundum Dei voluntatem, terra noſtra quantum poteſt maxime, expurgetur. Ob quod minus ſedulo à Regibus ſive Iudaicis, ſive Iſraeliticis curatum ſæpe Deus gravia adverſum illos pronunciavit exhibuitque judicia. Quare videndum etiam atque etiam venit, ne nobis exprobretur id, quod tum Pergamenſi Eccleſiæ Apoc. II. 14. Chriſtus dicere juſſit: *ſed habeo adverſum te pauca, quod habeas iſthic qui teneant doctrinam Balaam, qui docebat Balacum objicere offendiculum coram filiis Iſraelis ut ederent ex iis, quæ ſimulacris erant immolata, & ut ſcortarentur.* tum Thyatirenſi, verſ. 20. *ſed habeo adverſus te pauca: quod permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit Propheti ſſam, docere & ſeducere ſervos*

 me-

meos, ut ſcortentur, & edant ex iis quæ ſimulacris immolantur. Pręterquam quod id ſalutari Eccleſiarum à Papatus corruptelis *Reformationi* debeamus etiam, ut hanc omni pacto promoveamus in terris noſtris, & commendemus apud alios, quo latius ſe indies exporrigat, atque animas Chriſto lucretur ac veritati. Non enim gratum nobis aliter opus ac beneficium Reformationis oſtendimus, niſi apud omnes quoque eandem pro virili proſequamur, atque eacum quæ pugnant omni ſtudio emendare ſtudeamus & corrigere. *Et erunt Reges nutritii tui, & fœminæ principes eorum nutrices tuæ.* Ieſa. xlix. 23. Quapropter multis graviſſimiſque rationibus adducuntur Proceres noſtri, quod Papiſticæ religioni non majorem indulgent libertatem, adeo, pręterquam animis multiplici ſua ſuperſtitione, idololatria, & erroribus, Reip. quoque ob perniciolas molitiones, tum Papæ Romani auctoritatem, Ieſuitica axiomata & ſtudia, denique doctrinæ omnimodam tyrannidem, ſpiritualem ac corporalem, ſumme exitioſæ. Fruſtraque eſt vel qui integram illis libertatem poſcat, quam nec illi, qui iiſdem ſacris quamvis favent, ſed politicæ magis gnari ſunt, his in locis expetant, non liberum publicumque Religionis ipſorum exercitium, ſed domeſticum duntaxat, edictorumque adverſus eos intermiſſionem aliquam Galliæ Legatus præſes Ianinus pro illis petitum veniebat, ab Ordinibus poſt expiratas cum Hiſpano inducias a. cIↄ Iↄ cix. idemque a. cIↄ Iↄ cxliv. Comes Avauxius, cum Serviento, & Cogneto de la Thuillerie: vel qui hoc qualecunque pro iis jam tentet, ſciat fruſtraneum eſſe totum ſuper hac re conſilium, niſi primò proſpectum Magiſtratui noſtro ſit, de non fota per ipſos hinc *idololatria*, de ſecuritate à *molitionibus* adverſus Rēpublicam, & de abjurato prius palā *Papa Romano* tanquam ſupremo eorum domino, tum ut *Ieſuitica* factio expellatur, & *tyrannis* à doctrina Papiſtica ſegregetur, denique & *Noſtri* in illorum terris & dominiis ea gaudeant felicitate, quam illi apud nos ambiunt: quemadmodum Iohanni Auſtriaco, petenti templa Pontificiis in Hollandia, Selandiaque reſponſum ab Ordi-

Ordinibus meminit Hubertus Languetus, in epiſt.a. 1577. ad Camerarium : *Ioannes ab Auſtria petiit ab Hollandis & Zelandis ut in quolibet oppidorum quæ obtinent, concedant templum unum Pontificiis: quod promiſerunt ſe facturos m[illegible] ipſe idem præſtet iis qui ſecum in religione ſentiunt in Provinciis illis, in quas habet imperium.* neque enim ex jure amplius poſſunt Papiſtę pro ſe apud nos agere, ut ſatis bene ſcivere, qui aliquando pro illis apud Illuſtriſſ. DD. Ordines interceſſere Galliæ Legati; ſed ex ſolâ gratiâ & favore obtinere debent quod ſperent, jure omni olim, vitio ac perduellione ſua privati, aut ſponte exuti, & ſupremâ Ordinum auctoritate, in quam negotium hoc omne in variis pacificationibus ſemper rejectum, resita prout nunc, ex ſalute publica, ordinante, nihil illi ultra nunc habent quod dicant, dū omne ex arbitrio dependet & poteſtate DD. Ordinum ſupremâ & autocratorica. Conſeras in hanc rem volo etiam diſſertationem Celeberrimi noſtri Voetii, ſuper quæſtione: *An ſedes Romana ſit compatibilis cum Politiis Reformatis*; tum, an Theologi dicam, an Iuriſconſulti majoris, quique quam omnigena ſcientiarum ſuppellectile in rebus & diſputationibus Theologicis deceat nos inſtructos eſſe, ſuo exemplo docet, Guiljelmi Prynn Angli librum, ex Anglico in Latinum converſū à Wolfgango Meyero Theologo Baſileenſe, *Fulcimen tum gladii Chriſtianorum Regum, Principum, & Magiſtratuum*; ubi adverſus hodiernos in Anglia Independentes, præcipue Wilhelmum Dellum, cujus concione in hanc litem productus eſt, probat ex Scriptura, legibus, & rationibus variis, authoritatem & poteſtatem Magiſtratus in coërcendis & puniendis, pro criminis gravitate, idololatris, hæreticis &c. cum reſponſione, quod vel hic maxime attenditur, ad contrarias exceptiones & argumenta.

§. XIII. Hactenus illa examinavimus in Bullâ Papæ, que adverſus Pacē Germanię adfert, tū ex *bonis Eccleſiaſticis* (horum enim prima & potiſſima à Papis ſemper habetur ratio, quaſi religionis Papalis anima) à Proteſtantibus poſſeſſis; tū ex *libertate religionis* in Imperio confirmatâ, indeque Proteſtantium jux-

ta

ta cum aliis ad *publica munia* & officia admiſſione; ſequitur querela ejus ab amiſſis ſuis inde reditibus, & jure vel uſurpatione in Eccleſias Germaniæ reſciſſâ: *Annata*, inquit, *jura Pallii, Confirmationis, Menſes Papales, & hujuſmodi jura ac Reſervationes in bonis Eccleſiaſticis dictæ Confeſſionis Auguſtanæ ecluduntur.* Reſp. Quæ hic taxat Papa, continentur *art.* V. Pacis Germanicæ, *§.* IV. *jura eligendi & poſtulandi juxta cujuſque loci conſuetudines & ſtatuta antiqua, illibata maneant, quatenus illa Imperii Conſtitutionibus, Tranſactioni Paſſavienſi, Paci Religioſæ & imprimis huic declarationi & tranſactioni ſunt conformia & intuitu Archiepiſcopatuum Auguſtanæ Confeſſioni addictis permanentium ea nihil in ſe contineant illi Confeſſioni adverſum,* Et *§.* V. *Si quid annatarum, Iurium Palli, confirmationum, Menſium Papalium, & hujuſmodi jurium & reſervationum nomine in bonis ſtatuum Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſiaſticis immediatis à quocunque, quandocunque aut quomodocunque prætendatur, id validitate & executione à brachio ſeculari impertienda careat.* Duo Papa, qui iſtis obloquitur, hic committit crimina. Primum, quod illa ceu jura ſibi arrogat; alterum, quod iſta ſervata ſibi cupit etiam in bonis Proteſtantium, vel hinc excluſa dolet: quorum hoc ridiculum & ineptum ſatis eſt, illud etiam improbum. Primo enim quod *Annatas* concernit, quod iterum non ad uſum Eccleſiæ, ſed ad bona pertinet, ſunt illæ fructus primi anni ex vacante beneficio Papæ pendendi; inſtituti primitus vel commenti ab eo ex ſpecioſa ratione pro inferendo Turcis bello quaſi ſacro, ſed quâ occaſione ille uſus tantummodo fuit in ſuum ipſius commodum, ut ſub hoc prætextu magnam nummorum ex hominibus emungeret copiam, & perpetuo gauderet inde tributo. Annatarum initium refertur ad Iohannem XXII. cui pro tempore illæ conceſſæ fuere, ex aliis dignitatibus & beneficiis, exceptis abbatiis, pro bello ultra mare adverſus Turcas ineundo: alii ad Bonifacium IX. referunt, Theodoricus à Niem, qui à Secretis ei fuit; Stella: *cupidus augendæ Eccleſiaſticæ dignitatis, primus Eccleſiaſticis benefi-*

ciis

ctiis anatharum uſum impoſuit : hac ſcilicet conditione , ut qui beneficium conſequeretur, dimidii anni proventus Apoſtolica Camera perſolveret. Idem & Platina ; qui addit : *Sunt tamen qui hoc inventum Ioanni* XXII *adſcribant. Hanc autem conſuetudinem omnes admiſere præter Anglos qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere,in cæteris beneficiis non adep.*Deinde alii Pontifices ſimiles aliquando inſtituerunt exactiones , expreſſis certis cauſis ; illaſque clerus , Principes & populi tolerarunt aliquando, quandoque etiam recuſarunt: quod in Anglis , alibique factum. De vacantibus vero beneficiis , & fructibus primi anni majorum prælaturarum, abbatialium, & epiſcopalium nullum aliud initium perhibetur , quam voluntaria & gratuita oblatio quorundam , qui in diſcordia electi ad abbatiales vel cathedralem eccleſiam , appellantes ad Romanam curiam , illo modo ſuperiores evaſerant & confirmabantur. Initio quotieſcumque vacare contigiſſet beneficium , etiamſi plus quam ſemel in anno , à beneficiatis novæ exigebantur annatæ : *& quoties vacabant (etiam ſi ter aut pluries vacaſſent in anno) pro qualibet mutatione tituli voluerunt habere & exigere fructus & primi anni beneficii ,ſive prælaturæ vacantia,& aliquando longe ultra,& quandoque Papa qualibet vice Annatas vacantes habebat,& Cardinales nihilominus partem mediam , quodq; propter vacan. fuerunt quandoque privati prælati & tranſlati inviti, & quandoque propter plus offerre (ſumptis aliis coloribus) aſſumpti & alii prælati , qui forte non fuerunt præferendi, ex quibus ſequutæ ſunt ſtrages, guerræ,ſcandala etiam nondum ſopita,* inquit, qui de Annatis non ſolvendis , tempore Conſtantienſis Concilii , ab hujus iſta in re decreto appellationem inſtituit,& nomine Eccleſiæ Gallicanæ ſcripſit Nicolaus Clemanges, quod editum primo fuit ab Orthunio Gratio, in *faſciculo Rerum expetendarum* ; inde à Ioh. Martino Lydio , cum Operibus Clemangis: qui in fine tractatus iſtius exhibet etiam formulas obligationis pro Annatis. Sed in Concordatis Nationis Germanicæ a. cIↄ ccccxlvII. cum Gregorio XIII. illud catenus accilum eſt, ut nec de omnibus beneficiis ſolvendæ fuerint an-

natæ, non de minoribus, neque illæ nimiæ aut ſtatum Eccleſiæ prægravantes, nec de omnibus Eccleſiis aut locis & niſi ſemel, quamvis etiam contigiſſet intra annum bis vel pluries beneficium vacare; quare neque Annatarum debitum tranſibat ad ſucceſſorem. En ipſa Concordati verba: *Placet ſimiliter nobis quod circa proviſionem dictæ ſedis ordinandam modus annatarum hoc modo currat. De Eccleſiis cathedralibus omnibus & monaſteriis, virorum duntaxat, vacantibus, & vacaturis, ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſumma pecuniarum in libris Cam. apoſt. taxata, quæ communia ſervitia nuncupantur, & ſi quæ exceſſive taxata ſint, quod provideatur ſpecialiter, in gravatis regionibus ſecundum qualitatem, rerum, temporum & regionum, ne nimium prægraventur, ad quod petentibus dabimus commiſſionem in partibus, quod diligenter inquirant & relaxent. Taxæ autem prædicta pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius vel majoris partis, ſolvantur, & pro alia media parte infra annum ſequentem, & ſi infra annum bis vel pluries vacaverint, ſemel tantum ſolvantur: nec debitum hujuſmodi in ſucceſſorem in eccleſia vel monaſterio tranſeat. De cæteris vero dignitatibus, perſonatibus, officiis, & beneficiis ſecularibus ac regularibus quibuſcunqne, quæ auctoritate dictæ ſedis conferentur, vel de quibus providebitur (præter quam vigore gratiarum expectativarum, aut cauſa permutationis) ſolvantur annatæ ſeu medii fructus juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis intra annum, & debitum hujuſmodi, ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat. Sed de beneficiis quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de camera non excedunt, nihil ſolvatur: duretque hæc obſervantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de ipſius nationis conſenſu contingat immutari.* Vel primi anni integros fructus, vel dimidiam partem ſolvit Pontifici, qui beneficium Eccleſiaſticum obtinuit, pro annatâ. Azorius, Inſtit. Moral. part. II. lib. VII. cap. XII. adducit Coſmam, Auctorem Gloſſę, in Pragmat. Sanctionem, tit. *de Annatis*; & Duarenum *lib.* VI. de *Sacris Eccleſiæ Miniſteriis*, & Iohannem Andream, in *c. inter cætera, de officio Ordinarii*, variis argumentis uſum Annatarum improbantes,

quod

quod ſint *contra totius juris divini, & Canonici conſtitutiones & leges.* Martinus Meyer Cancellarius Moguntinus, in epiſt. ad Æneam Sylvium gratulatoria adepti Cardinalatus a. cIↄ ccccLVII. dum dolet in iſta tempora Sylvii Cardinalatum incidiſſe, quando *frequentes* (ajebat) *afferuntur de Romano Pontifice* querelæ; de annatis inter alia addit: *Annatæ ſive medii fructus, abſque ulla dilatione temporis exiguntur, & plus etiam quam debeatur, extorqueri palàm eſt.* Quæ gravamina, adverſus reſponſionem Æneæ Sylvii, poſtea confirmavit pro Martino illo Moguntino, Iacobus Wymphelingius Seleſtadienſis, a. cIↄ Iↄ XV. in Replicâ, *de Germanicæ Nationis & Imperii gravaminibus contra ſedem & curiam Romanam.* Atque ita plurimi ſemper Annatis illis obloquuti merito fuere, & reſtitere, multaſque ob rationes. Tum quia cauſæ illæ, per quas adducti homines in Annatas conſenſerant, non ultra erant, *ceſſant cauſæ quæ tunc erant, eo quod non ſit paſſagium ultramarinum, vel aliud virtuoſum ex talibus pecuniis*, dixit Clemanges; tum quia per Annatas illas committeretur *Labes ſimoniæ, & clarum perjurium, ſcandalumque, & damnatio animarum*, uti idem loquitur. Hinc Clerus Gallicanus illis reclamavit in Reſponſione illa à Clemange, ipſius nomine exhibitâ Concilio Conſtantienſi, adverſus Iohannem de Scribanis, Cameræ Apoſtolicæ, uti vocant, Fiſcalem. In Angliâ nihil percipiebat, niſi de paucis Epiſcopatibus. In Hiſpaniæ aliquot regnis, etiam nihil. In Italiâ ipſâ parum: ſcilicet reſiſtentibus ubique quam plurimis. Florentini, quia Papa malè Abbatiam alicui commiſerat, illum privaverunt poteſtate conferendi in ipſorum dominio, per quinquennium. In aliquibus Germaniæ diœceſibus ac Provinciis nihil omnino etiam Annatarum Papa percipiebat, quin nec litteræ Apoſtolicæ, quemadmodum vocantur, admittebantur, niſi Epiſcopis placeret, qui illas aliquando repudiabant. Curia Pariſienſis, anno cIↄ ,,ccccVI. *dictum fuit*, quod dictus Benedictus & officiarii ſui ,,ceſſabunt in noſtris regno Delphinatu ab exactionibus an- ,,natarum primarum, fructuum & emolumentorum, præ-

 latu-

„laturarum & aliorum beneficiorum quorumcunque vacan-„tium, ſeu quæ vacaverunt, aut vacabunt, tam pro primis „annatis, quam etiam fructuum & emolumentorum, qui „tempore ſubtractionis alias eidem Benedicto factæ & vaca-„tionis prælaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum „obvenerunt ſeu obveniunt qualitercunque Tum,quod Officiarii Benedicti P. forte collegiſſent, juſſu Regis detineba-„tur: Et ſi aliquid ex his, quæ levata ſeu exacta fuerunt, oc-„caſione prædictorum apud collectores ſeu ſubcollectores, „aut alios quoſcunque exiſtit ſeu remanet ſub manu noſtra, „arreſtabitur, & id arreſtavit & arreſtat ipſa curia noſtra, i-„pſiſque ne aliquid eidem Benedicto ſeu hoc, cuiquam alteri „tradant, aut ſolvant, inhibebitur, & inhibet etiam eadem „Curia noſtra. Edictum hoc, præterquam in *Faſciculo rerum expetend.* fol.CXCVI. etiam legitur apud Carolum Molinæum, *Operum Tom.* III. *pag.* 471. in Commentario ad Edictum Henrici II. *contra Parvas Datas, & abuſus Curiæ Romanæ*. Datæ intelliguntur, Bullæ à Datariis Papæ, qui ita dicuntur,ſub ſingulis diebus datę, vel ſuis quęque datis (ut vulgo dicimus) ſignatæ,quarum inſtitores *Banquiers* in Edicto appellati,id eſt *trapezitæ* per regnum Galliæ tum multi erant,qui hoc Papalis negotiationis mercimonium tractabant, & variis per Edictum iſtud co. rcebantur legibus, factum a.CIↃ IↃ L. Quæ repreſſa etiam fuerant a. CIↃ IↃ XLVII. pluribúſque inante diverſorum Regum Edictis, quibus exactionum Pàpalium omne genus, reſervationum, proviſionum, annatarum &c. ſapienter & provide inhibuerunt. Ludovicus IX. a. CIↃ CCXXVIII. & CIↃ CCLXVIII. celebri illa Pragmaticâ ſancivit: *Item exactiones & onera graviſſima pecuniarum, per curiam Romanam Eccleſiæ regni noſtri impoſitas vel impoſita (quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum exiſtit) ſive etiam imponendas vel imponenda, Levari aut colligi nullatenus volumus: niſi duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſſima cauſa, inevitabili neceſſitate, ac etiam de expreſſo & ſpontaneo juſſu noſtro, & ipſius Eccleſiæ Regni noſtri.* A Philippo Pulchro, lege Philippina dictâ a. CIↃ CCCIII. à Caro-

Carolo vi. a. cIↄ ccclxxxv. quod Edictum, ad *Stylum Curiæ Pariſienſis part.* iii. *tit.* xxxvii. exhibet Carolus Molinæus: & in eo adverſus *Cardinales*, hi exprimuntur, alioſque epiſcopos *ipſius ſummi Pontificis authoritate* ſuffultos, & beneficia Eccleſiaſtica cumulatim ad ſe rapientes, atque extra regnum exportantes abſumenteſque, decernitur, ut Regii Officiales „fructus, redditus, & proventus temporalitatis beneficio„rum eccleſiaſticorum in quibus defectus ſupra tactos aut a„liquos eorundem repererint, quæ dicti cardinales, & alii „viri eccleſiaſtici quicunque maximè extra regnum noſtrum „ſuam moram trahentes, obtinent, ac etiam annuas penſio„nes quas dicti cardinales, aut alii ſuper beneficiis regni no„ſtri percipiunt, ad manum noſtram realiter ponant, ac ponere tenebuntur. & quæ ſequuntur ejus commatis plura, remedium infandis Clericorum Romanenſium abuſibus adhibentia. Idem Carolus edicto a. cIↄ ccclxxxviii. & cIↄccccvi. Item Curia Pariſienſis a. cIↄ ccccxviii. & a. cIↄ ccccxxv. Carolus vii. a. cIↄ xxxviii. Ludovicus xi. a. cIↄ cccclxiv. & a. lxviii. Et contra eaſdem Curiæ Romanæ exactiones uſurpationeſque, ſub Carolo viii appellavit Academia Pariſienſis, quæ appellatio in Senatu Pariſienſi admiſſa fuit. Adeo viriliter & conſtanter ſe illis Paparum artibus & tyrannidi hac in re oppoſuerunt ſemper Galli. Molinæus dicto libro, vel Commentario annotat Taxam vacantiarum de Eccleſiis Francicis deſcriptam in libris Cameræ Papæ adſcendere ad ſexcenta nonaginta ſeptẽ millia ſeptingenta Francorum, non computatis Prælaturis non taxatis, & aliis Beneficiis, quorum exactiones fere tantundem faciunt. Hic quantus vir fuerit Carolus Molinæus, neminem qui vel Galliam, vel bonas litteras & jura novit, latere poteſt; at idem ſua eruditione, candore, & zelo pro Regis regnique adverſus Papalem tyrannidem libertate id conſequutus fuit, ut quia igne expurgari ſcripta ejus non poſſent, diro anathemate fuerint condemnata, ſingulari Bullâ, à P. Clemente viii. a. cIↄ Iↄ „cii. d. xxvi. Auguſti: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac

"matura deliberatione noſtris, hac noſtra perpetuo valitura
"conſtitutione omnia, & quæcunque prædicti Caroli Moli-
"næi Hæretici ſcripta, opera, & commentaria, Beatorum
"Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra authoritate de no-
"vo perpetuo damnamus, reprobamus, interdicimus, & a-
"nathematizamus, eorumque lectionem, & retentionem
"univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus cujuſcumque ſtatus,
"gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præe-
"minentiæ, licet de illis ſpecialis, & individua mentio ha-
"benda foret, exiſtant, etiam ſub excommunicatione latæ
"ſententiæ, aliiſque cenſuris, & pœnis in indice librorum
"prohibitorum contentis, ac etiam ſuſpicionis ipſius hære-
"ſis, quantumvis ſcripta, opera, & commentaria ipſa, jam
"quovis modo fuiſſe expurgata prætendant, diſtricte perpe-
"tuo interdicimus, & prohibemus. Et propterea omnes, &
"quaſcunque licentias quibuſvis perſonis tam ab ordinariis
"locorum, quam etiam ab ipſis Cardinalibus ſuper edicto
"indice deputatis, ac ſupremis Sanctæ univerſalis Inquiſitio-
"nis contra hæreticam pravitatem Inquiſitionibus, ac à no-
"bis, & Apoſtolica ſede quomodo libet conceſſis legendi, &
"retinendi libros ejuſdem Caroli Molinæi, etiam ſub alio
"nomine inſcriptos, vel expurgatos, cum non aliter, quam
"igne expurgari poſſint, evocamus, caſſamus, & annulla-
"mus, inhibentes omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cæ-
"tero hujuſmodi licentias cuiquam concedant, vel impar-
tiantur. & quæ ſequuntur. Verum ad propoſitum. Annatas inhibet Conciliũ Baſileenſe *ſeſſ.* XXI. Cujus decretum omnino adſcribi meretur, tum ut ratio Annatarum & Exactionum, à Papis adhiberi ſolitarum hinc melius diſcatur; tum ut crimen Simonię per haſce commiſſum, & Germanicæ nationis adverſus illas perpetua Proteſtatio, Paparumque hac ob rem à Concilio Superiori reprehenſio & condemnatio omnibus conſtent, denique & Innocentii hodie impudentia coarguatur non exigentis ſolum eadem, quæ tam diſtricte Synodus inhibuit, ſed vel hinc audentis etiam Germanorum luxare ſtatum

ſtatum & pacem. Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, „in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem repræ- „ſentans, ad perpetuam rei memoriam. In nomine Spiri- „tus ſancti paracleti ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quod tam in „curia Romana, quam alibi, pro ſeu in confirmatione ele- „ctionum, admiſſione poſtulationum, præſentatione, diſ- „poſitione, electione, poſtulatione, præſentatione etiam à „laicis facienda inſtitutione, inſtallatione & inveſtitura, de „eccleſiis etiam cathedralibus & metropolitanis, monaſte- „riis, dignitatibus, beneficiis, officiiſque eccleſiaſticis qui- „buſcunque, nec non ordinibus ſacris & benedictione ac „pallio, de cætero nihil penitus ante vel poſt exigatur ratio- „ne literarum bullæ ſigilli, annatarum communium & mi- „nutorum, ſervitiorum, primorum fructuum, deportuum, „aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætex- „tu cujuſvis conſuetudinis, privilegii vel ſtatuti, aut alia „quavis cauſa vel occaſione, directè vel indirecte, ſolum „ſcriptoribus, abbreviatoribuſque & regiſtratoribus littera- „rum ſeu minutarum, pro ipſorum labore competenti ſala- „rio ſolvendo. Huic autem ſacro canoni, ſi quis exigendo, „dando, vel promittendo contraire præſumpſerit, pœnam „incurrat adverſus Simoniacos inflictam, & in ipſis dignita- „tibus ac beneficiis taliter obtentis, nullum jus ac titulum „acquirat. Obligationes quoque, promiſſiones & cenſum „ac mandata & quicquid in præjudicium decreti hujus ſalu- „berrimi fieri continget, nullas obtinere vires, atque irrita „cenſeantur. Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex, qui præ „cæteris univerſalium conciliorum exequi & cuſtodire cano- „nes debet, adverſus hanc ſanctionem aliquid faciendo eccle- „ſiam ſcandalizet, generali concilio deferantur. Cæteri ve- „ro pro modo culpæ juxta canonicas ſanctiones per ſuos ſu- „periores digna ultione puniantur. Confer etiam Vdalrici Hutteni, nobilis viri orationem, *contra Decimas*: ubi & de *Palliis* &c. adverſus Decimarum exactionem, per legatos Leonis x. coram Maximiliano Imp. anno. cIↃ IↃ x ɪx. quæ extat

tat in Faſciculo Rerum expetendarum, fol. xxxvii. In Comitiis Norimbergenſibus a. cIↄ Iↄ xxiii. Imp. Carolus v. epiſtolâ ad P. Hadrianum vi. exponens Imperii tum egeſtatem, tum neceſſitatem ex continuis Turcarum adverſus Imperium molitionibus, illius quidem cauſam aperte rejiciebat in Papales exactiones, atque Hadriano priſtinum vel proprium Annatarum uſum ob oculos ponens, poſtulabat eas non ultra Romam exportari, ſed in uſum Germaniæ, præcipue tum adverſus Turcam, impendi: de Proceribus Imperii loquitur, *Itaque inter cætera cum meminiſſent annatas, quas novi antiſtites Rom. Pontifici ſolvere conſueverunt, ab origine ea maxime ratione conceſſas eſſe, ut hujuſmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur: Nunc autem ipſi Turcæ magna parte inferioris Pannoniæ occupata, Germaniæ inhient: æquum eſſe, ut hujuſmodi annatæ in Germania retineri, & illic in hunc uſum converti debeant.* Cumque d. xxv Novemb. Pontificis ad Comitia Legatus Franciſcus Cheregatus, nomine Papæ expoſuiſſet, quæ hic à Germanis poſceret, Ferdinandus Fratris Caroli Locum tenens cęterique Electores & Principes, inter cætera reſponderunt, de Annatis quidem: Cum autem Ordines ſacri Romani Imperii nihil dubitent, beatitudinem Pontificis pro comperto habere, Principes Germaniæ in ſolutionem Annatarum ad aliquot annos ſedi Apoſtolicę ſolvendarum, ea lege ac conditione conſenſiſſe, ut illa in oppugnationem perfidiſſimi Turcæ, & defenſionem fidei Catholicæ converterentur: Ex quo autem numerus annorum, intra quos Annatę illę ſolvi debeant, nunc longe intervallo tranſactus ſit, neque Annatę illæ à beatitudinis ſuæ prędeceſſoribus Pontificibus Romanis in hunc uſum, in quem decretę ſunt converſæ: Ob id, ſi modo neceſſitate exigente, communia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam eſſent decernenda & colligenda, cauſatur inde populus Germanicus, quare Annatę prius jam multis annis in hunc uſum reſervatæ, ad hoc opus non applicentur, averſaturque alia in ſe ob hanc cauſam gravamina recipere. Ex quo Prçlati Eccle-

„cleſiaſtici pro Annatis ſedi Apoſtolicæ ſolvendis, ut pluri-
„mum ſuis ſubditis ſuper indicta, & collectas imponere, &
„talia ab eiſdem recuperare cauſaverunt. Quare Illuſtriſſ.
„princeps Dominus Locum tenens, aliique Principes, & Im-
„perii Romani Ordines vehementer orant, ut beatitudo Pon-
„tificis velit hæc & alia paterno affectu conſiderare, & illas
„Annatas, quæ poſt obitum Epiſcoporum, alio-
„rumque prælatorum, ſeu Eccleſiaſticorum, ad Curiam
„Romanam ſolvendæ fuerint, in futurum non exigere, ſed
„illas fiſco ſacri Romani Imperii applicandas relinquere; ut
„eo commodius juſtitia, pax & tranquillitas nationi Germa-
„nicę conſervari, & reſpub. eo melius per hæc ordinari, poſ-
„ſintque per Germanicam nationem aliis Chriſtianis poten-
„tatibus contra Turcam communem hoſtem auxilia & præ-
„ſidia præſtari: quod alias & abſque eo, minime ſperandum
„erit. Ad quę cum Pontificius legatus regeſſiſſet: *Quo ad Annatas non perſolvendas Romæ, ſed in Germania retinendas, pro ſuſtentatione Imperialis guberniì, habita ea declaratione, quæ facta eſt verbo* difficultate, *quæ fieri poſſit ad eam concedendam, reſervatur reſponſio ipſi Pontifici, quæ dabitur, vel Imperiali regimini, vel futuro Principum conventui, prout magis expedire ſuæ Sanctitati videbitur.* juſſerunt Principes, Legatum acquieſcere in data prima reſponſione: cui annexuere *Centum Germanicæ Nationis Gravamina*, quæ quum de multis aliis loquantur rebus, quarum emendatio à Papa poſtulabatur, ita imprimis illas taxabant Curiæ Rom. exactiones, quibus Germania miſerum in modum divexabatur & exhauriebatur. Iterum Carolus a. cIↄ Iↄ XXVI d. XVII. Septemb. in Reſcripto ad P. Clementem VII. vere Imperatorio, abuſum Annatarum ei exprobat, & quod illis adjutus bella ſæpe moveat in ipſos Imperatores: *Si eam* (inquit) *ad rem recte advertat V. Sanctitas, comperiet quod ex Imperio regniſque ac Dominiis noſtris Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Germaniæ, Galliæ, Belgicæ, ac ſuperioris Burgundiæ, pluſquam ex cæterorum omnium regnis, ac Dominiis ſimul junctis, lucri & commodi ſedi Apoſtolicæ ac Rom. curiæ accedit. Non enim pa-*

Digitized by Google

tiuntur Reges alii ita paſſim & laute Eccleſiarum ſpolia & annatas ex eorum regnis ad Rom. curiam deferri: qualia autem ſint ea lucra, ex centum illis Gravaminibus Nationis Germanicæ colligi poterit: quibus tamen ex ea devotione & obſervantia, qua ſemper V. Sanctitati ac Apoſt. ſedi affecti fuimus, nuſquam aures præſtare curavimus, nec his animum adjicere. Quod ſi juſta aliqua ratione vel cauſa Apoſtolica ſedes his lucris careret, non eſſent claves aureæ, quæ bellorum Archivia pro libito aperire, & claudere ſolent, nec V. Sanctitas ex regnorum noſtrorum pecuniis, atque redditibus exercitum in nos concitaret, nec temporalia arma moveret, quibus potius juſtum videretur, ad noſtram defenſionem uti. Vtinam omnes iſto zelo præditi eſſent, atque adverſus Papam, ambitionem & rapacitatem ejus armati Reges, & Principes! certe non iſtud ſui Status detrimentum ſentirent à ſede Romanâ, non oppreſſiones illas & tyrannidem, ac jam quidem patiuntur; neque iſtud animi aut virium accreſceret Papæ, quo nunc in ſummum Supremarum Poteſtatum ludibrium, adverſus omnes petulanter inſurgit, cunctiſque terrori eſt, vel eſſe ſaltem velit.

Similiaque ſunt, quæ hic addit in Bullâ ſuâ Papa, de *jure Pallii* &c. credo quod & Pallium conferre Proteſtantibus (eſt illud vel Patriarchale, vel Archiepiſcopale, *de corpore beati Petri ſumtum, in quo eſt plenitudo Pontificialis officii, cum Patriarchalis vel Archiepiſcopalis nominis appellatione*, uti hæc habentur in *Romano Pontificali, fol.* 36.) cupiat, & juramentum ab illis fidelitatis, quod in Romana Eccleſia ad Pallii acceptionem fieri conſuevit, exigere etiam, quo pollicetur Patriarcha vel Archiepiſcopus: *ab hac horâ in antea fidelis & obediens ero beato* Petro, *Sanctaque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ac Domino noſtro Domino N. Papæ N. ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus &c. Ad retinendum & defendendum Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri adjutor eis ero: ſalvo meo ordine, contra omnem hominem. &c.* quæ exigere, omnino impium eſt: & dolere quo minus apud Proteſtantes obtineant, ſtultum. Annon nunc Germani, & Proteſtantes Pallium recuſent, & *Con-*

fir-

Digitized by Google

firmationem Papalem? quum ante ſeculum hac de re, a. cIↄ Iↄ xxII inter Gravamina Germanicæ nationis caput xxxvIII hanc in formam conceptum fuerit: *Inſuper Pontifices ſummi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quæ ipſi immani vendunt precio: quod quidem illi perſolvere coguntur, qui (ita jubente Pontifice) opera talium indigent officialium, ſeu ſcriptorum. Hinc evenit, ut natio Germanica, præcipue vero Epiſcopi quoties Pallium redimunt, aut confirmationem à Romano petunt Pontifice, ac multi alii oppido aggraventur, ac longe plus, quam elapſis annis, pecunias ſuas dilapidare compellantur. Hinc facilè conjicere licet, quot Romæ, quantique laquei pro emungendis nummis tendantur. Quapropter talia officia merito deleri debent.* Et ad Pallii quidem mentionem merito Germania cohorreſcat, quod adeo metuebat Archiepiſcopus Moguntinus Iacobus, ut jam moriens dixerit, ſe non adeo dolere de ſuâ morte, quam ob id, quod ſubditi ſui pauperes iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur. Et in Replica ad Æneam Sylvium Iacobus Wimphelingius, pro Moguntino ſcribens, pro pallio ipſis impoſita (ait) viginti aureorum millia.

Pari ratione hic conqueritur Papa excluſos ab Eccleſiaſticis Auguſtanæ Confeſſionis *Menſes Papales*, qui ex ſententia Concordatorum ſunt alterni, Ianuario menſe primo Papali, tum Martius, Majus, Iulius, September, & November, quęq; ſervata velle, & apud Auguſtanæ Confeſſionis ſocios, res eſt perquam ridicula, & inſanum in Papâ arguit amorem ſui.

Reſervationes quas addit, intellige beneficiorum per ipſum ſolum conferendorum, legere illas eſt in *Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ*, ut vocantur, in primis ejuſdem Conſtitutionibus, ubi de Reſervationibus agitur generalibus & ſpecialibus, Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum virorum, Cardinalium, Collectorum, Curialium, Cubiculariorum, Curſorum &c. quæ ibi videri poſſunt, ſuntque variorum Pontificum, Gregorii xIII. Clementis vIII. cum diverſorum ſuper illas Gloſſis, & commentariis, imprimis Rebuffi, & Gomeſii. Sed quid hæc ad Auguſtanam Confeſſionem

ejuſque Socios? quibus jam olim Germania ſe oppoſuit, etiam in Concilio Conſtantienſi a. cIↄ ccccxvi. ubi primo loco Deputati Provinciarum Germanicæ Nationis pro auferendis illis Reſervationibus ſic apud Synodum primò, tum „apud Sigiſmundum Imperatorem: Imprimis ad tollenda il„la ſcandala, quæ hactenus ex diminutione divini cultus Si„moniacæ extorſionis pecuniarum, ambitione & cupiditate „proventuum Eccleſiaſticorum beneficialium, & poſſeſſio„num eorum deſolatione acciderunt in Eccleſia Dei, &c. „Pro illorum ſcandalorum materia reſecanda videtur, quod „per hoc ſacrum generale Concilium tolli, auferri, & revo„cari debeant reſervationes omnium & ſingulorum benefi„ciorum Eccleſiaſticorum, tam majorum quam minorum, „quæ ſaltem in corpore juris non clauduntur, ut ſunt videli„cet illæ, quæ introductæ ſunt in exiſtentia ad regimen, aut „per quaſcumque regulas Cancellariæ, &c. quod hujuſmo„di reſervationes futuris temporibus nullatenus per quem„cumque Summum Pontificem fiant ſine declaratione, au„thoritate, conſenſu, & approbatione Concilii generalis. Iterum in Comitiis Moguntinis a. cIↄ ccccxxvii. tempore Concilii Baſileenſis, pro tollendis Germanicæ Nationis gravaminibus Proceres cenſuerunt, à Papa poſtulandum eſſe, cap. „v. In primis ſiquidem caſſet, annullet, & irritet omnes & „ſingulas reſervationes, tam generales quam ſpeciales ſive „particulares Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedrali„um, Collegiatarum, Monaſteriorum, dignitatum & be„neficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunq;, quibus pro ele„ctione provideri conſuevit, ſive per extravagantes *Ad regi-* „*men*, & *Execrabilis*, aut per regulas Cancellariæ, ſeu quaſ„cunque alias conſtitutiones aut ordinationes introductæ „ſint, reſervationibus in Corpore juris clauſis duntaxat ex„ceptis. Vt norit Papa, quam ſerio hoc tum etiam urſerint Imperii Principes, & ut Papam ipſum his legibus conſtringere nequicquam fuerint veriti, audiat caput iſtorum Aviſa„mentorum, ſic appellant, penultimum: Vt autem præmiſſa

,,miſſa firmiter obſerventur, polliceatur Papa pro ſe & ſuc-,,ceſſoribus ſuis ſe omnia præmiſſa & ſingula inviolabiliter ,,obſervaturum, & contra ea vel ipſorum aliquod in toto vel ,,in parte nullo umquam tempore innovaturum, decernen-,,do initurum, &c. Pro firmiori ſubſiſtentia committet Ro-,,mano Regi & Principibus Electoribus, & aliis, quos ſecum ,,duxerint aſſumendos, ſuper eorum obſervantia Pragmati-,,cam ſanctionem conficiendi, ac pœnis & cenſuris vallandi ,,& corroborandi poteſtatem. Vnde & in Concilio Baſileenſi *Exſpectationes & Reſervationes beneficiorum prorſus reprobatas* fuiſſe, ſcribit in Chronico Citizenſi Paulus Langius, Monachus: & Goldaſtus Conſtitut. *Imperial pag.* 202. ponit inter Concilii Baſileenſis Conſtitutiones, ad Gravamina Principum Germaniæ, cap. 16. Darneben ſind auch die beſonderen Reſervaten vnd vorbehaltungen / wie ſie genant werden mogen / der Pfründen / ſo hinach verledigt werden / ſie ſein durch Romiſche Biſchoff ſelbs / oder durch deß Romiſchen Stuls Legaten geſchehen / further als von jhnen ſelbs ohn weiter Erklarung auch alß vnkraffig erkant. Atque omnia iſta ſive Reſervationes, Menſes Papales, jura Pallii, ac Confirmationis, Annatæ ſub idem genus & categoriam Exactionum Papalium referri quum debeant, quæcumque olim (ut hæc quamplurima ſemper) adverſus iſta acta ſcriptaque, tum politice, tum Eccleſiaſtice fuerunt, quorum aliqua à Nobis in præcedentibus ſignificata, etiam hæc quæ jam examinavimus, petere & jugulare cenſenda ſunt.

§. XIV. Præterea hoc mirum quam urit Papam, quod in Bulla, magna cum indignatione expectorat: *Contra pacem hujuſmodi, ullumve ejus articulum nulla jura Canonica, vel Civilia, communia, ſpecialia Conciliorum decreta, Religioſorum Ordinum Regulas, juramenta aut concordata cum Romanis Pontificibus, ullave alia Statuta, ſive politica, ſive Eccleſiaſtica; Decreta, Diſpenſationes, Abſolutiones aut alias Exceptiones allegari, audiri vel admitti debere diſponitur.* Reſp. Quod inter Pacis articulos torvo adeo vultu hic intuetur, eſt quod occurrit art. V. §. I. non ,,attenta cujuſvis ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra ,,Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictio-

„ne vel proteſtatione, quę omnes inanes & nihili, vigore „horum declarantur. & paſſim, uti in tali Pacificatione debuit, excluduntur quæcunq; alias in contrarium adferri poſſent, præſertim Eccleſiaſtica, vel Papales diſpenſationes, aut Ordinum Religioſorum regulæ &c. quę quid ad politiam, vel ut ad illa ſe flectant & componant Principum de gubernandis aut tranquillandis rebus tranſactiones, & decreta? ſi Papa audiri in talibus debet, vel attendi ejus diſpenſationes, abſolutiones, & exceptiones, certum eſt nullam unquam pacem certã firmari inter Principes haberiq; poſſe, aut nihil fructus à maximis etiam celeberrimiſq; Politicorum conventibus, intercedente hoc Graccho, expectandum eſſe. Si quid Eccleſiaſtici eſſet Papa, vel ſui haberent, ſolo Eccleſiaſtico contentos eſſe oporteret, nõ rebus politicis ſe immiſcere, & quod Apoſtolus inquit II. Tim. II. 4. ἐμπλέκεσθαι ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, nedum ut rumpant illa quæ pacis ſunt, & claſſicum primi canant, ſolique. Videant in Iure ſuo I. Diſt. lxxxvIII. *Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſecularia negotia non curent.* & Diſt. xlv. *Epiſcopi & Eccleſiaſtici non ſint percuſſores.* Diſt. xc. *Epiſcopi non ſint litigioſi*: & qui iſtis Diſtinctionibus habentur canones. In ſexto Decretalium Bonifacii vIII. lib. III. tit xxIv. *Ne clerici vel Monachi ſecularibus negociis ſe immiſceant.* Decret. Gregor. lib. III. tit. l. iterum, *Ne clerici vel Monachi* &c. Sic Imperatores Honorius, & Theodoſius ſapienter edixerunt, in Codice Iuris, de Epiſc. & Cler. l. xvII. ***Placet noſtræ clementiæ, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cujus corpori non ſunt annexi, habeant.*** Certe ubi Supremæ Poteſtates, quemadmodum in hoc pacis negotio, quid vel deliberant vel agunt, præſertim quod tantopere neceſſarium, & è re publica habetur, ac pax Germanię, ut hic immenſùm illis inferior, & alterius corporis, atque ſtatus Papa ſe ingerat, & leges vel præſcribat, vel inter ſuos factas conſtitutiones, aut pro arbitrio erogandas diſpenſationes omnibus præferat, pro re putidiſſima apud cunctos bene ſenſatos merito haberi debet. Præcipue illæ Diſpenſationes

nes, quę ut nummis emtæ, vel temerario motu, id eſt, proprio, à Papis impertitę, jam diu orbi Chriſtiano riſum debent, atque à plurimis, à Germanis præſertim, reclamatæ, & multis ſemper gravaminibus cauſam præbuerunt. Sed *Concordata* memorat *cum Rom. Pontificibus*. Hęc a. clↄ ccccxlvii inita inter Imp. Fridericum iii. & P. Nicolaum v. pro unione inter Imperium Germanicum, & ſedem Papalem: quibus primo loco ſibi cavit Papa de proviſione Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, inter quæ recenſet etiam officium *centum & unius ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum*, & *viginti quatuor Pænitentiariæ præfatæ ſedis, & viginti quinque Abbreviatorum*. Quare etiam quænam *menſes* Papales ſint, hiſce Concordatis ſtatutum: ut & modus *Annatarum*, de quibus modo diximus: denique & indultum Eugenii iv pro dicta natione, uſque ad tempus futuri generalis concilii, confirmatum. Sed primum, non ab omnibus vel pleriſque Germaniæ Principibus, aut ex eorum conſenſu Concordata illa fuerunt; ſed à paucis, à Moguntino præſertim, cum Imp. Friderico, reliquis in concilium non uti decuit adhibitis, neque aliquo tempore celebratis Comitiis, ut in iis negotium hoc examinari & decidi potuiſſet. Tum in præjudicium Concilii Baſileenſis, in quo de beneficiorum proviſionibus, reſervationibus, annatis aliter conſtitutum erat, illaque abrogata & damnata, hæc Concordata in gratiam & pro confirmanda uſurpatione Romanæ ſedis in Imperium, cui aſſiduo intenta, excogitata à parte Pontificiâ fuerunt. Denique nec ipſos Romanę ſedis Epiſcopos hiſce Concordatis fideliter ſemper ſtetiſſe, verùm ſæpe illis contraiviſſe, nec ſervaſſe ea, palá non è vulgo aliqui, ſed ipſi Imperii Proceres, atque adeo Imperatores teſtati fuere. Nec diffitebatur in Comitiis Norinbergenſibus ipſe P. Adrianus vi. cujus Legato, hac ſuper re, ita:
,,reſpondebant Principes: Ad hęc beatiſſimus Pontifex pie ac
,,paterno amore teſtatur, ſibi etiam dum in minoribus eſſet,
,,plurimum diſplicuiſſe, quotiens Concordatis Principum
,,per curiam Rom. derogaretur, ſuæque Beatitudini hanc

cer-

„certiſſimam eſſe ſententiam, etiamſi Principes nunquam „requirent, ſui Pontificatus tempore penitus abſtinere, uni-„cuique, & maxime nationi Germanicæ, jus ſuum conſerva-„re, illique nationi peculiares favores impendere. Adeo-que in Coronationibus Imperatorum, in Capitulationibus, ut dici ſolet, vel Lege Regiâ, in quam jurant, art. xv. hic eſt: „Cumque præter & contra Concordata Principum, & con-„venta pactatá inter Eccleſiam, Pontificiam Sanctitatem Se-„demque Romanam, & Germanicam Nationem, informi-„bus gratiis, reſcriptis annatis Eccleſiarum, per multiplica-„tionem & coacervationem Officiorum in Aula Romana, „reſervationibus item & diſpenſationibus, aliiſque modis, „in damnum Eccleſiarum, Cleri, & privilegiorum ab iis ob-„tentorum, quibus ab ejuſmodi oneribus liberati ſunt, præ-„terea in præjudicium juris patronatus & Dominorum feu-„dalium continuo & abſque intermiſſione manifeſte aga-„tur: & exinde non tolerandæ vetitæque ſocietates & con-„tractus ſive comparationes, ut nobis relatum eſt, ineantur: „quod nos debemus ac volumus de conſilio Electorum, „Principum, aliorumque Statuum: cum Sanctiſſimo Patre „noſtro Papa Sedeque Romana, enixius agere, ut in poſte-„rum caveantur & inhibeantur: adhæc videre, ne prædicta „Concordata Principum, & conventa pactata, privilegia „item & libertates, amplius violentur & prævaricentur, ſed „ut in ſuo vigore ac ſtabilitate ſerventur & manuteneantur. „Quæ vero jam oborta ſunt ſuper iis gravamina, & abuſus „irrepſerunt, facere ut juxta normam tractatus in Comitiis „Imperialibus anno 1530. Auguſtæ habiti & concluſi, tol-„lantur; & ne deinceps talia inconſultis Electoribus con-„tingat aut permittantur, præcavere. Hoc Carolus v. Ferdi-nandus I. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. ipſe-que Ferdinandus III. a. cIↄ Iↄcvi. d. xxiv. Decembris, Ra-tisbonæ, ſub coronationem teſtati & polliciti fuerint, ut ni-hil cauſæ nunc habeat Papa, Concordatorum illorum par-vam obſervantiam cauſandi, præſertim quantum ſpectat par-

tes Proteſtantium, & apud hos. Quodque in Inſtrumento Pacis omnia & quæcunque ſeu politica pacta, ſeu Eccleſiaſtica alia excluduntur, quæ iſti obviare poſſint, ex communi & uſitata in talibus agendi ratione factum, firma ut habeantur & indiſſoluta, quæ alias jam per hoc, tum per illud ſtatutum facile diſſolverentur; præcipue à parte Papali, à qua conſuevit bonarum rerum omnium provenire reſciſſio & jactura; & huc quin ante omnia reſpexerint Pacis Conditores haud
,,dubito, quum dicerent, art. v. §. 1. non attenta cujuſvis ſeu
,,Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocun-
,,que tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione,
,,quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. Atque ſimili planè formâ in ratificandâ pace, ſacra præſertim quæ Religionis dici ſolet, Principes alios, & Gallos uti conſuevisse, ſuperius à nobis viſum eſt. In Aviſamentis (uti dicuntur) vel Conſiliis Moguntinis, tempore concilii Baſileenſis, a. cIↄ Iↄ xxvII in publicis Moguntiæ Comitiis, ab Imperii Statibus factis, ſuper corrigendis Germanicæ nationis gravaminibus, hac concluſione ſe mutuo de-
,,vinciunt Principes: Super præmiſſis aviſamentis con-
,,cordent, Sereniſſimus Dominus Romanorum Rex,
,,Illuſtriſſimi Domini Principes Electores, invicem vel-
,,le aſſiſtere, & alterutrum ſe defendere contra omnem
,,hominem, eos vel alterum eorum conjunctim vel divi-
,,ſim, occaſione præmiſſorum moleſtare, invadere, ſeu quo-
,,modolibet perturbare conantem. Quin ipſe hic Papa ſuam Bullam confirmare ſic ſatagit, adverſus omnes in contrarium Conſtitutiones, *ſublata cuilibet quavis aliter judicandi declarandi, & interpretandi facultate, & authoritate ſemper & ubique.* irritum & inane pronuncians, *quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac quibuſvis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis tam generalibus quam ſpecialibus etiam in Comitiis univerſalibus editis. Legibus quoque Imperialibus & municipalibus, nec non quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apo-*

ſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis , uſibus , & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque , indultis , Conceſſionibus, & litteris Apoſtolicis quibuſcunque locis, & perſonis , etiam Imperiali, Regali, & alia quavis ſive Eccleſiaſtica , ſive mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis , ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter ſub quibuſcunque tenoribus & formis , ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. quibus omnibus per hanc ſuam Bullam Papa ſpecialiter & expreſſe derogat , & derogatum eſſe vult, *cæteriſque contrariis quibuſcumque.* Hoc demum eſt excludere qualcumque in contrarium conſtitutiones , gravius certe diriuſque quam Politici pro ſuis decretis loquuntur , & hi pro pace feriendâ obſervandaque, Papa pro eâ abroganda & tollenda; illi leges figunt pro authoritate ipſis conceſſa rebus politicis & Eccleſiaſticis proficuas, quas Hic nulla fultus poteſtate,ex mera uſurpatione & tyrannide , diffringere ſatagit & proculcare. Vtri quæſo melius? Hic flocci facit Apoſtolicas (ut vocat) Ordinationes : qualis ipſe obſecro Apoſtolus? vel an Apoſtolica jam ſibi ſecure contrariantur? & Apoſtolica tũ authoritas , tum confirmatio aliâ convelli tuto poteſt ac explodi? Quis hinc ultra credat iſtis Apoſtolicis? vel ſpiritum Apoſtolicum dominari Papis ? Videlicet in iſtud opprobrium debuit per iſtos adduci nomẽ Apoſtolicum, & coram omnibus proſtitui quando jam apud Papas adeo nihil ultra Apoſtolici ſupereſt, ut Guiccardinus etiã, celebris Hiſtoricus, lib. XVI. Bell. Italic. §. 12. ubi de Leone X. verba faciens , eum dixiſſet bonum , hac interpretatione utendum ſibi duxerit : *non loquor de bonitate Apoſtolica, quoniam corrupto hoc ſeculo Paparum probata eſt bonitas , quando aliorum hominum non ſuperat malignitatem.* Et hoc quam rarum ſit , omnes ſciunt , atque ipſe non ignorabat. Vnde jam minoris faciendum ,

quod

quod & univerſalia Comitia, & quamvis authoritatem, leges quoque Imperiales & municipales, vel juramento etiam, confirmatione Apoſtolica, & quavis firmitate roborata Statuta, uſus,conſuetudines immemoriales, privilegia,perſonas etiam Imperiali, Regali, & alia quavis dignitate fulgentes, omnia deniq; tam levi halitu hic difflat & præ ſe contemnit. Scilicet id eſt bullas facere. Quam verò hoc jam ridiculum, exprobrare Imperatori, Regibus, Principibuſque, quod pro confirmando Pacis decreto adverſus id nulla alia Statuta ſive politica,ſive Eccleſiaſtica,decreta,diſpenſationes,abſolutiones aut alias exceptiones,ei derogantes,allegari,audiri vel admitti velint, & quod interim ipſe Papa pro ſua adverſus Pacis illud decretum improbiſſimâ Bulla adeo nec Eccleſiaſtici,nec Apoſtolici,neque Imperialis Regaliſve aliquid audiri vel adduci in contrarium ſinit?

§.xv. Vltima, quam contra Pacis articulos Papa adfert, ratio nunc ſupereſt examinanda, quæ concernit Electorem Palatinum: *Numerus*, inquit Papa, *Septem Electorum Imperii olim Apoſtolicâ authoritate præfinitus, ſine noſtro & ſedis præfatæ beneplacito augetur, & octavus Electoratus in ſavorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni hæretici inſtituitur.* Quod Illuſtriſſimum Electorem Palatinum tangit in Pacis Inſtrumento, continetur ejus *art* IV. In Papæ illis verbis hoc primo eſt ridiculum, quod hic Apoſtolicam clamat authoritatem, quam alias in hac Bulla modo ipſe non extenuat ſolum, ſed rejicit. Vnde quid de illa authoritate habendum ſit, nos ſatis docuit.Præterquam quod intolerandus Chriſtianis ille Apoſtolici nominis ſit abuſus, nominationem Apoſtolicam tam profane commiſcere & convertere cum Papali. Tum falſiſſimum hoc, numerum ſeptem Electorum Papali authoritate olim præfinitum fuiſſe. Scilicet duo ſunt quæ ſibi temere attribuit Papa, per quæ non multam, ſed ſupremam omnemque poteſtatem ſibi competere in Imperium arguit. Primo, quod à Papa facta ſit *imperii tranſlatio*, à Græcis ad Francos, a. Leone III. ad Carolum M. a. Iↄccc I. Quod multis modis

falſum eſſe evincunt utriuſque Imperii hiſtoriæ, & rationes variæ. Nam præterquam quod jure diſputari poſſit, an proprii & ſtricti nominis *tranſlatio* hic interceſſerit. Nicolaus Cuſanus de Concord. Cathol. lib. III. *Admittendo ea quæ de patriciatu Caroli dicta ſunt non ſequitur, quod ea propter fuit de Græcis imperium tranſlatum.* Et paulo poſt: *Ego enim Coloniæ in majori Eccleſia, volumen ingens omnium miſſivarum Adriani primi ad Carolum, & ipſius Caroli reſponſiones, & inſuper copias omnium Bullarum vidi & fateor me nunquam tranſlationem illam legiſſe, tamen Imperii nomen multum lego commune antiquitus fuiſſe.* Confer & Hug. Grotium, lib. *de jure belli & Pacis* II. *cap.* IX. Quæcunque facta hic in perſona Imperantis mutatio, non ea per Papę unius authoritatem supremã, quaſi ſupra populum aut Imperium, *facta* vel fuit, vel fieri (etiam ſi facta fuiſſet) *jure potuit.* videlicet Papa conſiderato ut epiſcopo, non ut cive primario, vel populi nomine quid agente aut dicente. Quum, ceu veræ & propriæ ſuæ cauſæ, Caroli in Regem Romanum electio nulli debeatur quam S. P. Q. R. quemadmodum antiquitus idem fieri conſuevit, ad quam jure belli & victoriis de Longobardis viam ſibi pararat quidem Carolus & jus, ſed quam placito & voluntati Romani populi, quam teſtati multis modis fuere, & per Epiſcopum, qui Regem etiam unxit & coronavit, acceptam habuit, accedente Orientalium, tum Imperatricis Irene, tum ſequentium Nicephori, & Michaelis approbatione, ac conſenſu. Aventinus, Annal. Bojor. lib. IV. *Pontifex, Senatus Populuſque Romanus Imperium transferre jure ſuo in Germanos, Carolumque tacito ſenatus conſulto, plebiſcitoque decernit.* Sigebertus, in Chronico, ad a. 801. Romani, qui ab „Imperatore Conſtantinopolitano jamdiu animo deſcive„rant, nunc accepta occaſionis oportunitate, quia mulier ex„cęcato Imperatore Conſtantino, filio ſuo, eis imperabat, „uno omnium conſenſu, Karoli Regi Imperatorias laudes „acclamant, eumque per manum Leonis Papæ coronant, „Cæſarem & Auguſtum appellant. Radulphus de Columna, vel ut alii ſcribunt Pandulphus, lib. *de tranſlatione Imperii* (quem ſecu-

Digitized by Google

ſecutus ſuo ſcripto de verbo ad verbum inſeruit Marſilius Patavinus, de eodem argumento, quia ſicuti dicit *cap.* 1. iſtius Landulphi (ſic ſcribit) ſententia in quibuſdam à ſua diſſonabat. Quare etiã à Scardio in Sylloge Hiſtorico Politico Eccleſiaſtica, ubi utriuſque exhibet ſcriptum, non Marſilius Columnæ, ſed hic illi præponendus fuerat) Vterque eodem fere modo refert, Carolum à Leone coronatum, atque à populo acclamatum fuiſſe: *Carolo Auguſto à Deo coronato, Imperatori &c.* Sic Landulphus Columna. Marſilius: *Carolo Auguſto à Deo ordinato &c.* Similiter Lupoldus de Babenberg, *ſolâ Dei patientiâ Decretorum D. vocatus* (ſic ipſe de ſe, in libri frontiſpicio) *lib. de juribus regni & Imperii Romani*, cap. 1. & cap. III. *acclamante* inquit, *& petente populo Romano*. Leonardus Aretinus, Hiſtor. Florent. lib. 1. pag. 17. *Conſtat, nullius magis quam populi Romani id munus eſſe, Imperatorem creare. Nam Pontificatus per illa tempora*, loquitur de temporibus Caroli M. *magis ab Imperatoria authoritate pendebat, nec quiſquam præſidebat niſi quem poſt ſenatus, Cleri, & Pap. Romani electionem, Imperatoria comprobaſſet authoritas.* Michael Coccinius, Tubingenſis, de Imperii à Græcis ad Germanos tranſlatione, Romanis, aliiſque Italiæ populis eam attribuit: *Romani itaque & reliqui Italiæ populi Græcorum perſpicientes avaritiam ſimul & ignaviam, ac è regione Germanorum fortitudinem, induſtriam, & juſtitiam, imperium de Græcis tranſtulerunt ad Germanos, in Caroli M. perſonam. Et talem Imperii tranſlationem Romanorum cæterorumque, Italiæ populorum conſenſu & authoritate factitatam: ſuamque vim & efficaciam habuiſſe haud dubitandum eſt. Nec obſtat quod ſcribit Innocentius tertius, ad Berchtoldum Zaringiæ ducem, ſedem Apoſtolicam Romanam imperium in perſonam Magnifici Caroli de Græcis tranſtuliſſe in Germanos. Nam ſedem Apoſtolicam non in alio ſenſu Imperium tranſtuliſſe concedimus, quam imperium transferentibus conſenſiſſe, aut transferendum declaraſſe: ſed talis tranſlatio vim & efficaciam ſuam habuit à conſenſu populi.* Onuphrius Panvinus, de *Rom. Princip. lib.* III. (qui etiam extat in *Chronico Chronicorum Politico Tom.* III. collecto à Ioh.

Gualterio Belga) in initio, de Carolo M. *Imperator appellatus Romæ in Baſilica S. Petri in Vaticano, cleri, ſenatus, populiſque Romani conſenſu: conſecratus & coronatus ibidem à Leone Papa.* III. *anno Domini* DCCCI. *ineunte*, VIII. *Cal. Ianuarii, videlicet die Natalis Domini.* Idemque Onuphrius, lib. *de Comitiis Imperatoriis, cap.* IV. de eadem re hunc in modum loquitur: *Quare cum Rom. Imperii majeſtas omnia ſibi Barbaris vendicantibus aboleſceret, neque in ea fœmina quamvis altæ indolis, multum præſidii ineſſe videretur, ejus rei occaſione Romani adducti, & præcipue Leo Papa* III. *qui tum vivebat, ejuſdem populi ſcito, Clerique rogatu, Carolum M. Francorum Regem & Patricium Romanorum, qui per eos dies in urbem venerat, ob egregia in Chriſtianum nomen & Romanam ſedem merita, Romanorum Occidentis Imperator primus appellavit, inunctumque ac diademate aureo redimitum, Auguſtum appellavit.* Similiter plures alii, quos adducere proclive, ſi hæc à nobis proſequenda eſſet controverſia, quam ex profeſſo Illyricus tractavit, quem ſibi oppugnandum propoſuit Bellarminus *lib. de Tranſlat. Imp. Romani*, ſed cum ab aliis, tum à Franc. Iunio in Notis egregie exenteratus. Nicolaus Cuſanus, tum temporis Decanus Sancti Florini Confluentiæ, Theol. Decretorumque Doctor, (ut non habuerit Bellarminus, *lib.* III. *de Tranſlat. cap.* IV. quare ad eludendum ejus teſtimonium, juventutem ei adeo faſtuoſe exprobraret) de Concord. Cathol. lib. III cap. III. in initio: *Verum adhuc volunt quidam, & eſt opinio vulgatiſſima, imperium tranſlatum in Germanos per Adrianum, in perſonam Caroli Magni, juxta ea quæ Innocent.* 3. *dicit in c. venerabilem, de electione, ſed fateor me nunquam in antiquis ac probatis libris hoc legiſſe.* Denique ſummus Theologus, Collega noſter Giſbertus Voetius, in Diſſertatione Hiſtorico-Theolog. *de Tranſlatione Imperii à Græcis ad Francos*, quæ copioſiſſime & accurate totum hoc negotium explicat, & confirmat argumentis, quorum lubens ſuſcepturus ſim defenſionem. Verùm ſummum, & quod Papa in Bullâ proponit, uſurpationis in Imperium ſuæ argumentum eſt, quod ſibi arrogat *Electorum* in Imperio inſtitutionem, videlicet à Papali au-

authoritate eos defluxiſſe initio, atque adhuc dependere, unde inquit: *Numerus ſeptem Electorum Imperii, olim Apoſtolica authoritate præfinitus, ſine noſtro & ſedis præfatæ beneplacito augetur.* Illud (dico) falſiſſimum eſſe, quod Papali (blaſphemum eſt dicere *Apoſtolicâ*) authoritate olim numerus ſeptem Electorum in Imperio præfinitus ſit. Vult dicere, à Papa Gregorio v. ſub Ottone III. circa a.Ↄcccccxcvi aliis a.cIↄiv. Marſilius Patavinus, de tranſlat. Imp. cap. xi.) ordinem & numerum Electorum in Imperio conſtitutum fuiſſe, quo & Bellarmini facit diſputatio *de tranſl. Imper. lib.* III. & Azorii, *Inſtit. Moral. part.* II. *lib.* IV. *cap.* XIX. Sed, præterquam quod nullo id iſtius temporis probato hiſtorico, nec ex prolato tanti negotii diplomate, vel Bulla (quas cæteroquin & prolixas de iſtiuſmodi rebus facere ſolent Papæ, atque oporteat, certe & aſſervare, imo quas ne quidem comminiſcuntur, uti alias conſuetum hoc quidem ipſis eſt artificium, ut multa ejus circa res Imperii, & donationem Conſtantini &c. extant documenta) oſtendere aut probare poſſunt, quare de eo mihi dicere liceat, quod Nic. Cuſano, de Conſtantini illa: *ſed in veritate ſupra modum admiror, ſi res ita eſt, eo quod in authenticis libris, & in hiſtoriis approbatis non invenitur.* & Lupoldus de Babenberg. lib. de Zelo Veter. Princip. Germ. cap. VII. *jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum ab Eccleſia Romana ad certos Principes Germaniæ proveniſſe, nec in Hiſtoriis ſeu Chronicis noſtris geſta Regum ſeu Imperatorum continentibus reperitur expreſſum* reclamant. Hiſtorici, Scriptores Papales, & Rerum Germanicarum, & Electores ipſi, atque Imperatores. Aurea Bulla Caroli IV. data a. cIↄ ccclvi cap. I. ponit Principes Electores *juxta antiquam laudabilem conſuetudinem*, & ſic ſæpius, nulla Papæ, vel Papalis authoritatis, unde illa dimanet, facta mentione. Ut & Papa Innocentius III in *c. Venerabilem. de electi poteſtate. Decretal. lib.* I. *tit.* VI. ad querelam & objectionem Germaniæ Principum, de Legato Romano Epiſcopo Prenæſtino, quod ſe temerè immiſcuiſſet negotio electionis, nempe in meſſem alienam miſiſſet falcem ſuam, & electioni

ctioni ſe ingerens, principum derogaſſet dignitati, uti apud Papam loquebantur Principum Legati, inter quos erat quoque Saltzburgenſis Archiepiſcopus, & Abbas de Salomona: reſpondit Papa: *ſicut juſtitiam noſtram nolumus ab aliis uſurpari, ſic jus Principum nobis nolumus vendicare. Verum illis Principibus jus & Poteſtatē eligendi Regem & Imperatorem poſtmodum recognoſcimus (ut debemus) ad quos de jure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere.* Principes Electores, in litteris ſcriptis ad Benedictum XII. ex Comitiis Renenſibus a. clↄ ccc xxxvIII. in cauſa electi ab ipſis Imp. Ludovici IV. adverſus Paparum interdicta, pro ſuo in Electione Imperatorum „jure ſic loquuntur: quod jura, honores, bona, libertates, „& conſuetudines dicti Imperii, & noſtra, nobis in electio„ne Imperii competentia ex conſuetudine vel de jure, ma„nuteneamus, defendamus, & illibata conſervemus toto „poſſe & viribus noſtris, contra omnes homines cujuſcum„que præeminentiæ, dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant; & quòd „hoc non obmittamus propter aliqua particula rerum & „perſonarum, aut præcepta, mandata, proceſſus, per quem„cumque aut in quemcumque modum & formam prolati „ſint, vel inantea proferantur, contra Imperium & nos vel „Coëlectores noſtros; per quæ dicto Imperio ac nobis & „Coëlectoribus noſtris in prædictis juribus, bonis, homini„bus, libertatibus, & conſuetudinibus præjudicatum ſit, vel „in futurum poſſet præjudicium generari. Michael Coccinius. de Imperii à Græcis ad Germanos tranſlat. *Sed Imperator imperium tenet à Deo, miniſterio electionis Imperii Electorum, quod jus eligendi ad certos Germaniæ principes pervenit ab Othone* III. *de conſenſu Principum & populi Imperio ſubjectorum.* Nicolaus Cuſanus, de Concordantia Catholica lib. III. cap. IV. de Otthone III. loquitur: *& hic Imperator conſenſu procerum Primatum, & utriuſque ſtatus cleri & populi, perpetuos Electores, qui vice omnium elegerunt, ordinavit tempore Gregorii* 5. *Alemanni, conſanguinei quondam Othonis. Non eſt igitur eo modo concedendum, Electores à Romano Pontifice poteſtatem eligendi habere*

bere, ſic quod niſi ipſe conſentiret, *non haberent*, *aut ſi vellet, ab ipſis tollere poſſet. Quis rogo dedit populo Romano poteſtatem eligendi Imperatorem: niſi ipſum jus divinum & naturale?* Et deinde: *Vnde electores qui communi conſenſu omnium Alemannorum, & aliorum qui Imperio ſubjecti erant*, *tempore ſecundi Henrici conſtituti ſunt*, *radicalem vim habere ab ipſo communi omnium conſenſu*, *qui ſibi naturali jure Imperatorem conſtituere poterant*: *non ab ipſo Romano Pontifice, in cujus poteſtate non eſt, dare cuique Provinciæ per mundum Regem, vel Imperatorem, ipſa non conſentiente.* Nec quippiam Bellarmini cauſam juvat, in quo tamen is exceptionem ſuam fundat, quod conſenſum Pontificis interveniſſe dicat Cuſanus; nam *& autoritatem præcipuam ejus inſtitutionis ad conſenſum omnium eorum refert*, *qui ad imperium pertinent*, quod nec diffitetur de ipſo, neque probat Bellarminus, & dicit Cuſanus, conſenſum Pontificis hic ſpectari ut in Comitiis, ubi *vigor definitionis non ab ipſo primo omnium Pontifice*, *ſed ex communi omnium & ipſius & aliorum conſenſu dependet.* Illaque valde communis eſt ſententia, quæ ordinis Electoralis in Imperio inſtitutionem attribuit, non Gregorio V. ſed *Ottoni* III Saxoni, dicto propter eximias ejus virtutes, *mirabilia mundi.* Pro qua plurimi certe ſtant Auctores, quos nominant Ioachimus Cluten, in *Sylloge rerum quotidianarum* §. 24. Iuſtus Sinolt, *de Vicariis Imperii.* §. 19. Antonius Kolerus, *de Iure Imperii Germanici theſ.* 45. Simon Scardius, *de Elect. Imper. cap.* II. Auctor Anonymus, *de tranſlat. Imperii*, *cap.* VII. apud Goldaſtum Politic. Imperial. Part. IX. adde Michaelem Schiferer, *de origine & poteſtate Modernorum Electorum.* Henricum Bruningium, *de variis Vniverſitatum ſpeciebus.* §. 9. Eliam Schedium, *de Dis Germanis pag.* 23. Alii verò diu *poſt Othonem* Electorum Imperii collegium & officium inſtitutum volunt: inter quos poſt Aventinum, qui lib. V. Annal. de Electoribus loquens, ait; *Ego illos demum poſt fata Frederici* II. *inſtitutos*, *& à Gregorio* X. *conſtitutos eſſe compertum habeo*: princeps eſt Onuphrius Panvinus, Veronenſis, Eremita Auguſtinianus, lib. *de Comitiis Imperatoriis*, qui olim editus Baſileæ

a.lviii. inde cum notis Friderici Hortlederi, quomodo eum ſuis Politicis Imperialibus inſeruit Goldaſtus, in initio. Ille Onuphrius, *cap.* vi. poſtquam *falſum & abſurdum* dixiſſet, Electores *ſub Othone* iii. *à Gregorio* v. *Pont. Max. Saxone, in gentis ſuæ gratiam, inſtitutos fuiſſe.* addit: *quod falſiſſimum eſſe, eoſque trecenteſimo anno poſt in ordinem hunc redactos fuiſſe poſt Friderici* ii. *Imperatoris obitum, nunc demonſtrabo.* id eſt, inter annum cIↄccl. quo Fridericus ii. deceſſit, & cIↄ cclxxx. quo Rudolphus Habſpurgenſis, poſt diutinum xxiii annorum interregnum, Electorum ſuffragiis, ut cæteri ipſum ſequuti, Rex Romanorum creatus fuit: *tamen* (inquit) *quo potiſſimum anno, vel quibus de cauſis, aut à quo Pontifice, vel in quo Germanorum Principum conventu, aut generali vel provinciali concilio id factum fuerit, mihi adhuc incompertum eſt.* Sed tamen *per hæc tempora, tam numerus Electorum, quam etiam particularium eorundem actionum, apud horum, vel poſteriorum temporum Scriptores, ſpeciatim mentio haberi cæpit: ſingulorumque nomina, cum dignitatis appellatione, recenſentur.* ſic ille: adverſus quem hac de re alium librum ſcripſit Simon Schardius, originem Electorum antiquiorem volens, & pro communi ſententia eam vendicans Othoni iii. Qui liber, prẹterquā apud Goldaſtum, inter *Politica Imperialia*, etiam legitur ultimus in *Sylloge Hiſtorico-Eccleſiaſticâ* variorum Auctorum editâ ab ipſo Schardio. Sed me quidem hujus argumenta *ſolius Innocentii ac Hoſtienſis autoritati*, ut ipſe loquitur *cap* iv. ſtantis, movere non poſſunt, ut credam, ab Othone iii Electorum ordinem inſtitutum fuiſſe. Neque ideo tamen Onuphrio accedo, ut inſtitutos dicam circa tempus Rudolphi Habſpurgenſis, vel ob argumentum quod ipſe valide urget adverſus inſtitutionem illorum Ottonianam, ex Auctorum hac de re ſilentio: etenim ut non ad Othonis, ita nec ad Habſpurgenſis tempora tam illuſtris & momentoſi inſtituti origo ab Hiſtoricis refertur, utrimque ſilentibus: verum, ut poſt Othonem, maxime verò poſt Fridericum ii. rebus Imperii per internecinas diſſenſiones ſic exigentibus, concedam Imperatoris

Digitized by Google

toris electionem non per omnes, uti olim, Imperii Status & Primores, ſed quoſdam tantum Principes, eoſque nec certo forte primùm numero, nec eoſdem, factam fuiſſe, paulatim tamen per pauciores, & principaliores, eoſdemque, adde eos quibus dein dignitas electoralis ſolis adjudicata; non tamen aſſeram *lege* eos certa, utcumque quidem *conſuetudine*, etiam antiquâ, Electores fuiſſe & ſeptem, illos partim Eccleſiaſticos, partim ſeculares, qui hodie, uſque ad Carolum IV. & promulgatam ab eo in Comitiis Norinbergenſibus a. CIↃ CCCLVI. d. IV Idus Ianuarii, *Bullam auream*, quâ primo loco dignitas & ordo Electorum Imperii lege perpetuâ confirmatur & ſtabilitur. Non nego, ante hoc tempus nomen & rationem Principum Electorum ſatis cognitam in Imperio fuiſſe, ſed ex certa & Imperialis inſtitutionis lege perpetua ac univerſali tam diu ſeptem illos habitos fuiſſe ſolos Electores, ut nunc, hoc non video. Pluresſpaucioreſque electioni Imperatoris olim interfuiſſe conſtat, primum multos, inde pauciores. Et poſtquam diuturnâ conſuetudine præcipui aliqui Imperii Principes huic negotio admoti, non tamen (uti videtur) ex lege quadam lata, factave inſtitutione, ſed ſic tamen uſu, quem neceſſitas & pacis publicę commodum ſuadebant, nato procul dubio ex particularibus negotiis & receſſibus, quæ indagari hic oporteat multum lucis allatura, lex aureæ Bullæ ſuper illa re facta, & ſeptem Electorum iſtorum ordo conſtitutus, vel confirmatus fuit. Res ipſa exigere potius viſa eſt ut primum ex conſuetudine ageretur, tum lege. Et in Aureâ Bullâ, ubi Electorum ponuntur regulæ, ad conſuetudinem fit recurſus. Cap. I. *& Principes Electores ad electionem hujuſmodi juxta antiquam laudabilem conſuetudinem haberint proficiſci.* Cap. IV. §. 2. *Cæterum, quoties & quando deinceps ſacrum vacare continget imperium, extunc Moguntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos, ſuos in dicta electione conſortes, litteratorie convocandi.* §. 3. *Primo quidem interrogabit à Trevirenſi Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus,*

mus, ſicut invenimus hactenus competiſſe. Vides, ut ſecundum antiquam conſuetudinem & obſervantiam formet leges. Cap v. §. 3. *Et quamvis Imperator ſive Rex Romanorum ſuper cauſis pro quibus impeditus fuerit, habeat, ſicut & conſuetudine introductum dicitur coram Comite Palatino Rheni, ſacri Imperii Archidapifero, Electore principe reſpondere.* Sic illos Principes ante quoque fuiſſe Electores liquet, multaque obſervaſſe quæ hic ſanciuntur ex conſuetudine, quæ deinceps ex lege, & communi Comitiorum ſenatus conſulto ſervanda decernuntur. Marquardus Freherus, *Origin. Palat. part.* I. *cap.* XV. ubi dixiſſet Imperium, poſtquam in ſtirpe Carolina aliquandiu hæreditarium fuit, ea deficiente rurſum ad electionem rediiſſe: *eligebant autem Principes*, inquit, *quos Germania multos varioſque habebat, & in his etiam Antiſtites, & ſine diſcrimine, quotquot Comitiis adeſſe volebant. Primas tamen partes eſſe ſolebant potentiorum & qui officia in aula geſſiſſent.* Propendet autem in ſententiam de Inſtitutione Electorum Ottoniana, non vel in Onuphrii illam, vel quæ Carolum IV illorum inſtitutorem facit. Quamvis citra ullum prejudicium bene dici queat, Principes multos, interque eos Palatinum electoria poteſtate à primis temporibus gaviſum fuiſſe, utut nondum ex conſtituta certa aliqua lege. Quemadmodum *cap.* XVI. quod in Bulla aurea dicitur *cap.* v. de conſuetudine, id explicat, *uſu antiquo.* Ioh. Ioachimus à Ruſdorf, in Vindiciis Palatinis cap. III. *Eſto ſane, fuerit Electoratus ab antiquo, & ante Carolum IV. Imperatorem, connexus Bavariæ Ducatui, & non Palatinatui Rheni, fuerit etiam aliquando alternatio inter Palatinos & Bavaros pacta & uſitata, quid tum? Nonne utrumque fuit rudi illa ætate, quando Septemvirorum officia, dignitates & functiones, quando eorum ſucceſſiones, gradus, prærogativæ, ordo, regalia, aſſignat & in feudum conceſſi Principatus, nondum legibus & certis præſcriptionibus erant diſtincti, & conſtabiliti? Poſtea per auream Bullam Imperatores & Ordines illius ævi, experti quantum Reip. noceret tum diviſio & diſſenſio inter eos &c. communi conſenſu, certum ordinem in ſucceſſione & poſſeſſione præſcripſerunt, cuilibet Electori ſuum*

gra-

Digitized by Google

gradum, jus & munus aſſignando, & lege perpetuo valitura declarando, & faciendo, quibus Electoralem dignitatem terris annexam eſſe oporteat, & uſu receptum ſit. Ita omnino volo, ea quę circa electionem Imperatoris quidem obtinuerunt, ſed ex uſu, per Aureæ Bullæ legem demum confirmata fuiſſe & conſtabilita. Onuphrius, à cujus ſententia & calculo haud adeo multum recedimus, niſi quod legem, quam ille octoginta annis ante auream Bullam concipit, nonreperit, nos nullam facimus, & ejus loco conſuetudinem ponimus, ex qua lex ſponte ſequuta fuerit, cap. IX. hac de re ſic loquitur: *Quare facile fuit, ut eo potiſſimum tempore, quo res Imperii civilibus diſcordiis afflictiſſima erant, jus eligendi Imperatorem à cæteris Principibus, ad* VII *hos Electores tantum transferretur, hæcque inſtitutio exorta ſit. Quam poſtea, quum adhuc nova & mutans eſſet, Carolus* IV. *Imp. reformavit, ſtabilivit, atque in auream bullam redegit.* Iuſtus Gebhardus in Diſcurſu, *de S. Rom. nationis Germ. Imperio*, (editus una cum aliis à Nicolao Hampelio, in *Nucleo Diſcurſuum*, ſeu Diſputationum in jus Publicum, Gieſſæ a. CIↃ IↃCXXI) th. 49. inquit: *Electoralis Collegii Auctorem ſi quæras, & de moderna ſeptemviratus conſtitutione inveſtigationem ſi inſtituas, vix alium cum Beutero monſtraverim, quam aureæ Bullæ conditorem Carolum* IV. *qui ſolus numerum ſeptenarium primuſque ſic abſolvit, ut eſſent tres Eccleſiaſtici, & quatuor politici.* Nobiſcũ facit Ant. Colerus, de jure Imp. Germanici §. 47. 48. *nec enim abſurdus mihi videor, ſi Electores ſenſim cæpiſſe: conſuetudine vero jus certum familiis acquiſitum, per Carolum* IV. *confirmatum dicam pleniſſime.* Sic & Dreſſerus, quem eo loco adducit. Bernhardus Bertramus, de Comitiis Imperii Romano-Germanici, §. XXIX. *Mihi hæc, quam & alibi defendi, ſtat ſententia; occultis initiis, & non injuria publici boni intuitu annuentibus cæteris Principibus aliquot annorum interjectu, intra ſanctius & ſtrictius conſilium Electores jus ſuum revocaſſe, præeuntibus Dreſſero, Heigio, Paurmeiſtero & aliis. Rationes, quibus, perſuadeor, habeo prægnantes. Sed hic omiſſas alio loco latius exponam.* Iohannes Nordermannus, de jure Principatus. §. 19. 84. *Probabilius eſt*

ab Otthone III. *jus eligendi Imperatorem ad Principes omnes eſſe translatum, qui poſtmodum ad ſeptenarium numerum redacti.* Iohannes Limnæus, *de jure publico Imp. Rom. lib.* III. *cap.* I. cujus eſt quod in *Republ. ſive Statu Imperii Romano-Germanici Tom.* II. *pag.* 127. legitur, *de Electorum Imperii Inſtitutione,* nonnullis rationibus demonſtratum it: *Collegium Electorale, non tam ſpeciali & expreſſa alicujus conſtitutione, quam conſuetudine ſenſim Ordinum conſenſu approbata introductum, poſtque aliquot mutationes intervenientes, tandem à Carolo* IV. *& reliquis Imperii Proceribus, Aurea Bulla formatum fuiſſe.* Benedictus Carpzovius, ad *L. Regiam German. cap.* x. *ſect.* v. Hos noſtræ circa originem Electorum in Imperio ſententiæ deprehendi, ut non audiri ultra debeant Papani vel Papæ, quando ſibi illorum inſtitutionem temere arrogant. Quemadmodum nec in nupera ſancienda pace hoc ullatenus curarunt Imperii Principes, dum de numero Electorum, non conſulto Papa, diſpoſuerunt, prout ipſis viſum, eoque, licet indignante & vehementer etiam fremente, cujus vanam opinionem & arrogantiam ſic optime exploſerunt, & quomodo nos redarguere & confundere eam debeamus, hoc argumento peremtorio docuerunt.

Octavus, inquit Papa, *Electoratus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni hæretici inſtituitur.* Itane *hæretici*? ex ſenſu Papæ: id eſt, revera religioſiſſimi, & bene orthodoxi. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς II Cor. VI. 8. Scilicet hæc in Papis morum eſt civilitas & modeſtia, Celſiſſimum Principem iſta inſignire & in hujus quidē negotii argumento, nomenclatura, tam ſolitâ ferri conſtanter & glorioſū in modum ab illuſtriſſima domo Palatinâ, ac à Papis in optimos quoſque Principes excreari. Scilicet ita etiam docuerant Papani, ſtatim à defectione, Principem Eduardum, Palatinum Comitem, in litteris ad fratrem hunc ſuum Electorem Sereniſſ. Carolum Ludovicum ſcribere a. cIↄ Iↄ cxlv. d. x. Novembris, quando mutatæ turpiter religionis cauſam tralatitie exponens, fratrem Electorē *hæreticis* indecenter accenſebat Rom. xv. 3. *Convitia*

co-

eorum qui convitiantur tibi, inciderunt in me. Et ſic oportet nos ſuſtinere ὀνειδισμὸν Chriſti, quem Moſes tantas opes æſtimabat, ut omnibus Ægypti theſauris longe præponeret. Heb. XI.26. Neque aliter Palatini Electores, qui quam bene cum iſto Moſis exemplo à nobis conferantur, ipſi Orbem hactenus exemplo ſatis ſuo docuerunt.

Electoratus octavus in ſavorem Caroli Ludovici) Quorum fuit Electores primò inſtituere, & tali ordine ac numero ſcribere, quod Principum Imperii fuiſſe jam oſtenſum eſt, eorundem manet de illis diſponere, & vel contrahere numerum vel ampliare, prout viſum neceſſitates Imperii exigere. Aurea Bulla ſeptem facit Electores, ſed ut illa *ad unitatem intèr Electores* tenendam, & *deteſtandæ diviſioni variiſque periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum*, (quemadmodum in præfatione ejus loquitur Imperator) ſic conſtituit, ita propter eandem ſimileſque cauſas quin poteſtas perpetua ſit Imperii Proceribus vel octavum addere Electoratum, aliove modo res ordinare, non rogato unquam vel audito Papa, quis ambigat? In Inſtrumento Pacis noſtræ, ubi de octavo conſtituendo Electoratu, *Imperator cum Imperio* dicitur in eum conſentire, nullius ultra facta mentione. Extincta linea Guiljelmiana maſculina Bavarica, ad ſuperſtites Palatinos redibit Electoralis dignitas, *octavo tunc electoratu prorſus extinguendo*. Et quidem Palatinus Electoratus, in ordine Electorum Secularium, poſt Regem Bohemię, ex antiquo jure, ſecundus, non debuit non ſervari, ut cui familiæ Electoralis dignitas infixa ſemper hæſit.

Otho der erſt Pfaltzgraff bey Rhein/
Het Pfaltzgraff Henrichs tochterlein/
Mit mannheit ers alſo erſlecht/
Des Reichs Churbleib ſeinem geſlecht.

Quos verſus Nauclerus, & Freherus *Orig. Palatin. pag*. 98. adducunt. Nempe Otto Bavariæ Dux, a. cIↃ CCXXVI. alii cIↃCCXV. ductâ in uxorem Henrici ultimi Palatini Rheni filia, non Gertruda, ſed Agnete (quo conjugio in unum coiere illuſtriſſimæ in Germaniâ familiæ Palatina & Bavarica) cũ Pala-

tina-

tinatu, etiam Electoriam dignitatem, iſti annexam, dotalem obtinuit, inque domum Bavaricam primus intulit. Vnde Palatinum nomen Ducali adeo ſemper præponere conſueti Bavariæ Duces, aliique, eo quod Palatinatui Electoria dignitas, quæque eam ſequuntur, Vicariatus & Archidapiferia per ſe annexa ſint, ut etiam in Inſtrumento jam Pacis ubi Maximiliano Bavariæ Duci Electoratus adſcribitur, ordo is quoque ſervetur: *maneant penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem.* Cumque haud diu ante tempora Caroli IV lis circa electionem Imperatoris inter Principes ſuboriretur, inter Ottocarum Bohemiæ Regem Electorem, & Henricum ducem Bavariæ, una cum fratre ſuo Ludovico Comite Palatino; tum inter Rudolph. & Ludovicum, Fratres, Comites Palatinos, Carolus IV. omiſſis Ludovici Bavari Imp. filiis, Electoratum in Rudolpho agnovit, ejuſque ſtemmate, propter comitatum Palatinum, cui ille annexus ſit. Vnde a. clɔ ccclIV. biennio ante factam auream Bullam, Oppenheimio ad Electores Imperii ſcripſit, Rudolphi iſtius filium Rupertum, verum Electorem eſſe; memoratque ibidem viſas ſibi fuiſſe genitoris ſui Iohannis, Bohemiæ Regis, litteras, *expreſſe continentes, quod felicis rec. Illuſtris Rudolphus, olim Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ &c. ratione dicti Comitatus Imperii eſſet Elector.* Atque a. lVI. eadem de cauſa iterum, Norinbergæ ſcripſit: *Rupertum Comitem Palatinum eſſe in poſſeſſione juris eligendi, & Electoratus ac Archidapiferi dignitatem Palatinatui eſſe annexam indiſſolubili connexione; ita ut quicunque de Electoris gradu quæſtionem moveret, eidem onus probandi incumberet, ſe jus ad Palatinatum & Archidapiferatum habere: Ita teſtatur Carolus Cæſar tanquam Rex Bohemiæ Sac. Rom. Imp. Archipincerna & Coelector, addens cæteros quoque Coelectores idem ſecum ſentire & profiteri. Norinbergæ Anno Domini* clɔ ccclVI. *quinta feria poſt Epiphaniam Domini.* Atque hinc illa ſunt in Aureâ Bulla, pro Electore Palatino, & ſuccedentibus in Electoratum familiæ iſtius primogenitis, Cap. „VII. ut ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperii Principes „Electores jugiter vigeat, & eorum corda in ſyncera con-

cor-

,,cordia conſerventur. primum conſtituit cum Electori-
,,bus Eccleſiaſticis,hos quatuor ſeculares,illuſtres Reges Bo-
,,hemiæ, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ,, &
,,Marchionem Brandenburgenſem, virtute Regni, & Prin-
,,cipatum ſuorum, in electione Regis Romanorum, in Cæ-
,,ſarem promovendi, cum cæteris Principibus Electoribus,
,,jus, vocem, & locum habere, & una cum ipſis cenſeri,
,,& eſſe veros & legitimos ſacri imperii Principes Electores.
Inde, quod ad ſucceſſionem Electorum. Ne inter eorun-
,,dem Principum ſecularium Electorum filios ſuper jure,vo-
,,ce, & poteſtate præfata, futuris temporibus ſcandalorum
,,& diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum com-
,,mune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore
,,Deo, cupientes periculis ſalubriter obviare, ſtatuimus, &
,,Imperiali auctoritate præſenti lege perpetuis temporibus
,,valitura decernimus, ut poſtquam iidem Principes Electo-
,,res ſeculares, & eorum quilibet eſſe deſierint, Ius, vox, &
,,poteſtas electionis hujuſmodi ad filium ſuum primogeni-
,,tum legitimum laicum, illo vero non exiſtente ad ejuſdem
,,primogenitum ſimiliter laicum, & ſine contradictione cu-
,,juſpiam devolvatur. Si vero primogenitus hujuſmodi abſ-
,,que hæredibus maſculinis legitimis laicis, ab hac luce mi-
,,graret, virtute præſentis Imperialis edicti, Jus, vox, & po-
,,teſtas Electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicum per
,,veram paternam lineam deſcendentem, & deinceps ad il-
,,lius primogenitum laicum devolvatur, & aliis ſucceſſio in
,,primogenitis & hæredibus Principum eorundem Iure, vo-
,,ce, & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſerve-
tur. Ergo Comiti Palatino, ejuſque familiæ Promogeni-
tis Principibus Electoratus, vi fundamentalis iſtius in Aurea
Bulla conſtitutionis debetur, quā favere Palatinatui, & Ele-
ctoratum ei addicere, non negant quoque ipſi Bavarici, ut-
cumque in cauſa Electoratus, quem volunt Ducatui Bavariç,
non Comitatui Palatino, annexum, adverſarii. Ioh. Adel-
zreiter, Conſiliarius Bavaricus, in *Refutatione Vindiciarum*

Cauſa Palatina. pag. 336. 340. Quæ qualiaque hac in parte ſcripta, jam ab a. CIƆ IƆCXXI prodierunt, inter Conſiliarios Palatinos, & Bavaricos, primo inter Marquardum Freherum, & Chriſtophorum Gewoldũ, illum Palatinum, hunc Bavaricum conſiliarium. Vtriuſque argumenta ſummatim exhibet Ioh. Limnæus, Ienenſis, *Tom.* I. *Diſput de jure publico Imp. Rom. lib.* III. *cap.* IX. quæ deſcripta in *Rep. Germaniæ part.* II. *pag.* 177. Inde a. CIƆ IƆCXXXIX. & annis proxime ſequentibus, *Manifeſtis, Anti-Manifeſtis, Manifeſtationibus, Anti-Manifeſtationibus*, hinc à Ioh. Ioachimo Ruſdorfio, pro Palatinis, item Ioh. Conrado Blarer; ex adverſo pro Bavaris, à Nicolao Burgundo, tum Iohanne Adelzreiter, aliiſque pugnatum ut ſit, orbi ſatis notum. Sed pugna hæc chartacea nitebatur aliâ violenta magis armataq; qua detruſis loco Palatinis, in Electoratum, reclamantibus quamvis Saxone, & Brandenburgico, Electoribus, etiam Lantgravio Haſſiæ, & Principe Wolfgango Wilhelmo Duce Neoburgico, & Duce Brunvicenſi, ſurrogabatur ab Imp. Ferdinando II. Maximilianus Dux Bavariæ. Quam novam inveſtituram utpote vi tutam, ſcriptis oppugnare, quam evertere, facilius fuit. Certe ſi, quemadmodum Bavari amabant diſputare, ſequatur, Electoratum, qui ad Bavariæ Principes ſpectabat, inde non potuiſſe avelli; indubitatæ veritatis fuit, quia juxta Aureæ Bullæ ἀναντιῤῥήτην deciſionem, Electoratus ad Domum ſpectat Palatinam, non Bavaricam, inde non debuiſſe abſtrahi. Atque ultra centena argumenta, ſive ex rationibus, jure, exemplis protulerunt Palatini, pro ſua domo, ejuſque annexo Electoratu, quæ in compendium contraxit, atque exhibuit Conradus Blarer, *Electoratus Palatini part.* III. *pag.* 9. 36. etiam ex teſtimoniis Eccleſiæ Romanæ, Romaniſtarum, ipſiuſque Cardinalis Bellarmini, qui in libro *de Tranſlatione Imperii part.* III. agens de Electorum Imp. inſtitutione, Palatinam domum, non Bavaricam, pro Electorali habuit. Atque in iſtius primogenitis fundata Electoratus ſucceſſio fuit: ut adverſus Carolum Ludovicum Palatinum

num Principem nihil omnino ſit, quod objici ab aliquo poſſit. Adde Bullam Sigiſmundi Imp. *de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum*, convenientem cum Aurea Bulla, apud Melch. Goldaſtum, *Conſtitut. Imperial. pag*. 143. tum Diſſertationem, *de Succeſſione in Electoratibus ex jure Primogenituræ*, Arnoldi Engelbrechti, inter Collectanea Diſcurſuum Hampelii. Cæterum quo conſilio, & fine Papa urſerit, obtinueritque Electoratus Palatini, pridem a. clↄ Iↄcxxii. d. xxv. Februarii à Friderico, Bohemorum Rege, in Maximilianum Bavarum tranſlationẽ, nempe tum ut *ἰσοψηφία* inter Electores, oppoſitis ad tres Clericales Pontificios æquo numero aliis ſecularibus Proteſtantibus ſubverſum iret, tum ut erutum religionis Reformatæ in Germania aſylum Palatinatum, & aliis qua Belgis, qua Gallis, rerum ſuarum, ubi id tempora exegerunt, magnum fulcimentum, cui quid non, dum fere omnia, debemus? obtentâ etiam authoritatis Papalis hac occaſione in Electorale Collegium prætenſa poteſtate, dum hunc ejici curat, ille petitum venit Electoralis dignitatis à Papa confirmationem, ne alia addam, omnibus nimis quam nota, & ipſi ſatis prodidere Papales; primum in litteris interceptis a. clↄ Iↄc xxi, Cardinalis Ludoviſii, Comitis Ognatenſis, Balthaſaris Zuniga, aliorumque: tum Guiljelmus Germæus, de Lamormaini Ieſuita Ferdinando II à ſacris & Confeſſionibus, in lib. *de Ferdinand*. II. *Romanorum Imp. virtutibus*: Carolus Caraffa, Epiſcopus Averſanus, duorum Pontificũ Gregorii xv. & Vrbani VIII. in aula Cæſarea Nuncius, lib. *Germania ſacra reſtaurata*, ex quibus in hanc rem excerpta protulit in *Vindiciis Palatinis, cap*. xxxv. *& ſeq*. Ioachimus à Ruſdorf. Michael Lonigus, præfectus Vaticani, Gregorio xv. conſilium offerens de perſuadendo Maximiliano Bavaro, ut Electoratus obtenti confirmationem peteret (quod & fecit) à Papa; ſic illud inchoat: Beatiſſime Pater, Maximum ad „Romanam Eccleſiam emolumentum accederet, & ingenti „gloriæ decore Sanctitas Veſtra feliciſſimum Pontificatum „ſibi à Deo creditum cumularet, ſi Bojorum Dux, nuper ad

„Electoratus Imperialis dignitatem evectus, in illam ſententiam pelliceretur, ut ab Sedis Apoſtolicæ auctoritate hunc „ſibi titulum confirmari expoſtularet. Hoc enim uno obtento tantum in præſentia Beatitudo Veſtra lucrifaceret, quantum ne ducentorum quidem annorum curriculo ab ſuperioribus Pontificibus acquiſitum fuit; aut potius, ut verius „loquar, rurſum illud vindicaret, atque redimeret, quod à „Gregorii XI. temporibus ad hæc uſque noſtra de juribus, „quæ in conſtituendis rebus, & ordinibus Imperii ad Eccleſiam attinebant, cæteri amiſerunt. Ipſe agnoſcit, hoc à ducentis annis ab Imperio vel Electoratu Paparum neminem obtinere potuiſſe, quod neq; unquam debuiſſet, adeo faciens contra jura & ſplendorem Imperii, atq; Illuſtriſſimi Collegii Electoralis. Et in Aphoriſmis, de Statu Eccleſiæ reſtaurando, Romano Papalis ſcilicet, ex decreto & approbatione Collegii Cardinalium, exhibitis P. Gregorio XV. per eundem iſtum Lonigum, probatur evidenter, hinc dilatandæ Pontificiæ uſurpationis cauſa, inde ad ejiciendos (ſi fieri poſſet) Imperio & Electorali Collegio Proteſtantes omnes, & non unum Palatinum, ſed propter eandem cauſam, Saxonem quoque & Brandenburgicum, qui expreſſe eum in finem deſignantur, agitata illa adverſus Palatinum fuiſſe, quæ adſcribemus, ut pateat tum ex qua ſede funeſta illa conſilia orta fuerint, Papali nimirum, tum quid in eo ſpectarint, nempe Palatini, & cum eo reliquorum Proteſtantium extremam internecionem. Aphriſmo quinto: *Cum Leo III illam poteſtatem habuerit, propter hæreſeos crimen Orientale imperium ab Occidentali abſcindere, & divellere, ac ex Græcorum manibus eripere, & ad Gallos tranſmittere: quare non Pontifex maximus eandem poteſtatem habebit, Electoratum à Palatinato, ut principali hæreſiarcha, abripere, & in Bojorum ducem, ut obedientiſſimum filium Eccleſiæ transferre?* Ex eodem falſo ac inani principio, tranſlati per Leonem P. Imperii (Imp. Fridericus I. a. CIↃCLVII. *quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit*) Lonigus

nigus iterum, Aphoriſmo VII. *Ita Electoralis dignitatis in Bojorum ducem Catholiciſſimum tranſmiſſionem ſagacitas & oppoſitio reſtantis hæreſiarchæ Saxonis non impedire, multo minus impugnare poteſt, quia juribus & privilegiis imperii, ut hæreticus, ſanctitatem & antiquitatem fontalis originis imperii non agnoſcens, de jure frui non poteſt:* Aphor. VIII. *Si hæc ita, ut revera ſunt, tunc Pontifex ſummus cum ſancta Liga omnes vires contra hæreſiarcham Saxonem & ab illo dependentes rebelles adhibere tenetur, ut ſanctitas ſedis Apoſtolicæ, & antiquitas Imperii Romani, in tranſlatione Electoralis dignitatis conſervari poſſit.* Aphor IX. *Poſt Leonem alii quoque Pontifices ſola ſedis autoritate illud idem imperium Occidentale ſæpe ab una ad aliam tranſtulerunt nationem: quare non eadem Sedis autoritate Pontifex maximus, & Electorales dignitates ex manibus hæreticorum eripere, & ad Catholicos principes tranſmittere poſſet? ut facies imperii Romani Sancta rurſum in hæreticis extirpandis firmetur.* Aphor. X. *Ita Pontifex maximus, Imperator, & Sancta Liga, abſque violatione Sedis Apoſtolicæ, quã ſancta ſemper in antiquitate conſervanda tueri debet, Saxoni & Brandenburgico non permittere poſſunt, qui autoritatem antiquitatis in transferendo Electoratu, à Sede Romana divellere, & ad collegium Electorum pertrahere tentant.* Aphor. XXVII. *Cum tranſlatio Electoralis dignitatis in Bojorum ducem Maximilianum facta, jam à beatiſſimo Patre confirmata ſit: ideo penes Imperatorem, aut Regem Hiſpaniarum, non amplius ſtat, Palatinum hæreſiarcham, vel hæredes Comitis Palatini, in ditionem, de qua parens eſt dejectus, vel in Electoratum reponere. Nam hæc controverſia ad beatiſſimam ſedem Apoſtolicam, non ad Imperatorem, vel Regem Hiſpaniarum, pertinent.* Aphor. XXVIII. *Cum tranſlationem Electoratus Pontifex ſummus confirmaverit: ideo Reges Angliæ, Daniæ, Saxo, & Brandeburgicus, reſtitutionem Palatini in ditiones & Electoratum inique ab Imperatore poſtulant. Nam nihil aliud eſt hoc petere, quam ſedem Apoſtolicam de juribus Majeſtatis ſuæ deturbare, & fontalem originem contra antiquitatem & ſanctitatem Eccleſiæ, & imperii, Imperatori adjudicare.* Ex quibus omnibus hæc tria ſole contra clarius elucent ac ſequuntur 1. Propriam & Primam cauſam erepti Palatino pridẽ Ele-

ctoratus fuiſſe Papalibus non aliam, quam religionis. II. Idem ab iiſdem intentari reliquis Proteſtantibus Imperii Principibus, Electoribus ipſis, nominatim Ducibus Saxonicis & Brandeburgicis: haberique illis ipſorum Electoratus nullos, quia ſcilicet non ſint à Papâ confirmati. Aperte quoq; eundem animum prodidit Thomas Campanella, lib. de Monarchia Hiſpaniæ, cap. v. ubi inquit: *res ipſa poſtulat, ut Rex Hiſpan. eo omnes vires ſuas intendat, quo iſtud Imperium in poteſtatem ſuam redigat? Hoc ut fiat, agendum ipſi eſt cum Papa ut maledictione devoveat hæreticos, tres Electores proteſtantes. comminando, ni ad Ecclesiam Romanam redeant, ſe illos Electorali dignitate, quam ab ipſo Papa acceperunt, rurſus exuturum; & cum jam aſſeverent, papam eſſe Antichriſtum, convincentur ſuis verbis ſe ipſos Antichriſtianos eſſe; atque ideo ipſis ultro dignitatem illam eſſe deponendam, ſi Catholicam fidem recipere nolint. Quo fine Galli, Itali, & Hiſpania, conciliante Papa, conjunctim contra illos conſpirare debent, (quod ſane plurimum adjumenti ad hanc rem adferret) illorumque ſubjugatorum ſectas funditus eradicare, novaſque colonias in illorum locum mittere.* Aliud eodem libro cap. XXIII. habet, quod quoque concernit Electores, & Principes Proteſtantes, in Germaniâ: *Adhibenda verò etiam ſumma opera eſt ut ſpargantur perpetua diſcordiæ ſemina inter Marchionem Brandenburgicum, Landgravium Haſſiæ, Ducem Saxoniæ, Brunſvvigæ, Palatinum ad Rhenum, Ducem item VVirtebergenſem, & minutas illas reſpublicas Germaniæ: quod facile fieri poteſt, ſi præeminentiæ quæſtio ipſis moveatur, quod reſpublicas ſemper ſuſpenſas tenuit.* Quæ omnia ſane expergiſcere jubet Proteſtantes, atque intendere aſſiduis Paparum adverſum ipſos molitionibus, & inſidiis. Henricus Vendramenus, Controv. Venet. II. pag. 31. *Niſi viderentur Pontifices ſummam Principum ſecularium autoritatem aſpirare, non eſſet cur tantopere omnes Principes ſibi timendum eſſe putarent.* III. Nullos in Imperio, jurium & dignitatum Imperii vindices eſſe æquè probos ac conſtantes, quam Principes Proteſtantes. Sed hoc nim. adeo dolet Papæ., ſe neutiquam auditum fuiſſe in condendo octavo Imperii Electoratu, & quidem in favorem, uti

ait, Comitis Palatini, revera Ducis Bavarici. Nam & hic locum habet, quod ſcripſit Fridericus III Imp. a. clↄ ccccxliv. ad P. Eugenium iv. de regnis legitimo hæredi non auferendis, aut in alium tranſferendis; pro Ladiſlao Hungariæ Rege, puero, quæ apud Goldaſtum legitur epiſtola, *Conſtit. Imperial. Tom.* III. *pag.* 477. Sic jam in fumū abiit conſilium iſtud Cardinalium, & Lonigi, P. Gregorio xv. pridem in cauſa Bavarica exhibitum: & aliter hæc intelligenda eſſe, nimirum Imperii, non Paparum eſſe de Electoratibus diſponere, ipſo, eoque illuſtri, facto Imperator, & Principes oſtenderunt.

§. XVI. *Et quamvis Venerabilis Frater Epiſcopus Neritonenſis noſter, & Sedis præfatæ ad Tractum Rheni, & inferiores Germaniæ partes Nuncius extraordinarius in executionem mandatorum noſtrorum, fuerit palam noſtro, & ejuſdem Sedis Apoſtolicæ nomine proteſtatus.)* Videlicet mente alta repoſtum manet ſpreti Nuntii ſui Epiſcopi Neritonenſis authoritas, & proteſtatio. Maluiſſet hic alterum Caraffam intromiſſum fuiſſe, ſuaſque egiſſe partes; ſed ſapientiores Principes fœtum hunc Papalem ſemovendum ab interioribus conſiliis prudenter ſciverunt, qui certo certius omnia ipſorū interturbaſſet conſilia, & omnibus viribus paci jugiter interceſſiſſet. Nec aliter fieri poteſt, primo per prætenſam Papę in Imperialia poteſtatem, Principibus nunquam perſuadendam, verum execrandam omnibus & reprimendam: deinde propter odium adverſus Proteſtantes, ipſorum religionem, cauſam, & Principes Papale, quibuſcum tamen pax firmanda erat. Eliminato proinde Papali nuntio, Principes quod Principum, quodque Imperii fuit, peregerunt, & hoc ad ſe pertinere, nihil ad Papam, merito cenſebant.

Eccleſiam regat ille ſuam, divinaque jura
Temperet: Imperium nobis faſceſque relinquat.

Vti apud Guntherum, in *Ligurinis* loquitur Imperator Fridericus. Et quid hic Nuncius Papalis? quorſum, quid ipſi cum Imperii Comitiis, ut ceu Davus in Comœdia Principibus aſſiduo obmurmuret, & placita Numinis Vaticani crepet? nihil

hil certe boni ſpectandum à tali perſona, tyrannidis Papalis jurato mancipio, potuiſſet. Quare quod Pontifici Paulo v. conſilium dabat Perronus Cardinalis, ut ad pacem inter Chriſtianos Principes colendam, ad eos mitteret ſolum Nuncios non partiales, prudenter factum dicerem, ſi talis quiret homo eſſe Papæ nuncius, & non implicare mihi videretur, quod dicebat *des Nonces non partiaux, & qui ne dependiſſent que d'elle*, pendentes à ſola Papali ſede: eo etenim quod Papæ ſunt debentque eſſe in ſolidum devoti, nequeunt non partes ſequi, & facere, quas nuſquam non Papæ captant. Et quis ferat erectioris indolis Princeps, mucoſum Nuncium in plenis Comitiis, nomine Papæ proteſtari, *Pacis articulos eſſe irritos, nullos, iniquos, ac per non habentes poteſtatem temere contractos, atque pro talibus ab omnibus habendos eſſe*? Peſſimus rabula irrita dicet acta & fœdera Principum, iniquam pacem, & pro nullâ à quibuſvis habendam, ac per non habentes poteſtatem conditam? quid, non poteſtatem habet Imperator, non Imperii primores pacis tractare negotia? non Rex Galliæ, non Sueciæ Regina? quibuſcum pacis fœdus ictum eſt. Vel quis, quinam poteſtatem talia agendi habent, ſi non illi? an forte Papa, & quibus ille poteſtatem tribuat? Beſtia, nam hoc ſymbolo Spiritus S. in Sacris Papalem iſtam ſtoliditatem deſcribit, & ſibi arrogans quę aliis debentur: imitata potius illũ, qui Chriſto dicebat ad oſtenſa mundi regna, eorumque gloriam: *hæc tibi dabo omnia*. De Gregorio VII. dixit Onuphrius Panvinus, in ejus vita, quod *ſuis decretis dimidium Cæſari tollebat*. ſi audiatur in Bulla ſua Innocentius, hic ab Imperatore totum tollit, dum nec poteſtatem ei relinquit faciendi pacem. Itane Papa poteſtatum ſupremarum, quibus omnes ſubditos vult eſſe Paulus, *omnem animam*, adeo ſine anima ſit oportet, ſe qui hinc eximat, arbiter erit, & ab eo ſcilicet emendicatam omnes habebunt ac precariam poteſtatem Principes, Reges, Imperatores? ita ut nec pacis tractare negotia poſſint, niſi ab illo auctorati? o ingentem arrogantiam, improbitatem, blaſphemiam! ſcilicet hoc premii loco referunt Principes à Papa,

pro-

Digitized by Google

propter accumulatam huic tam prodige auctoritatem & conceſſa imprudenter omnis generis dona, jura, poteſtatem. Neque aliter puniendi melius erant, quam per ipſum illum, in quo exaltando tam pernicioſe peccarunt. Nullam corporalem juriſdictionem de ſe habet Papa, omnia vel uſurpatione mera, vel iniqua & prepoſtera Principum liberalitate, qua nec abuti ille debuerat, imo nec accipere quæ dare illi volebant, non item poterant, ipſi autem poſſidere prohibitum. Iam vero illis omnibus ad id faſtigium pervenit, ut omnibus major regibus, leges dare, omnem poteſtatem à ſe dependere, & Dei loco haberi, ſe velit. Horrenda ſunt, quæ de poteſtate Papæ, ex Papiſticis & Curialibus Paparum Doctoribus viri docti in catalogum collegerunt, ut oſtenderent, quale Numen in Papâ colant & colere debeant quotquot ei ſe ſubmittunt. Ne alios dicam, Ioh. Wolfius *Lection. Memorab. Centur.* xv. à pag. 990. & deinceps. Nuper Laurentius Banck I. C. Profeſſor Franckeranus, lib. *de Tyrannide Papæ*, per totum, præſertim *cap.* XI. de Papæ Tyrannide in Republicas. Quis recenſeat Auctorum plurimorum non dicta aliqua, ſed ſcripta integra, libros & tractatus adverſus enormem illam Paparum arrogantiam & uſurpationem, præcipue in temporalia & politica? Scriptorum Germanorum, Gallorum, Anglorum, Venetorum: quorum multa, egregio inſtituto & fructu, collegit, ediditque Melchior Goldaſtus, lib. *Monarchia S. Romani Imperii.* Sed Scriptorum, Doctorumque ſit illis obloqui: Principum eſt, ſua authoritate ac vi reprimere Papalem iſtum faſtum ac coërcere. Id eſt, dum nunquam eo adducentur Papæ, ut ſponte deponant vel remittant ſuam ambitionem, adimenda illis poteſtas ea temporalis, per iſtos, quibus eam abſtulerunt: neque prius cum Imperio, vel mundi regnis bene habebit, quam hoc factum fuerit. Sic Petrus de Ferraria, apud Boërium I.C. Deciſion. LXIX. *bene & ſancte faceret Papa*, inquit, *ſi totam temporalem juriſdictionem in manibus Imperat. remitteret, nec aliter unquam Reſp. & maxime Italia quieſcet, nec ulterius tale ſciſma de Papatu, quale fuit præteritis annis, ullo tempore am-*

plius accidet. Et ex hoc Status univerſus Clericorum magis reddetur Deo ac populo devotus. Et ipſe Papa cum Cardinalibus quietus vivent. &c. Sed ut ipſi Papæ proprio motu hoc agant, ne cogitandum quidem eſt, at Principes eo minus officio deeſſe oportet, ut illud hic agant, quod & Papis, & ſibi æque foret ſalutare. Neque enim Papis convenit temporalis juriſdictio, præter Theologos, idem quoque ſatis oſtendentibus Iuriſconſultis, præcipue Gallis, qui aliis hic ſemper cordatiores. Rudolphus Prællæus, *de Poteſtate Pontificali & Imperiali.* Sub R. Carolo v. *Somnium Viridarii.* Molinæus, Hottomanus, Ludovicus Servinus; Iacobus Leſchaſſerius; Iohannes Bedæus de la Germandiere; Iulius Pacius, *Illuſtr. Quæſt.* I. Maynardus, *Quæſt. Notab. de droit eſcrit. li.* IV. *ch.* 100. aliique. Vnde Perronus in legatione pro Henrico IV. ad P. Clementem VIII. ne pilum ſe de poteſtate Regis temporali conceſſiſſe ſcribit ad Regem, in articulis reconciliationis: *mais ils n'ont dependu un ſeul poil de l'authorité temporelle de Roy.* Leodienſes, in epiſtolâ quam ad P. Paſchalem II ſcripſerunt a. cIↃ CVII. *unde præter gladium verbi Dei & martirii tertius quem in nos porrigit Roberto armigero ſuo?* &c. Epiſtola illa, ob elegantiam & dignitatem ſuam, apud varios legitur. In ſecundo tomo Concilorum in Chronicâ Colonenſi; apud Goldaſtum in *Conſtitut. Imper.* & inter *Apologias pro Henrico* IV. *pag.* 188. dicitur à Sigeberto Abbate Gemblacenſi ſcripta, nomine Eccleſiæ Leodienſis, a. cIↃ CIII. Apud Simonem Scardium, in *Sylloge Hiſtorico-Politico-Eccleſiaſticâ.* Bochellum, *Decret Eccleſ. Gallic. lib.* V. Venturam Vincentinum *Conſil. Venet. cap.* IX. Atq; ideo Leodienſes fidelitatis ſuæ adeo commendabat Henricus IV. in epiſtola, a. cIↃ CVI. qua conqueritur de injuriis ſibi à Papa factis: *poſtea Leodium veni. In quibus locis fideles viros, & in fide regni conſtantes ſemper inveni.* Adeoq; auferenda Papis temporalis poteſtas omnis & juriſdictio, ut urbem quoque *Romam* vendicare iterum Imperio, vel regimini ſeculari, in eamq; dominationem exercere antiquam Principes oporteat. Quo demum pacto optime & radicitus iſta Paparum poteſtas exſcindetur.

Quod

Quod Fredericus I. P. Adriano, urbis potentiam & poſſeſſionem faſtuoſe jactanti ita ingerebat, epiſt. a.clↄ clv. *Penes nos cuncta hac ſunt. Ad nos ſimul omnia hac cum imperio dimanarunt. Non ceſſit nobis nudum imperium; virtute ſua amictum venit, ornamenta ſua ſecum traxit. Penes nos ſunt Conſules tui, penes nos eſt Senatus tuus, penes nos eſt miles tuus.* Et anno clↄ clix. ad articulos à Papa ſibi per certos ad id Cardinales expoſitos: Nun-„tios noſtros, inquit, non eſſe recipiendos in palatiis Epi-„ſcoporum aſſerit: Concedo, ſi forte aliquis Epiſcoporum „habet in ſuo proprio ſolo & non noſtro palatium. Si autem „in noſtro ſolo & allodio ſunt palatia Epiſcoporum, cum „profecto omne quod ædificatur ſolo cedat, noſtra ſunt & „palatia. injuria ergo eſſet, ſi quis Nuntios noſtros à Regiis „palatiis prohiberet. Legatos ab Imperatore ad urbem non „eſſe mittendos affirmat, cum omnis magiſtratus inibi B. Pe-„tri ſit cum univerſis regalibus. Hæc res, fateor, magna eſt „& gravis, graviorique & maturiori egens conſilio. Nam „cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, „& ſim: ſpeciem tantum Dominantis effingo, & inane uti-„que porto nomen ac ſine re, ſi Vrbis Romæ de manu noſtra „poteſtas fuerit excuſſa. Ludovicus IV. Bavarus, in Edicto a.clↄ cccxxxviii. adverſus Iohannem xxii. inter alia hoc etiam objicit, quod *præter fas atque æquum Italiam à regno Germania ſeparare coactus fuerit.* Fridericus II. a. clↄ ccxxxvi ad Papam, ipſum Italia jubentem abſtinere: *Italia hæreditas eſt mea, & hoc notum eſt toti orbi.* Sic ſic demum, ubi Italiæ quod tenet Papa dominum, & urbis Romæ eo auferetur, in ordinem redigi, & Principibus ſuis ſplendor & dignitas reſtitui poſtliminio poterit, illudque impleri tandem, quod egregio verſu jam olim cantatum:

Roma diu titubans variis erroribus acta
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Omni quidem principatui ſemper ſupra modum adverſantur Papæ, atque uti Iudas loquitur in epiſtolâ, κυριότητα ἀθετοῦσι, maxime tamen adverſus Imperium ſeſe opponunt, & hoc ſi-

bi ſubigere imprimis allaborant. Nullus unquam Imperio fidelis Papa: & hic mihi jam quoque perfidus extitit, adeo nullum Papam fidum reperi, dicebat de Leone X. Maximilianus, verum (addebat) velit Deus, ut hic ſit ultimus. Et ante eum Conradinus a. clↃ cclxviii. in querimoniâ ad Principes Imperii, de injuriis ſibi per Romanos Pontifices illatis: *Ha Deus, quomodo ſic univerſi Pontifices in noſtri juris injuriam juraverunt!* Quæ eo minus ferenda, quo ab Imperio, vel ſeculari Principum juriſdictione male tenet Papa, quidquid temporalis dominii poteſtatiſque habet. Vnde Ludovicus Bavarus a. clↃ cccxxiv. in appellatione adverſus P. Iohannem xxii. quam ubique fecit denuntiari: *Nos Ludovicus Romanorum Rex, proponimus adverſus Ioannem, qui ſe dicit eſſe Papam, quod Chriſti teſtamentum de pace male exequitur, publicam Chriſtianitatis pacem perturbans: nec reminiſcitur à ſancto Conſtantino id, quicquid nunc habet, honoris latitanti Silveſtro permiſſum, male gratus Romano Imperio: unde deſumpſit omnem, quo nunc abutitur, ſplendorem, &c.* Et in Apologia, Francofurti ſcripta a. clↃ cccxxxviii. *Inſuper poſt dictos proceſſus, quaſdam literas ſub bulla ſua dicitur feciſſe, & per multum publice transtuliſſe, in quibus ſe aſſerit totam Italiam ab Imperio & Regno Alemanniæ ſeparaſſe, inſinuans per ſua ſcripta & dicta, quod Papa, tanquam Dominus univerſalis, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, poteſt tam de Imperio quam de omnibus regnis & dominiis temporalibus totius mundi ad ſuum libitum diſponere & ordinare. Ad quæ omnia duximus reſpondendum, quod dicti omnes proceſſus, aſſertiones & literæ, & omnia & ſingula, quæ per dictum Iohannem in prædictis, & contra prædicta, geſta ſeu attentata fuiſſe dicuntur, fuerunt & ſunt nulla, & nullius valoris & momenti, rationibus infra ſcriptis. Prima ratio eſt.* & quæ ſequuntur. Conſultum ego arbitror compendio imperiis, ſi Papis auferrent ſecularia, & quæ in temporali juriſdictione heterogenea & aliena uſurpant in qualvis mundi ditiones & regna. Quid Epiſcopo cum ſceptro? quid Papis cum Imperio? Adigantur exemplum ſequi P. Leonis viii. cujus Bulla legitur reſtituens Ottoni a. Ↄcccclxiv. temporalia que-

 cun-

Digitized by Google

cunque ab Imperio poſſiderent Papæ; in quam Scholia ſcripſit Theodoricus à Niem; & vindicias pro eâ, adverſus Baronium, Goldaſtus, in *Rationali Conſtitut. Imperial. pag.* 36. Atque uti olim Gregorius M. ſe ſcribebat famulum Imperii, ita Principibus ſecularibus omnino ſubjici Papas, & pręſtare obedientiam, juxta cum aliis, oportet. Significavit hoc olim Innocentio III Balduinus I. Imperator Conſtantinopolitanus a. cIↄ ccv. *Miratur noſtra Imperialis Sublimitas, quod nos tua Sanctitas auſa fuit in ſuis literis increpare, cum meminiſſe debueris, quod non dominus Imperatoris, ſed ſubditus ſis, & Imperium Sacerdotio dignitate ac poteſtate præferendum eſſe, juxta id quod beatus Petrus Apoſtolorum Princeps ſcripſit, præcipiens*; Subditi eſtote omni „humanæ creaturæ propter Deum, Sive Regi tanquam præ„cellenti, ſive Ducibus tanquã ab eo miſſis, ad vindictam ma„lefactorum, laudem vero bonorum. Veriſſime Hieronymus Vendramenus, Theologus Venetus dixit, in Diſquiſit. Controverſ. Venet. III. pag. 54. *Vtinam adulatores ſilerent, quippe viri ſanctiſſimi atque doctiſſimi hac de re ſolum loquerentur, nullam dignitatem à ſummo Pontifice aucupantes, nullum lucrum, nullam prabendam, ob quam clare conſtaret, S. Pontificem nullam prorſus temporalem poteſtatem in principum regnis atque imperio habere!* Imo ſi illa res à viris non præoccupatis ſpe aut pretio, vel cœcâ erga Papalem ſedem præpoſteraque devotione, examinaretur, nihil certius eſſet planiuſque, quam nihil ſecularis poteſtatis Papę concedendum aut relinquendum eſſe. Eraſmus, Præfat. ad Hilarium: *Sit hoc vanum, niſi reipſa doceam in libellis quorundam, qui jam annis aliquot hinc multi provolarunt, Pontificiæ majeſtatis ὑπερασπισταί, eſſe quadam, qua dum impenſe tuentur hominis dignitatem, apertam habent contumeliam in Chriſtum. Hoc niſi res evicerit ipſa, ſim ego vanus auctor.* Vnum impræſens ejus dabo argumentum. Alexander Vellutellus, in Comœdiam Dantis Aligerii, de inferno, purgatorio, & paradiſo, rationem dans cur Papæ iſta offerat, ait: *ſopra ognuna de le quali eſſa tua ſantità predomina, & ha ſomma autorità per ſucceſſione da quel Monarcha, che tutte le impere.* Intellectu facilia hæc ſatis, ut

non neceſſe ſit Latine reddere, & quælibet ſua qua tradita Lingua habent neſcio quid energiæ, & ſplendoris, quem amittunt multum, in alium ubi transfunduntur ſermonem. Vel an illud vis ex Cæremoniali Romano, lib. 1. de enſe, qui in nocte nativitatis Domini à Papa ſolenniter conſecratur, dein Regi vel Principi alicui dono mittitur? quod ita ibidem exponitur: *Figurat denique Pontificalis hic gladius poteſtatem ſummam temporalem à Chriſto Pontifici ejus in terris Vicario collatam, juxta illud: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Et alibi, Dominabitur à mari uſque, uſque ad mare, & à flumine, uſque ad terminos orbis terrarum, quam & declarat cappa illa ſericea, quam Pontifices geſtare ſolent in nocte nativitatis Domini.*

§. XVII. Ex illa, quam diximus, Papæ prætenſa poteſtate eſt hoc, quod pacem Germaniæ irritare hac ſacrâ Bullâ auſit, quando poſt præfata multa concludit: ipſo jure nulla, irrita, ,,invalida, iniqua, injuſta, damnata, reprobata, inania, viri-,,buſque, effectu vana omnino fuiſſe, eſſe, & in perpetuo fo-,,re, neminemque ad illorum, & cujuſlibet eorum, etiamſi ,,juramento vallata ſint, obſervantiam teneri, neque ex illis ,,cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum coloratum, ,,vel cauſam preſcribendi, etiam ſi longiſſimi, & immemo-,,rabilis temporis poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio etiam citra ul-,,lam interpellationem, ſeu interruptionem ſubſequatur, ac-,,quiſitum fuiſſe, nec eſſe, minuſve ullo tempore acquiri, & ,,competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ,,atque perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, pro non exſtan-,,tibus, & non factis perpetuo haberi debere, tenore earun-,,dem præſentium, decernimus, vel declaramus, & nihilo-,,minus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, ,,articulos præfatos, aliaque præmiſſa, ut præfertur, præju-,,dicialia motu, ſcientia, & deliberatione, & poteſtatis pleni-,,tudine penitus damnamus, reprobamus, nullamus, caſſa-,,mus, annullamus, viribuſque & effectu vacuamus, & con-,,tra illa, deque eorum nullitate coram Deo proteſtamur, & qua-

„quatenus ibidem opus ſit, eaſdem Sedem Apoſtolicam,Ro-
„manamque, & inferiores Eccleſias, ac quælibet loca pia, &
„quaſcunq; perſonas Eccleſiaſticas,adverſus illa,in integrum
„ac priſtinum,etiam in quo ante prædictam & quaſcunq; alias
„aſſertas ſeu prętenſas anteriores tranſactiones,ſeu pactiones
„conventiones circa prȩmiſſa ubicunque & quomodocunque
„factas,erant,ſtatum reſtituimus, reponimus,ac plenarie rein-
„tegramus. Hactenus Papa. Diſtinctius annotanda ſunt,quæ in modo quo pacem hic abrogat, & pronunciat nullam, ſigillatim obſervanda. Nam & utitur *proteſtatione: de eorum nullitate coram Deo proteſtamur*. Quaſi ejus proteſtatio hic multū audienda vel curanda ſit. II. pronunciat pacis articulos *irritos, nullos, iniquos*. III. Compoſitos *per non habentes poteſtatem*. IV. ab *omnibus* pacem hanc pro nulla habendam: quaſi ejus ſit omnibus imperare, quid ſervare vel minus, pacis præſertim publicæ, debeant. V. non obſtantibus *juramentis*: etiamſi *juramento vallata*, frangenda in gratiam Papȩ, paciſque irritandæ. VI. nullam *præſcriptionem* adverſus hoc ejus interdictum currere. VII. ſe contra decretum pacis, ſecus ac huic viſum, *reſtituere*. VIII. Bullam hanc ſuam valere debere etiamſi magno & ſubſtantiali *defectu* laboret. IX. Imo non obſtantibus in contrarium *Apoſtolicis* tam generalibus, quam ſpecialibus ſtatutis. X. vel Comitiis & legibus *Imperialibus*, aut *Regalibus*. Hæc videlicet audet Papa, in conſpectu totius mundi, tantamque Principibus omnibus, Regibus, Imperatoribus impingere ignominiam: & hoc impune? Miror ego Principum ignaviam, fas mihi ſit ita eam appellare, quum ferunt uno in homine, ſibique ſubjecto tantam adverſus ipſos petulantiam & improbitatem, illum ipſis excutere imperium è manibus, ad ſe rapere, ipſos ſibi ſubjicere, leges refigere, neminem audire, cunctis imperitare, certe haud ferendum videtur ultra vel ipſis, vel Deo. Verum illud eſt juxta ſcitum Bonifacii *Subeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis*. Vel ut P. Sixtus V. ſuam adverſus Regem Navarræum, & Condæum Prin-

ci-

cipem Bullam excommunicatoriam a. cIɔ Iɔ lxxxv. exordiebatur: *Ab immenſa æterni Regis potentia beato Petro, ejuſque ſucceſſoribus tradita auctoritas omnes terrenorum Regum, & Principum ſupereminet poteſtates.* Quale procemium ſubinde miratus ſui quod Innocentius in hac ſua Bullâ non adhibuerit, niſi forte ſciverit iſta jam pridem Principibus, orbique univerſo riſum concitare, & explodi ſolita. Poteſtatem illam Papæ obſervamus dupliciter ſe habere, & ſupra, & contra omnes, quin ideo contra eos, quia omnes ſupergredi temere affectat. De Paulo iv. Hiſtoria Concilii Tridentini (cujus auctor Paulus Sarpius, Servita, Theologus Venetus: tranſlationis in Latinum, nam ſcripta ab Auctore eſt Italice, Adamus Neutonus Scotus, de quo Cl. Dauberus I. C. orat. Funebri in Exceſſum Andreæ Riveti, pag. 15. *Hic ille Neutonus eſt* (nam eo Sammaxentinæ Scholæ moderatore, ſeque Pontificium tum ſimulante, magnus Rivetus Græcas Litteras addidicerat) *verſionis latinæ Hiſtoriæ Concilii Tridentini auctor, qui in Scotiam reverſus Principis Scotiæ, filii primogeniti Regis Henrici Ephorus, tandem Saliſburienſis Eccleſiæ Decanus obiit.* De illo libro vere Grotius, in epiſt. ad Io. Cordeſium (eſt inter ejus ad Gallos epiſtolas cxxII) *Maximum omnes quibus vera ſapientia cordi eſt lucrum fecerunt, reperto libro viri incomparabilis Pauli Servitæ, præſertim de argumento tam nobili &c*) illa dico Hiſtoria lib. v. de P. Paulo iv. hæc refert: *Quoties cum Oratoribus colloquebatur, in eorum aures hujuſmodi ſermones crebro intonabat, ſe Regibus cunctis eſſe ſuperiorem; nolle ſe arctam cum quovis eorum familiaritatem; ſibi conceſſam Regnorum immutandorum poteſtatem; ſe eorum, qui Reges Imperatoreſque è ſoliis ſuis deturbat, eſſe ſucceſſorem. Sæpe illud memorabat, ſe authoritatis ſuæ clarum documentum in ipſo Pontificatus introitu dediſſe, erecta in regnum* Hibernia. *nec erubuit in Conſiſtorio, in menſa, atque in publico multis audientibus dictitare, ſe nullum Principem ſibi comparem, aut ſocium velle agnoſcere: ſed æquum eſſe, ut ſuo pedi (humum eo tum percutiebat) omnes ſubjiciantur, quandoquidem ita viſum ei, qui Eccleſiam hanc ædificaverit, & ſe in hoc faſtigio collocaverit. Neque continebat ſe,* quin

quin interdum adderet, malle ſe centies mori, ac facibus quatuor mundi plagis ſubditis, incendium rerum omnium ruina reſtinguere, quam vile quidpiam ſuoque loco indignum committere. En quales Papas in ſinu ſuo foveant, quotquot illis fidem addixere Principes, & Reges? *debentque* (ſic Cæremoniale loquitur) coram eo genufleĉtere, ejuſque oſculari manus pedeſque *Omnes mortales, & præſertim Chriſti fideles, cujuſcunque ſint dignitatis & præeminentiæ, cum primum in conſpectum Pontificis adveniunt, diſtantibus ſpatiis ter debent ante illum genufleĉtere, & in honorem Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, cujus vices in terris gerit, ejus pedes oſculari. Imperator, Reges, maximi principes, principum ſeu Potentatuum Oratores, prima vice & ad oſculum manus, & oris recipiuntur, alii ad pedes tantum.* Ita Sacrarum Cæremoniarum ſcriptor, ChriſtophorusMarcellus, Corcyrenſis Archiepiſcopus, lib. III. cap. III. Hinc, quod idem Auĉtor Hiſtoriæ Concilii Trident. narrat lib. V. P. Pius IV. à Legato Cæſaris Scipione Comite Arcoenſe, non ſatis habuit reverentiam omnem cultumque accepiſſe, ni & obedientiam profeſſus fuiſſet. Ad hęc non poſſum quin exclamem cum Abbate Trithemenſi, in Chronico, ad expoſitam hiſtrioniā Bonifacii VIII. oſtendentis utrumque gladium, ecce duo gladii hic: *o Domine Ieſu, ecce quo typhus proceſſit ejus, qui ſervus tuus audit!* Bene monebat, ſi moneri vel ab Imperatoribus vellent Papæ, Carolus V. P. Clementem VII. in Reſcripto a. cIↄ Iↄ XXVI. *Videat quæſo S. V. quib. fundamentis moveatur: conſideret an hæc paſtorali congruant officio: an hic ſit gladius per V. Sant. evaginandus exercendusque, quem Chriſtus in vaginam potius recondendum cenſuit, & qui etiam in hoſtes fidei ab ipſo Chriſtiani gregis paſtore regulariter exerceri prohibetur.* Nos in præſenti Papæ adverſus Germaniam, ejuſque pacem facto tria hæc præcipue ſpectamus, I. quid agat: nempe pacem abrogat *Germaniæ*. II. adverſus quos: nominatim impetit *Imperatorem*, & *Galliæ Regem*, ac *Reginam Sueciæ*: id eſt, ſumma Chriſtiani orbis capita. III. quo pacto? ut pacem quamvis *juramento firmatam*, vel quocunque modo alio fortiſſimo ſtabilitam ſervari tamen nolit. Adverſus pacem

Digitized by Google

armat ſe pacis in terris inimicus, *pacem jam ubique contractam diſrumpens atque perturbans*, ut verbis utar Caroli V. ad Clementem VII. quantumvis etiam in Miſſis decantari illud vulgo à ſuis, & precari ad Deum ſciat: *Da propitius pacem in diebus noſtris.* Et pacem Germaniç oppugnat, ſcilicet ut ſic incurrat in *Conſtitutionem de pace publica*, ejuſque reus ut damnari pœna poſſit, quæ illâ continetur. Imperator Sigiſmundus, ab habito Conſtantienſi Concilio, in Reformatione ſæculari, cap. XXI. graviter edixit: Ihr Fürſten/ ihr Herrn/ wie yegkleicher in ſeinem Stat ſey / ich ermahn euch bey deß Reichs Hulden/ deßgleichen alle Stet / niemant außgenummen / bey der heiligen Chriſtenlichen Ermanung / daß ihr verhütent alle Kreig zu wenden / Fried zu haben. Wer die Ermanung oberſicht / der ſol kein getrewer Chriſt geheyſſen ſeyn / noch ſol ſein Stamm kein Freiheyt noch Leben von dem Reych nymmer gewynnen. Er ſol ſtehen under den Chriſten alß ein Heyden vnd falſcher Chriſt. Quamvis extra Imperium Germanicum Papa ſit, quatenus tamen hoc per Reſcripta ſua arroganter turbat, coercendus, & qua parte poteſt, etiam ab omnibus, quos tangit, multandus jure venit. Tumultuetur ille; at ne impune: vel non liceat illi, ſaltem non poſſit, pro voto turbare omnia, accendere bella iterum, ac miſcere ſuperis ima. Hic quidem ejus genius, hoc ſtudium, ſed in quo videre debent Principes, & tanto diligentius cavere ne ipſis ipſorumq; ditionibus noceat & ſit exitio. Non quidem poteſt aliter Papalis ſedes, quam lites ſerere & contentiones; ſed hic ut primus fortitudinis gradus illam contemnere, ita proximus ab eo eſt, illam in ordinem redigere & cancellis ſuis coercere. Imperatorem in ſua Bullâ Papa primo adoritur, tum & Galliæ Regem. Vtinam ille priſcos prædeceſſorum animos aliquando ſumat, eorumque virtus redeat in Nepotum præcordia, ut doceantur ab ipſis Papæ, non amplius in res Imperii involare, & Reges inter ſe Principeſque committere, vel de illarum diſceptare ſuo pro arbitrio juribus ut palam de illis ſcribant, eos non habuiſſe poteſtatem pangendæ pacis, quibus illam acceptum fert orbis Chriſtianus univerſus. Papa nempe Supremarum poteſtatum arbiter erit. Sed vetuſtiora ſunt nomina Henricorum, Fredericorũ, Conradi-

radinorum, Sigiſmundorum, Carolorum, quam ut recordetur hodie Papa quid Imperatores in ſe poſſint, quid egerint aliquando à Papis provocati, quoſque terrores & anguſtias ipſis ſæpe immiſerint: recentiori exemplo docendi ſunt non impune Imperium vexari, aut ejus proſtitui majeſtatem, vel in iſtud licere Papis, quod lubet. Ex Maximiliano Philone, Trevirenſe, de Friderico III. ad ejus Reformationem Eccleſiaſticam refert Goldaſtus, in Rationali Conſtitut. pag. 115. quod ejus hoc votum fuerit: ach daß Gott einem Keiſer ſolche krafft und ſieg gebe / daß er den Bapſt zur gleichheit und billicheit brengen mochte / atque hoc exoptandum aliquando, ut imperatore inſtituatur; neque minus dolendum, Impêratores ita ignorare vel vim ſuam, vel negligere dignitatem ut quod tam facile poſſunt, adeoque debent, non citius exequantur, & ſe ſibi vindicent. Certe Galliæ Reges hic minus defuerunt officio ſuo quam alii multi, in repellendo Papæ faſtu, & arrogantia, quem ſi-quis adhuc apud eos dixerit in temporalibus ſupra Regem eſſe, vel in præjudicium libertatum & exemptionum Eccleſiarum iſtarum (qua de re multi egregiiq; tractatus à Gallorum Doctiſſimis conſcripti ſunt) audiendum vel interrogandum, digne luit, & libros pro Papæ illa poteſtate ſcriptos igne, Auctores ſupplicio perſequuntur. Thuanus lib. XXVIII. a. CIƆ IƆ LXI. de diſputatione Ioh. Tanquerelli, in qua Pontifici inter alia adſcripſerat, eum tanquam *ſolum Chriſti vicarium & Eccleſiæ Monarcham poteſtate ſpirituali & ſeculari omneis fideleis ſubjectos continere, principeſque ſuis præceptis rebelles regno ac dignitatibus exuere poſſe*, refert, Tanquerellum, vel, quia aberat, ejus nomine Petrum Guſtum damnatum fuiſſe, ut publice in Sorbonâ, præſentibus L Theologis, nudo capite *errorem à Bonifacio* VIII. *invectum, & poſt ejus mortem paſſim damnatum* ignominioſa confeſſione recantaret. Ita & errare Papas in rebus fidei etiam ex cathedra definiendis Galli agnoſcunt, & nequidquam illos dubitant in perſonis ſuorũ Clientum Παπομανέντων παραδειγματίσαι, Viginti quatuor annis poſt exemplum illud Tranquerelli, decretum idem renovatum a. CIƆ IƆ XCV. ob ſi-

 miles

miles theſes ad diſputationẽ propoſitas à Florente Iacobo, ſub præſidio Thomæ Blanzii, Pariſienſis Theologi; nam in carcerem conjecti ambo, inde in magnam Sorbonæ aulam adducti, præſentibus ex aula & Schola quam plurimis, publicâ palinodia pœnitentiam teſtati fuere, & à Deo, Rege, judicibus precati veniam. Theſibus diſruptis, Doctoribus imperatum ne talia unquam docerent, & hoc ut certius obſervaretur, decretum in Acta Academica relatum, ea lege, ut quotannis primo poſt nôvi anni exordium Theologorum conventu recitaretur, & repeteretur, quo in recenti apud illos ſemper eſſet memoria. Egregiam ad hæc præſidis Iohannis Forgeti exhibet orationem Thuanus, *hiſtor lib.* cxiv. in principio. Quando a. cIↃ IↃ lxxxvi. Pariſiis Tomus operum Bellarmini primus, quo continetur Diſputatio *de ſummo Pontifice*, ex editione Ingolſtadienſi, recuderetur, Procurator Regius impreſſa quæ reperit folia abſtulit, atque editionem libri, propter illam de authoritate Pontificis diſputationem, inhibuit. Ejuſdem Bellarmini tractatus *de poteſtate ſummi Pontificis, in rebus temporalibus*, adverſus Guiljelmum Barclayum condemnatus Arreſto Parlamenti Pariſienſis fuit, eo, quo primum prodiit, anno, cIↃ IↃcx. d. xxvi. Novemb. (quo eodem anno d. x. Iunii Marianæ librum quoque damnarant) urgentibus negotium Regiis Cognitoribus, interque illos primo Ludovico Servino I. C. cujus cordata & erudita hac ſuper re extat ad Parlamentum *Commonefactio*. Inter Excerpta ex illô Bellarmini libro, quibus ſummam ejus, facilioris judicii ergo, comprehendebant, hæc etiam erant, Cap. II. *Poteſt ac debet Summus Pontifex Regibus imperare, ut non abutantur poteſtate Regia ad Eccleſiam evertendam, ad hæreſes, & ſchiſmata fovenda, &c. Et ſi non obtemperent, cum admoniti fuerint, poteſt eos de Eccleſia per cenſuram excommunicationis ejicere, & populos à juramento fidelitatis abſolvere, denique etiam eos exuere, & Regia poteſtate privare.* Ex cap. III. *Ipſos verò Apoſtolos fuiſſe in poteſtate temporali Principum Ethnicorum, ſcripſi olim cum Alberto Pighio, & aliis nonnullis: ſed poſtea recognoſcens, & expendens diligentiùs libros meos,*

meos, cenſui Apoſtolos de facto *ſubjectos fuiſſe Principibus illis, non* de jure, *ut recognitione mea poſui.* Iſtiuſq; commatis plura erant, quę *ad everſionem poteſtatũ ſupremarum a Deo conſtitutarum & ordinatarum pertinere, ſubditos acuere ad rebellionem, & principum ingenio ſubtrahere, ad machinandum in eorum capita ditioneſque, ad turbandam denique tranquillitatem & quietem publicam incitare*, Pariſienſis curia haud immerito judicavit. Scio quidem, mox ſententiæ huic, ad querelas Nuntii Papalis, interceſſiſſe Regem, ſed non hoc quod res dubia eſſet, verum quia Cardinalis Auctor libri erat, urgebant negotium ad Papale Conſiſtorium deferendum; quod facilius propter Regis Ludovici XIII minoritatem, ſub regimine Mariæ Mediceæ, indultum. Manſit tamen inde, ut pro diverſo hominum de Bellarmini illo libro & diſputatione judicio, aliter quam Bellarminus, & Ieſuitę vulgo ſentientes appellarentur Catholici regales, *catholiques royaux*; ex adverſo alii, *heretiques d'eſtat*, hæretici ſtatus. Atque a. cIↄ Iↄc XI. in contentione Sorbonæ cum Ieſuitis, ubi audita elegans illa Petri Martillerii, nomine Rectoris atque Vniverſitatis, oratio contra Ieſuitas, à nullis non hiſtoricis ad annum iſtum memorata, reductio Ieſuitarum in Galliam, & in Scholas conceſſa, verum ita ut ſubſcriberent ante omnia hiſce veritatibus. I. quod Concilium ſit ſupra Papam. II. quod Papa nullam temporalem ſupra Reges habeat poteſtatem, & quod non poſſit illos per excommunicationem privare regnis ſuis & Statibus. III. quod Eccleſiaſtici in Confeſſione audientes inſidias vel conjurationem contra Regem vel Statum ſuum, vel cujuſque criminis Læſæ Majeſtatis, teneantur illa revelare Magiſtratui. IV. quodque Eccleſiaſtici ſunt ſubjecti Principi ſeculari, vel Magiſtratui Politico. Ita ſolertius Galli ſemper vigilarunt pro authoritate regni, adverſus uſurpationes Paparum, & doctrinas eò facientes. Et Reges quid dicam, illorumque Pragmaticas contra iniquum Paparum dominatum, & tyrannidem? vel Gallicarum Eccleſiarum, pro ſuis libertatibus decreta & conſtitutiones? nam ut in Regno illo omnes & ſinguli Ordines varia adverſus Pa-

parum injurias generoſo animo ſæpe deſignarunt, ita in has illa claſſes omnia diſtribuo, ut ſint vel *Regum* Pragmaticæ & ſanctiones, ſeu reſcripta; vel ſtatuta & Acta *Parlamentorum*, ſupremarum in regno Curiarum; vel decreta *Eccleſiarum*, pro ſuis libertatibus; vel ejuſdem argumenti ſcripta & Tractatus *Doctorum*: quæ omnia quam varia, quamque egregia ſingula ſint, nil opus dicere; nec memorare ex Regum catalogo Philippos, Carolos, Ludovicos; vel inter Scriptores, Molinęos, Hottomannos, Servinos, Prellæos, Achillinos, Almainos, ne recentiores addam, vel qui inter prohibitos à Collegio Cardinalium libros a. cIↃ IↃ cxl. collocari meruit: *Traictez des Droits & libertez de l'Egliſe Gallicane, par M. Pierre Pithou*: ut prætercam Tilletum, Bochellum, alios *de juribus Eccleſiæ Gallicanæ*. Hæc indicaſſe, & revocaſſe in memoriam, apud talium facile obliviosos, Papas videlicet Papaleſque, impræſentiarum ſuffecerit. Vnum quin exhibeam continere me non poſſum, quia rarius, & exemplo poteſt eſſe Regibus, terorri Papis, quod à Goldaſto, ex libello quodam de Actis Gallicanę Legationis depromptum legitur inter Conſtitutiones ejus Imperiales Tom. III. Caroli VIII Regis edictum a. cIↃ cccexcv. d. XII. Iul. per Legatos ſuos Romæ publicatum, contra P. Alexandrum VI. in controverſia de regno „Neapolitano: Sæpe Oratoribus, ſæpius literis, te apud, A-„lexandre Sexte, ſollicitavit Rex noſter, quod annueres auxi-„lioque eſſes ut Regnum ſuum Neapolitanum, quo injuſte „eum ſpoliarunt Reges Arragonum, eoque in hunc uſque „diem contra jus faſque & honeſtum potiuntur, conſequere-„tur. Credebat te tam licitis ſuis deſideriis obtemperaturum, „& id agere, ne Chriſtiani Principes bello implicarentur. Sed „cum plane videat ſe omnia ſurdis auribus cecinifſe, ferro „decrevit curare vulnera, quæ non ſentiunt beneficia medici-„næ: Noſque iterum ad te miſit præcipiens, te admoneremus „ut Serenitatis ſuæ voluntati non incautius reluctareris, „Quod ſi non poſſemus perſuaſionibus apud te efficere, ut „tibi & tuis denunciaremus bellum, quod Regem noſtrum non

,,non minori animo, quam nos denuntiamus, geſturum ,,confidas. Nec tibi perſuade, eam gentem, quæ florentes ,,Romanorum res ſępe periclitavit & ſubvertit, urbem hanc ,,diruit, populi orbis terrarum domini invictum exercitum ,,fudit, devicit Lucium Papirium, Torquatum, illuſtres ,,Fabios, cæteroſque præſtantiſſimos belli duces, puſillanimes ,,Sacerdotes, & qui molliciei & delitiis inſueti bella timent, ,,reverituram. aliaque quę ſequuntur. In fine dicunt: *Bello itaque te accinge, quoniam pacem perferre non potuiſti.* Neque prius pacem reddent regnis & orbi Principes, quam Papam perpetuum diſſidiorum bellorumque omnium fomitem & cloacam ſuis ditionibus primo prohibuerint, tum urbe & mundo exegerint, juxta oraculum illud Lodovici XII Galliarum Regis: *Perdam Babylonem*. Ferendumne Regibus eſt, ut minari audeat P. Iulius II. Henrico II. quod ſi ei Rex Parmam auferat, ſe Galliam ipſi erepturum? Vel ſi Rex ei Galliæ obſequium conetur adimere, ſe Chriſtiani orbis commercio illum interdicturum? uti hæc referuntur in Hiſtoria Conc. Tridentini *lib.* IV. Papa regna auferre? regnum Galliæ? in quod nihil ſibi juris eſſe, ne quidem juxta Conſtitutionem Bonifacii VIII *Vnam ſanctam*, quâ tamen tam impudenter aſſeritur, *gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubjici poteſtate*: ſibi quippe duplicem aſſe- ,,ruerat gladium: *In hac ejuſque* poteſtate duos eſſe gladios, ,,ſpiritualem videlicet & temporalem, euangelicis dictis in- ,,ſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis, Ecce gladii duo hic, ,,in eccleſia ſcilicet, cum apoſtoli loquerentur, non reſpon- ,,dit dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certè qui in poteſtate Pe- ,,tri temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit ,,domini proferentis, Converte gladium tuum in vaginam, V- ,,terque eſt in poteſtate eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius & ,,materialis. Sed is quidem pro eccleſia, ille vero ab eccleſia ,,exercendus. Ille ſacerdotis is manu regum & militum, ſed ,,ad nutum & patientiam ſacerdotis. Atque in fine: Porro ſub- ,,eſſe Romano Pontifici omni humanę creaturæ declaramus,

dici-

inde pacem tamen confirmatam inter Regem, & Principes ſubditoſq; Religionis, familiarius eodemq; a. ſcriptis litteris, exprobravit: quę omnes extant *lib.* I V. *Epiſtol. P.* V. Sed pręcipuę tangunt Gallorum fœdera cũ Exteris Patrocin. Genev. Vnde Auctor lib. *Geſta Imperiorum per Francos*, p. 8. adeo excandeſcit, & ſe cõprehendere poſſe negat, *quomodo cũ Chriſtianiſſimi apellatione conveniat Genevæ protectio & Patrocinium ſuſceptum jã ab a. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, & ſemper continuatum ad hæc uſque tempora. Quod monſtrum, quod portentum, quæ Chimæra? Quæ conventio lucis ad tenebras? quæ communicatio Chriſti cum Belial; quid arcæ Dei cum Idolo Dagon, quid Sioni cum Babilone? quid, ſanctitati cum impietate, quid Chriſto cum Beelzebub, quid Chriſtianiſſimis cum Geneva?* Tum Fœdus Gallorum Belgicum, de quo Idem pag. 10. *Putabam fingi vix quidquam poſſe Chriſtianiſſimi nomine indignius, nec quidquam Chriſtianiſmo exitialius, quam Genevæ tutelam & patrocinium, uti ſupra oſtenſum eſt: veruntamen poſtea conſideranti Fœdus Hollandicum, quod jam pridem Gallia ſtudioſiſſime excoluit, tanto illud pernicioſius eſſe religioni viſum eſt, quanto plures in Statibus illis Hollandicis ineſſe Genevas cernit ſentitque incredibili ſuo malo Eccleſia.* De fœdere ,,Gallo-Suevico, pag. 16. Ab Aquilone pandetur omne ma- ,,lum. Reviviſcunt in uno Gothorum & Wandalorum Re- ,,ge (quem nunc Sueciæ vocant) Alarici & Genſerici, qui ,,rurſus Imperium & Eccleſiam Dei miſerrimè diripiunt, de- ,,formant, lacerant; non illi quidem à Ruffino & Eudoxia ex- ,,citi, qui ambo poſtea hujus evocationis pœnas ultori Numi- ,,ni juſtiſſimas dederunt; ſed (quis credat?) à Gallia Chriſti- ,,aniſſima animati facto fœdere cum mortalium furioſiſſimo, ,,conſilio, pecunia, armis adjuti: Quæ omnia quid de noſtræ religionis Principibus Statibuſq;, & fœderibus iiſcum pactis, Romanenſes ſtatuant, quamque nil præter bella ſpirent, & noſtrorum omnium excidium, quamque peſſimus politiis conſiliarius Papa ſit, oſtendunt. Illis, quę adeo exagitant alii in Gallis pręcipue de fœderibus eorum, cum Hollandis, Germanis, Suevis copioſe reſpondit Auctor *Vindiciarum Gallicarum*, adverſus Alexandrum Patricium, Armacanum, a. *cap.*

XIX. & deinceps, qui huic negotio, ut nihil nos ultra reſpondere neceſſum habeamus, ſatiſfaciet. Quin & publico ſæpe judicio Gallia contumelias iſtas repreſſit, condemnavit. In Franciſco Surgerio Monacho, qui ubi publice Pariſiis, a. cIↄ Iↄxcv. pro concione in Eliſabetham Angliæ Reginam debacchatus eſſet, & pro hæreticis traduxiſſet omnes, qui cum eo fœdus inirent, ad palinodiam actus, & habendarum concionum poteſtas ei ablata fuit: injunctumque Concionatoribus, ut à contumeliis ſpargendis in fœderatos Regi Principes & Status, ſub gravi pœnâ, abſtinerent. Thuanus, *lib.* CXIV. Grotius in epiſtolis, ad Benj. Aurerium, a. cIↄ Iↄcxxvi memorat idem ab Eccleſiaſticis Galliæ hoc tempore decretum fuiſſe: *Gallia eſt quod gratulemur, cujus Epiſcopi nuper emendarunt id quod olim in Rhotomagi conventu peccatum fuerat, aperte definita Regis ſuprema poteſtate, nulli hominum, ne Eccleſia quidem obnoxia; & damnatis armis quæ in Reges, quamvis perſecutores, moventur; & probatis fœderibus, quæ cum iis ineuntur, quos mos ſæculi Hæreticos vocat.* Sed in Pace jam Germaniæ, prçterquàm de Hæreticis quod dicunt, Electores præcipuos, & Status, & Sueciæ Regnum tangit, quos opprobrio iſti vindicando objicimus; non cum ſolis Hæreticis inita eſt, ſed plurimam quidam partem cum Romanç fidei ſectatoribus, ſeu Germanis, ſeu Gallis, & tamen univerſam pacem uno loco habet Papa, pronunciatque irritam. Vbi nec attendit ſatis inter quos pacem abroget, nec qualem, quanta firmitate & quot Supremorum in terris Nominum fide, quodque ſupra illa ſolum eſt, ſolenni per Dei Numen juramento conſtabilitam. Verum quid juramenti religio cohibeat Papam, qui ad exemplum iniqui iſtius in Euangelio judicis, neque Deum veretur, neque homines? Multa ejus facinora in Bulla hactenus notavimus, quæ tamen omnia ſupergreditur hoc, quod pacem frangit *etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia* roboratam. Hoc enim paragrapho ſimul & humana quævis, & Apoſtolica, & divina contemnit atque proculcat. Quo cenſu authoritates habeat ἀνυπεύθυνος ſæpe nunc vidimus, etiam quo

quo loco Apoſtolica, quæ ſic appellat: quaſi quę ſibi aperte adverſantur Apoſtolica dici poſſint; vel Papalia iſthoc nomine (quod hic faciunt) inſignire, non ſit directe contra Apoſtolos. Audiendus potius, quamvis etiam Pontificius, Ventura Vincentinus, Conſil. ſuper Controverſ. Venet. cap. IX. *Non neceſſe eſt ſemper eſſe verum quod Papa aſſerit, quia videmus quod circa eandem rem contrarias opiniones diverſi Pontifices habuerunt, & tamen non poſſint contraria vel contradictoria ſimul eſſe vera.* Haud ſemel vero in hac Noſtra Bullâ Innocentius Apoſtolicas conſtitutiones ſuæ adverſas facit, eoque & rejicit. Sed & in Bulla Cœnæ Dominicæ, art. XVI. Seculares quoſcumque Magiſtratus excommunicant & anathematizant, qui ſe quoquo modo interponunt (audite Galli, Veneti, vos enim præ aliis hoc ſpęctat) in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus cõtra perſonas eccleſiaſticas, illas banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcumque privilegiorum à ſede Apoſtolica ex quibuſvis cauſis, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, in genere & ſpecie conceſſorum quibuſcunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuſpublicis, Monarchiis, Civitatibus, & aliis quibuſcunque potentatibus quocunque nomine cenſeantur, quæ nolumus illis in aliquo ſuffragari: illa omnia ex nunc in irritum revocando. Tam facile & conſuetum Papis eſt, tum ſe opponere poteſtatibus Magiſtratuum quorumcunque, eoſque ob ea, quæ ipſorum ex divino humanoque jure ſunt, excommunicare; tum etiam Apoſtolicis (quę dicunt) derogare. Inſuper *juramenti* religionem non vilipendit ſolum, ſed reſcindit, & ſuæ poteſtatis exiſtimat, fidem ejus poſſe facere irritam. Aliud eſt, dicere juramenti vim non tenere, quando cauſæ injuſtitia illud pronunciat nullum; aliud, ex authoritate ſuperiori, quemadmodum alias ſibi obſtantes Conſtitutiones, ita, non per illam cauſæ explicationem, ſed ſimpliciter juramento, vel quavis firmitate roborata (ut ita in juramento firmitatem agnoſcas, quod alioqui per cauſæ defectum non firmum, nul-

Digitized by Google

lumque eſt) reſcindere & annullare. Nempe Papa eſt ſupremus in terris Dominus, Deuſque, qui diſpenſet ſuper Euangelia, Apoſtolos, religionem, atque etiam juramenta: & qui illis omnibus apertiſſimum ſe perſæpe præbet adverſarium. Innocentius III. lib. II. Decret, tit. XXIV. c. *ſicut Noſtris. Iuramentum contra Eccleſiæ utilitatem præſtitum non tenet.* adeo ut proprium Pontificum dixerit eſſe Guiccardinus, Hiſtor: *Ital. lib.* VIII. non curare promiſſa. Et jam olim jactatum ſit illud Hildeberti Cenomanenſis epiſcopi diſtichon, in Romam: *Vrbs fœlix, vel ſi dominis urbs illa careret, Vel Dominis eſſet turpe carere fide.* Eccleſiæ utilitatem quum interpretari & extendere pro arbitrio poſſint Papæ, juramenta omnia ipſis tantum ludus ſunt & jocus. Quod jam pridem univerſus obſervavit orbis, Papas juramentis ludere, ceu pueri aſtragalis ſolent. Carolus V. in Reſcripto ad P. Clementem VII. a. cIↄ Iↄ XXVI. Et ſunt qui affirmant, ut ex quibuſ-
„dam literis percepimus: quod V.S. ipſo etiam Gallorum re-
„ge non petente, eidem juramentmm relaxaverit, quod no-
„bis præſtiterat pro fœdere nobiſcum prius inito, quod ta-
„men credere nolumus: quandoquidem res talis omnino
„à paſtore Chriſti vicario aliena eſſe deberet, ne ipſius juriſ-
„jurandi ſine cauſa ſpreta religio ad deteriora innocentium
„præberet. Certe illa Paſtorem Chriſti decerent quidem minime, ſed quod ſe vix dicit credere, humanitas magis Imperatoris fuit, quā fides. Dabo ergo teſtem ejus in Papis pervicaciæ ac perjurii alium, & Cardinalem Oſſatum, ab Henrico IV Galliarum Rege, Romam ad Clementem VIII ablegatum, ut una cum Perrono Regis perficeret reconciliationem cum Papa: quo peracto negotio, variis litteris teſtatur, quam aſſidue ſollicitaret Regem Papa, ut fœdus quod ei erat cum Angliæ Regina, quamvis ſolenni (pro iſtorum fœderum more) juramento confirmatum diſrumperet: inter alia lib. III, epiſt. LXXXVII hac de re verba facit obſervatione & cenſurâ digniſſima: *Le Pape me dit, que le ſerment avoit eſté fait à un heretique & que ſa Majeſté avoit fait un autre ſerment à Dieu, & a luy Pape;*
&

& puis adjouſta ce qu'il m'avoit dit autrefois & en l'audience precedente, que les Roys & autres Princes ſouverains ſe permettoient toutes choſes que tournoyent à leur profit, & que la choſe en eſtoit venue ſi avant, qu'on ne leur imputoit point, & ne leur en ſcavoit on point de mauvais gre: & allegua un dire de Franceſco Maria Duc d'Vrbin, qui ſouloit dire, que ſi un ſimple Gentil-homme ou un Seigneur non ſouverain manquit de ſa parole, il en ſeroit deſhonoré, & blaſmé d'un chacun, mais les Princes ſouverains, pour raiſon d'eſtat, pouvoient ſans autre grand blaſme faire des traictez & s'en departir, prendre des alliances & les laiſſer, mentir, trahir, & toutes telles autres choſes. Quis non merito cohorreſcat ad diabolica hujuſmodi apud Papam axiomata & dogmata? ſiquidem docet hic quid facere liceat; & ſcribit hæc de Papa non noſtræ partis aliquis, ſed Oſſatus, ad Regis, Conſiliarium de Villeroy. Vtar hic ſimplici argumento: interrogo Papanos omnes, ipſoſque adeo Cardinales, an quando Papa docet mentiri, fallere, prodere, & quidem de jure licita eſſe, peccet? an non vel tum, turpiter graviterque erret, quin in communem hominum ſocietatem? vel quis illum ſpiritus ducat, qualemve ſequatur, quando infanda ejuſmodi exempla, quale hic Vrbini Ducis, qui dicebat probroſum quidem in vulgari homine aut Nobili eſſe ſi verbis fallat, non ita in Principe, proponit? illene infallibilis, aut judex & arbiter religionis nobis erit? Scribit ſibi quidem multa in promtu fuiſſe, quæ reſpondiſſet, Oſſatus, *je n'avois que trop à repliquer à tout cela*, ſed non conſultum viſum diu illis inſiſtere. Interim tamen hoc in fine epiſtolæ ſuum de illo judicium nobis imprimis, quibus multum refert Papas intime noſſe, tum etiam quibuſcumque prudentibus, nā & ſagacis valde animi Oſſatus ille fuit, utile audire: *La haine qu'il porte*, loquitur de Papa, *aux heretiques le tranſporte ſi avant, qu'il ſe laiſſe echapper de la bouche, bien que ſous le nom d'autruy, des maximes pernicieuſes, & indignes de tout homme de bien; & par le meſme haine s'eſt laiſſé perſuader par les Eſpangols tout ce qu'ils ont voulu.* Deinde, *& ſa ſaincteté trouve bonnes toutes facons de ſeparer ſa majeſte d'avec ſes alliez, pour ce quils ne ſont Catholiques, & ne re-*

recognoiſſent le ſainct ſiege, encores que leſdites façons fuſſent infames & dommageables à ſa Majeſté, & à ſon Royaume. Quis nobis Papas melius exponat, deſcribatque hoc ipſo, tam intimæ apud Papam admiſſionis, Paparum fratre? ſed & quis non hinc omnes iſtius ordinis vel ſedis deſpuat, hominum & humanæ ſocietatis probra ac peſtes? Principes monere, ſollicitare ad frangenda fœdera; & objectis peſſimis exemplis extra lineas honeſtatis evagari, nedum religionis? Adde Oſſati *epiſt.* v. *lib.* I. ubi de eodem argumento, diſſolvendo videlicet Regis fœdere cum Reginâ Angliæ: quodque ille valde improbat. ne dicam, quod *lib.* II. *epiſt.* 77. aperte conqueritur, fraudem in Bullâ abſolutionis Regiæ cõmiſſam, in Regis, regnique grave præjudicium, & contra fidem multa illi inſerta fuiſſe, aliter ac in articulis cum Procuratoribus utrimque ſignatum fuerat. Intelligo jam, quomodo in Papabilem cadant ejuſmodi conditiones, quales in Cardinale Toſco prædicat Perronus, quando eum alii conabantur Papam eligere, in locum Leonis XI. *Homme, qui n'avoit point mené une vie fort exemplaire, promt à la colere, & accouſtumé à dire des paroles peu honneſtes, & à d'autres habitudes mal-ſeantes, non ſeulement à un chef de l'Egliſe, mais auſſi à quelque perſonne que ce ſoit.* ne vetera repetam, inter quæ notum de Papis plura hujuſmodi emicare. Et tamen tales erunt capita Eccleſiæ, & fundamenta fidei, & judices religionis! avertat Deus, ne unquam talibus charam illam animarum noſtrarum παρακαταθήκην committamus. In tribus manifeſta eſt Paparum perfidia. I. quod irritant juramenta quævis, ubi ipſis, & ſtatui ipſorum videntur minus convenire. II. fœdera cum hæreticis (uti vocant) inita, ut quæ per hoc cenſent ipſis prejudicare. III. dum à fidelitatis juramento ſubditos erga ſuos Principes, & Magiſtratus abſolvunt. Neque ſolum illos cauſam hæreſis hic attendere, argumento eſt vel præſens Bulla, quæ pacem abrogat, juratam etiam, non cum Sueco ſolum, ſed & cum Gallo. Eant nunc, qui ſuper ſententia Eccleſiæ Romanę Paparumque diſputant de fide hæreticis ſervanda; ubi nec Romanenſibus Pontificiis illam

illam ſervari hac in Bulla vult Papa, nedum Noſtris. Atque ex illis quivis judicet de reſponſione Martini Becani, Ieſuitæ, ad Calviniſtarum (ut ſolet loqui) Aphoriſm. v. *pro invalidis & plane nullis haberi debent Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque Ordinum conſtitutiones, pacta conventa, capitulationes, fraternitates, conceſſiones, quibus alia religio, quam moderna Romano-Catholica indulgetur, etiamſi juramenta intervenerint.* Vt ad hanc propoſitionem dicat: *totus aphoriſmus merum mendacium eſt.* Ego unumquemque lectorem conſtituo judicem, ut videat, annon ex Bulla noſtra, tum iis quæ hic ad eam dicimus, conſequatur, totam illam Becani reſponſionem vel inficiationem, meram eſſe tergiverſationem, & ut ejus verbo utar, mendacium? de hæreticis ſervanda fide, nil neceſſe ex alto contentionem hanc revocare, ab Actis Conſtantienſis Concilii, aut ex variis Doctorum Papiſticorum teſtimoniis oſtendere, ita eos docere, vid. non ſervandam fidem hæreticis eſſe *nullo, nullo, nullo modo fidem hæreticis ſervandam eſſe, etiamſi juramento firmata ſit,* clamat Epiſcopus Pacenſis, Simancha, addens ad pœnam & odium hæreticorum hoc pertinere; unde occurro exceptioni, quã ad eum facit Becanus: & qui Clariſſimus quidem Iuriſconſultus, ex quo Roſweydus ſuam format exceptionẽ, quod è Iuriſperitorum ſit legione; ſed quoq; Epiſcopus fuit, & Inſtitutionem ſcripſit Catholicam. Omnium maxime ſe prodit ad teſtimonium illud Simanchę Robertus Sweertius, Diſſert. *de fide hæret. ſerv. ſect.* IX. qui illa intelligenda dicit, *non de Republica, aut Principe aliquo fidem dante, ſed de privato homine, ita ut ſenſus ſit: ad hæreticorum privatorum & particularium perſonarum pœnam & odium pertinet, quod fides illis à privatis quoque Catholicis data ſervanda non ſit, Lego enim Iureconſultos aliquos (vide illos citatos apud Vdalricum Zazium apologia ad Ioannem Eckium) affirmare fidem hæretico à privato Catholico datam, ſervandam non eſſe, idque ex eo capite, quod velint hoſti publico fidem à privato datam, nullam ac irritam eſſe* &c. Vnde infert: *neque poterit, ex ſententia quorundam Iuriſperitorum, privatus homo militans in caſtris Eccleſiæ Catholicæ, injuſſu ducis ſui Pontificis,*

Digitized by Google

tificis privato hæretico fidem dare, cum nunquam licitum videatur cum adverſa parte communicare vel paciſci. Sic illi bene an male, non diſputo. Sunt enim Iureconſulti omnes quibus Simancha annumerandus. Sed nec jam adeo quærimus, quid verum, & utrum bene an male doceatur, ac de facto, num, & quid doceatur. Id eſt, inter Pontificios doceri, juramenta & fœdera cum hæreticis inita, ideo quod videntur hæretici, reſcindi poſſe: jam (uti videmus) inter privatos etiam: omnemque horum fidem pendere ex arbitrio & beneplacito Pontificis. Nam, ubi Plancius dixiſſet: *dic ſodes, nonne in confeſſo eſt apud vos, Principi hæretico aut excommunicato fidem nullam deberi, ubi Pontifex juſſerit? Gratian. cauſ. 15. qu. 9. & Decret. tit. 7. cap. 5. & ibi gloſſa.* reſpondet Swertius aperte, & immediate: *In confeſſo eſt: nec inventus eſt hactenus magni nominis Theologus, qui non in hanc ierit ſententiam.* & Clarus lib. v. ſent. ſententiam illam *frequentiori Doctorum calculo receptam* dicit; & Tiberius Decianus, *omnium conſenſu* quoque ait illam obtinere, de fide hæreticis *non ſervanda*: quorum & plurium hanc in rem teſtimonia collegit (ne Iacobum Cappellum dicam, adverſus Roſweydum, in præfatiuncula. vel, à quo cum Ieſuita Antverpiano, primum hujus certaminis initium fuit, a. cIↄ Iↄcvii Danielem Plancium, qui *Elenchi pag.* 7. adduxerat in iſtam ſententiam Epiſcopum Simancham, & quos hic teſtes allegat, Marium Salomonium, & Menochium. Denique Thomam 22. qu. 70. art. 1.) diligentiſſimus Theologus, Iohannes Gerhardi, *Confeſſ. Cathol. lib.* 1. *part.* 11. *cap.* xix. quem Scriptorem, ob copiam quam nobis in Papiſticis controverſiis, multifaria ſua lectione præbet ex variis Auctoribus, in omnibus conſulendum ſemper dico, videndumque ut poſt ipſum alia quis adferat. Thuanus lib. lxiii narrat, ad a. cIↄ Iↄ lxxvii. paſſim & publice pro concione Doctores Pontificios clamitaſſe, Magiſtratum ad fidem hæreticis ſervandam non teneri, juxta decretum Conſtantienſis Concilii. Eodemq; effugio ſponſalia inita inter Cæſaris Caroli v. filium, & Electoris Saxoniæ filium Iohannem Fridericum rupta fuiſſe, legato Cæſaris Haumart

mani aperte dicente: hæreticis fidem ſervandam non eſſe, referunt Sleidanus, & Scultetus, ad A. cIↄ Iↄ xxvII. Aliter quidem nunc diſputant, vel diſputare videri volunt Ieſuitæ, & incruſtatores Papiſmi, Becanus, Molanus, Swceertius, Roſweydus, ęgreque ferunt ipſis theſim illam opponi; ſed uti illud gratum nobis, quod hoc à Noſtris correpti dedidicerunt, ſaltem ne ita ſimpliciter theſim illam tueantur, quam adeo nolumus invitis obtrudere, (*invitis nobis ac reluctantibus* inquit Rob. Swceertius. *pag.* 15.) ut conſenſum nobiſcum illis ex animo gratulemur, ſi conſenſus animorum verus ſit, ita ab aliis communiter illam arreptam defenſamque ſententiam fuiſſe jam indicavimus: denique & magnâ prudentia Noſtris opus eſſe in iis, quæ cum Papiſtis agitant & tractant, ne quando juramento nos fallant, vel illa opinionum varietas & inconſtantia ſatis docet. Et quidquid ſit communiter de Pontificiis, qui theſim illam forte improbent, pauci ex illis erunt, non certe illi qui ſuper hac opinione multum diſputant, quin ubi Papa edixerit, fidem hæreticis non eſſe ſervandam, vel omnes eam facile ſint violaturi, neque negaturi penes Papam poteſtatem eſſe ut diſponendi de juramento, ita ſpeciatim hoc quod apud hæreticos interpoſitum, negligere hac etiam de cauſa licere. Vt ita ſive theſim illam ajant, vel negent, æque incerti adhuc hæreamus ſuper fœderibus iiſcum initis, quamdiu & ſolvi à Papis illa poſſe, vel ex acceptâ hæreſis cauſa, ſtatuunt. Et quis non videt hanc in Bullâ ſervatam methodum ab Innocentio? rumpit pacis fœdera, utcumque juramentis & quavis firmitate ſtabilita, & inter cauſas primas vidimus fuiſſe ei alterius partis hæreſim, & quæ hæreticis per pacem videbantur accedere, ob quæ ſc. pacem pronunciet irritam & nullam. Neq; ad illud quod ex Oſſato, de Papa; & de Papiſticis Doctoribus, ex Thuano adduximus, reſpondere poteſt ſimplici negatione, quaſi inaudita in Eccleſia Romana eſſet opinio, de frangenda hæreticis fide, *neque dicta neque ſcripta unquam*, inquit Roſweydus, *pag.* 2. Diſſertat. *de fide hæreticis ſervanda, contra Plancium.*

Et primus ille Ieſuita, qui cum Plancio telam hanc exorſus fuit: *hæreticis ſervandam fidem unamini conſenſu & voce docet Eccleſia Catholica.* Ieſuita Becanus *conſtanter Catholici* docent, ſervandam eſſe. Nam quæſtio quum hic duplex ſit, altera juris, an fides hęreticis ſervanda ſit? quam videri volunt hodie nobiſcum affirmare Pontificii, & multis confirmare; facti altera, circa ſententiam Eccleſiæ Romanę, annon hic ſint, & fuerint, qui ſecus doceant? hoc adeo liquidum; ex dictis, factiſque, ut pręterquam ex aliis, ex illorum etiam diſputationibus, qui ignominiam illam ab Eccleſia ſua abluere ſatagunt, & maculam emendare, confirmare in proclivi ſit. Becanus, Opuſc. Theolog. Tom. II. reſponſurus ad objectum canonem Gregorii IX. qui eſt Decretal. lib. v. tit. VII de Hęreticis. c. ult. *Abſolutos ſe noverint à debito fidelitatis dominii & totius obſequii, quicunque lapſis manifeſte in hæreſim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebantur adſtricti.* ita hoc ſolvit, inter Quæſtiones Miſcell. poſt lib. *de fide hæreticis* ſervanda, pag. 120. *Quomodo ergo Gregorius dicit, Hæreticis non deberi fidelitatem, & obedientiam à ſubditis? Dicam. Gregorius novam pœnam conſtituit in hæreticos ſui temporis, quæ nec ex natura rei, nec jure divino conſtituta, & determinata erat. Hæc autem pœna fuit legitime conſtituta pro illo tempore.* Reſp. 1. bene dicit, diſputavitque multis Becanus, quod nec ex natura rei, nec jure divino ſequatur, ut hæreticis non ſervetur fides: ergo certe Papa contrarium conſtituens, id decernit, quod eſt præter naturam rei, & jus divinum. Imo & contra: nam quum jus divinum jubeat, fidem omnibus ſervare, hęreticis *non minus quam catholicis*, uti inquit ipſe, aliter qui jubet, divinæ legi repugnare convincitur. Per ipſa Becani verba, cap. VII pag. 35. „Ratio ſumitur ex dictis. Nam virtutes illæ, ex quibus oritur „obligatio ſervandę fidei in promiſſis, ęque nos obligant, ſi„ve apud Catholicos, ſive apud hæreticos verſemur. Nuſquā „enim licet mentiri; nuſquam jus alterius violare; nuſquam „injuſtitiam committere; nuſquam perjurum eſſe. Et ſane; „ſi ſemel concedas, hæc ideo licite fieri, quia hæretico mentiris,

Digitized by Google

„tiris, hęretici jus violas, hæretico injuriam facis, hæretico „perjurus es; quid ni conſequenter dicas, licere tibi hæreti-„cum occidere, furto res ejus auferre, odio eum proſequi? „quæ omnia abſurda ſunt, & divinę legi repugnantia. Hęc „ratio confirmari poteſt ex iis, quæ ſupra dixi, in hunc mo-„dum. Quæ intrinſecè & ex natura ſua ſunt mala & illicita, „nunquam bene & licite fieri poſſunt, quocunque prętextu „fiant: atqui mendacium, violatio juris alterius, injuſtitia, & „perjurium, intrinſecè & ex natura ſunt mala & illicita: Ergo „nunquam bene & licite fieri poſſunt, quocunque prætextu „fiant. Ergo ſive apud hæreticos ſis mendax, perfidus, inju-„ſtus, & perjurus; æquè reus es & æquali ſcelere obſtringeris. „Secundo confirmatur ex Scripturis in hunc modũ &c. Ergo abſurdum habetur, & divinæ Legi repugnans, & intrinſece & ex natura ſua malum & illicitum, quodq; nunquam bene & licite fieri poteſt, quocunq; prętextu fiat, ut fidem hęretico negemus: quare nec à Papa, nec ſive pro tempore tale aliquid, *legitime* conſtitutum dicere alibi Auctor poteſt. 11. Patet, quod quomodocunq; contrarium legi divinæ & juſtitię ſciant Papani eſſe, ut fides frangatur hæreticis, & diſputent hoc non licere, tamen ad Papam recurrendo, huic facile poteſtatem concedunt & frangendi fidem, & ut frangatur ab aliis, edicendi. Quod quouſque tenent, nobis perinde eſt, ſive diſputent fidem hæreticis datam violari poſſe, ſimpliciter; ſive ex arbitrio Papæ, qui novimus quam annexa Papali authoritati ſint illorum fides, & anima, & omnia; vel dum, non à ſolo Papa, ſed Clero, & Concilio etiam fidem data ſolvi poſſe diſputant. Vti Ieſuita Antverpianus, qui ſuper hac quæſtione primum certamen cum Plancio Miniſtro Eccleſiæ, & Scholę Rectore Delfis, iniit, ad objectum decretum Concilii Conſtantienſis, reſpondit: *Cæſar obſignavit, Chriſtianus orbis reſignavit.* Vides, ſignatam fidem Huſſo à Cæſare, ſolutam & reſignatam agnoſci, & non ita aliud egiſſe Imperatorẽ, & Synodum, ut non ſuper idẽ quod Imperator conſignarat, diſpoſuerit Synodus, & huic aliter viſo, ſoluta fuerit fides Huſſo ab Impe-

ratore ſolenniter data. III. Quod ait Ieſuita, in pœnam ſic conſtitui, maxime temerarium: nam non poteſt id in pœnam conſtitui, in quo committitur manifeſtum peccatum, mendacium & perjurium. Aliud eſt, ut in pœnâ ponatur, ne quis de cętero huic aut illi fidem det: at ut bene datam & ſervandam licite, non præſtet, & hoc, ceu quævis alia, pœnæ nomen induat, abſonum merito videtur. Quod ſi dicas, ſolvi fidem in re injuſta: hoc ut pœnæ loco ſtatuatur, vel ab alio ſuperiore edicatur, non neceſſe, neque exſpectandum eſt, quum res ipſa fidem ibi nullam agnoſcat, & juramentum non tenet, non ex pœna aliqua, ab alio hic ſtatuta, ſed ex culpa, quæ juramento adhæret: ut hinc ſolutio objectionis tum petenda ſit, non inde. Iſtud de ſervanda hæreticis fide, vel negandâ, tripliciter accipitur, vel ut inter privatos, de re quavis; vel inter Principes, de Fœderibus; vel inter Subditos & Magiſtratus, de fidelitate, & obedientia. Poſtremum hoc variis locis & temporibus à Papis tentatum fuiſſe, neque ita pridem in Anglia, & Gallia, cuivis notum. Verum uti in Gallia Extravagantiis illis Paparum, à Politicis, & Doctis quibuſque acriter reclamatum; ita in Anglia quoque multi ex Pontificiis non audienda ea Papæ Brevia, quę juramento fidelitatis Regi exhibendo derogarent, cenſuerunt, interque illos præcipuus Georgius Blacvellus, cujus hæc a. CIↃ IↃCVII. d. III Iulii, profeſſio: quod & Iacobum Regem agnoſceret „legitimum, & ſtatueret inſuper, neque poſſe Romanum „Pontificem vel à ſe, vel ullius authoritatis vi ab Eccleſia aut „Sede Romana acquiſitæ, vel alia quavis ratione etiam cum „aliis conjuncta, Regem deponere, aut de ipſius vel domi„niis diſponere, vel extraneo cuivis Principi ipſum, aut ipſius „territoria invadendi aut infeſtandi poteſtatem facere; vel ex „ſuis ſubditis quemlibet à fide atque obedientia Majeſtati „ſuæ debita exauthorare; vel illorum cuipiam facultatem per„mittere arma in eum gerendi, tumultus ciendi, aut Majeſta„tis ſuæ perſonę, ſtatui, regimini, vel ſubditis ſuis, intra di„tionis ſuæ ambitum, vim aut noxam inferendi. Item ex animo

„nimo juro, quod non obſtante qualibet declaratione, ſive „ſententia Excommunicationis aut Privationis facta vel con„ceſſa, aut facienda vel concedenda per Papam aut ejus ſuc„ceſſores, vel cujuſvis authoritatis vi ab ipſo aut ab ejus Sede „derivatæ, vel derivari prætenſæ contra prædictum Regem, „illiuſve hæredes, aut ſucceſſores, vel quavis dictorum ſub„ditorum à ſua obedientia exauthoratione, ego tamen fidem „& ſyncerum obſequium Majeſtati ſuę ac ejus hæredibus & „ſucceſſoribus præſtabo. Porro etiam juro me ex animo ab„jurare execrabilem hanc doctrinam & aſſertionem: Princi„pes à Papa excommunicatos, vel jure Regali exutos, licite „poſſe à ſubditis ſuis vel quocunque alio, Regno vel etiam „vita privari. Quinetiam credo & certa conſcientia teneo, „neque Papam, neque quemvis alium poſſe me ab hoc jura„mento, vel ulla ejus particula abſolvere. Qualem etiam fidelitatis profeſſionem antea Eliſabethæ Reginæ a. cIↄ Iↄ c i i. multi ex ſecularibus Sacerdotibus, in quos primus Guiljelmus Biſhop, dederunt. Atque pro juramento fidelitatis, à Papiſtis etiam Regi deferendo, multi ex Pontificiis moderatioribus (ne Regem, vel Regiarum, noſtrarumque partium Scriptores dicam) ſteterunt: Wilhelmus Warmington, Anglice ſcripſit, *à Moderate defence of the oath of allegiance*, & (quod nequaquam prætereundum duxi) pag. 127. probat à Sixto v. habitam in Conſiſtorio Romæ a. cIↄ Iↄ lxxxix d. xi Septembris illam orationem de Henrici iii. morte, gratulatoriam, quæ extat in *Anti-Sixto*, & quam Bellarminus, aliique Papales negant veram eſſe, quæ incipit: *Animo meo ſæpe, ac ſeriò revolvens, mentiſque aciem intendens in ea, quæ nuper Dei voluntate acciderunt, videor mihi verè poſſe illud Prophetæ Abacuch uſurpare*: Quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet, cum narrabitur. *Mortuus eſt Rex Francorum per manus Monachi. Nam ad iſtud poteſt recte applicari: licet de alia re, nempe de incarnatione Domini, quæ omnia mira, ac mirabilia ſuperat, Propheta proprie locutus ſit.* Et deinde: *Atque nos, dolentes ſane, aliquoties prædiximus fore, ut quemadmodum erat fami-*

 lia

tum & exemptionis, qua juramento alios facile ſolvunt Papę, & reverentia Optimatibus debita. Sed uti jam diu pro perfidiæ ſede celebrari Roma cæpit, ita Germanis propria hactenus laus manſit ſinceritatis ac conſtantiæ, adeo ut ſi toto „orbe exularet rerum promiſſarum fides, apud Imperato- „rem tamē conſiſtere oportere, bene dixerit Carolus v. Principi eum interroganti, eccur Lutherum Wormatia ſic ſiviſſet abire, & non potius homini hæretico fefelliſſet? fidem illa *præclara vox*, inquit Becanus; & merito, *& digna Catholico Imperatore*! Pejor Campanella, is lib. de Monarch: Hiſpaniæ cap. XXVII. de illo Imperatoris erga Lutherum facto, & fide verba faciens, inquit: *recte quidem Luthero fidem ſervavit in ipſis Comitiis, at poſt in domuitione illum eundem opprimere debuiſſet.* Ipſeque Scioppius, monſtrum hominis, & quod de Tiberio olim, lutum ſanguine maceratum, in pręfat. ad Claſſicum Sacrum, non omiſit dicere, *pactis enim conventis ſtare Catholicorum hominum, maxime Germanorum eſt officium.* Et hæc noſtra doctrina eſt, fidem ſacroſanctam ubique eſſe oportere, neque alicui fallendam, non quamlibet damnum tibi inde oriatur. Pſalm. XV. 4. præſertim inter Principes hęc debere eſſe ἀμετάθετα, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι. Heb. VI. 17. 18. Theologi Belgę, in epiſtola ad Iohannem Naſſovium, Gubernatorem Gelriæ ſcripta, præcedenti ſęculo, circa annum octuageſimum, quę inter Epiſtolas Illuſtrium Belgarum eſt, *Centur.* II. *pag.* 844. adeo hanc αἰτίαν deteſtantur ac condemnant etiam quâ quis non ſtet promiſſis datis Pontificiis, de toleranda illorum religione, (videlicet quando pacta ejus præceſſerunt, quæ non ipſi fregerint, vel quo temerarint modo) ut ei cauſam aſſignent regnorum & Imperiorum multorum perditorum: *Et ſane videmus plerumque Regum ac populorum vol potentiſſimorum interitus hanc eſſe cauſam, quod vel principes impotenti dominandi libidine, vel populi laſciviente protervia, hæc fœderum & ſponſionum publicarum ſepta non vereantur tranſilire.* Nota toti Chriſtianiſmo, & nunquã non dolenda ſtrages ad Varnam illa, qua Vladiſlao Hungarię Re-

ge,

Digitized by Google

ge, ſuaſu Iuliani Cardinalis (Bonfinium vide, *Rerum Vngaric.* Decad. III.lib. VI.pag. 459) fœdus cum Amurate Turcarum Rege frangente, & in acie cũ ſuis miſere cęſo, res Chriſtiana Turcis in prædam ceſſit, & hi tot locorum ditionumque domini, oppreſſis quaquaverſum deletiſque Chriſtianis, evaſerunt, tantoque exemplo docuerunt, quod in epitaphio Vladiſlai inde celebratum:

Diſcite mortales non temerare fidem.
Me niſi Pontifices juſſiſſent rumpere fœdus,
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

Adeo verum ſemper eſt illud Ariſtotelis ad Alexandrum M. monitum: perfidiæ fœdos ac funeſtos nunquam non eſſe exitus. Quo magis videndum cuilibet homini, ut fidem temere nec det, nec frangat. Sacra res fides eſt, & magna juramenti religio. In Iure ſæpe religio pro juramento ponitur, & ceu ſynonyma occurrunt juramentum & religio: adeo quid religionis homo ſit vel habeat, in juramento oſtendit. Præcipue in fœderibus, juramento vallatis ſollicite videndum, ut fides inviolabilis exiſtat. Iezech. XVII.15.18. Machiavelli vox eſt: fidem accipi & dari, ut pacta conventa deinde ex commodo rumpi ac ſolvi poſſint. lib. *de Principe cap.* XVIII. Quid Machiavellum dico? Papas nominare debueram, Alexandros, Iulios, quorum ille, nominis ſcilicet ejus ſextus, dicere ſolebat: fidem omnibus dandam, nulli ſervandam eſſe. Hic Iulius II. ſe cum Gallis Germaniſque, quos barbaros appellabat, paciſci quidem, ſed fallendi cauſa. Innocentium noſtrum iis annumero, qui Principes, Reges, Imperatores, quodque hic ſpeciatim reſpicio, Germanos docet, monet pacem frangere, & fœdus, & juramentum, nempe cum hæreticis non ſolum, ſed & in iſtorum aliqualem favorem, ut ipſi videtur, compoſita: certe nec minus è re Romanenſium. Sed ſi hoc urgere pergat, & in ſtare apud confœderatos hac pace Principes, efficere non dicam; ſciat in ſe primum illorum iram exonerandam, & dignas ſuâ perfidia perfidiſq; monitionibus & molitionibus egregiè ipſum daturum pœnas, atq; hoc

pa-

pacto, dum aliter noluit, docturos eum Principes, quid ſit juxta vetus illud & ſolemne Prætoris edictum, *pacta ſervabo.* Inter Regulas juris ſui reſpiciat LXXIII. *Factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari.*

§. XVIII. Denique ad formam Papalis Bullę, quam ſuo *motu*, ex poteſtatis plenitudine feciſſe ſignificat (motus proprius dicitur illis, quando aliquid expeditur, non ad inſtantiam alterius, gl. in *c. ſi motu proprio de preb. & dignit.* in VI.) denique ſic concludit: *Volumus autem, ut earundem præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum & gentium in judiciis, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam* Mariam *majorem ſub annulo Piſcatoris die 26. Novembr. & ſolenniter ibidem publicatum 3. Ian. Anno M.DC.LI. Pontificatus Noſtri octavo.*) Quæ hic occurrunt ſunt communium formularum, in Curiâ Romana obſervatarum. Bulla cœnæ Dominicæ in fine §. 24. *Volentes earundem præſentium tranſumtis, etiam impreſſis, Not. publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarii Rom. Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.* Datum *Romæ.*

O Roma, à Româ quantum mutata vetuſta eſt:
Nunc caput eſt ſcelerum, quæ caput orbis erat.

Quod inter Poëmata variorum, ante ætatem noſtram conſcripta, & edita ab Illyrico a. CIↃ IↃ LVI. *de corrupto Eccleſiæ ſtatu* legitur pag. 417. Ad quæ gloſſæ inſtar quid ni addam, quod dicit Thomas à Ieſu Carmelita Monachus? de Converſione Gentium, lib. III. pag. 112. *Quinto, ne omnes, qui ad Seminarium Romanum pertinent, in ipſa urbe Româ nutriantur, ob varias cauſas: vident enim & audiunt aliqua ſcandala, tam in Eccleſiaſtica, quam civili vita, quæ omnino ipſis decet eſſe ignota.*

Sub annulo Piſcatoris) Petri nimirum. Imo talem vel annulum Petrus olim habuit, aut uſurpavit poteſtatem; vel hodie Papa Piſcatorem refert. ſcite. *Die 26 Novemb. & publicatum d.3. Ianuar.* CIↃ IↃ CI I.) Publicatio illa ſolet fieri ad valvas Eccleſię S. Iohannis Lateranenſis, & Baſilicæ S. Petri, item Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Flori. Mirarer magis, quod tam ſero, & triennio fere poſt pacem factam a. XLVIII. hæc Papæ Bulla prodeat, niſi ſcirem quam tarde ſæpe negotia iſtius Curiæ procedant, de quo conqueſtus Oſſatus, in litteris ad Regem, lib. I. ep. IV. ſcripſit: *en cette cour ils ſont fort formaliſtes, & longs en toutes choſes.* Quare in mandatis hoc expreſſe habuit Perronus, *il à charge expreſſe de s'en revenir, s'il apperçoit que l'on veuille tirer les choſes à longue.* Ad quæ nihil aliud dico, quam quod eſt in regulis juris Bonifacii: *mora ſua cuilibet eſt nociva.*

§.XIX. Atque ita hactenus vidimus, quid egerit Papa, vel quid dixerit potius: bulla quippe eſt, quam audivimus; ſed quâ ille plus quam meras bullas captat. Imperatorem, Reges Principes hac unâ committere ſtudet, & quam concordiam inierunt, bono Reip. Chriſtianæ, iterum diffringere. Vniri Chriſtianorum eſt; Paparum, diſjungere ac diſſipare. Sed bene eſt quod in id adductæ pridem ſunt Papales Bullæ pretium, ut & apud ſuos parum, apud alios nihili æſtimentur. quippe nec aliter meritæ. Animos diſtrahere, pacem rumpere, lites injicere, bella inchoare ut facile, ita hoc Germaniæ, & mundi ſtatu à Papis jam tentari, impium prorſus eſt: & quod olim Sorbona dixit, in appellatione, pro Concilio Baſilcenſi, adverſus Leonem X. *Si quod injuſtum eſt, faciendum eſſe præceperit, patienter ſuſtinere debet: ſi non fiat quod ei prava ſuggeſtione fuerit ſuggeſtum.* Vide an male ſui ſeculi Pontifices deſcripſerit Clemanges, in epiſt. ad Ioh. Gerſonem, quæ eſt epiſtolarum ejus XXXI. *Non enim ſalutem ovium ſed ſanguinem ſitiunt, non doctrinam ſed ruinam, non paſtum ſed faſtum, non ducatum ſed erratum, non ſanare vitia ſed auferre ſpolia, non fœtus fovere ſed lac mulgere, Lanamque removere.* Agrippa, lib. de vanita-

nitate ſcientiar. cap. lxi. *Ipſe Romanus Pontifex jam omnibus graviſſimus & intolerabilis eſt , cujus pompam & faſtum nullus unquam tyrannorum æquavit.* Vere dixit, *intolerabilis*, neque quidpiam unquam minus mirari deſino , quam tam patienter & ignave ferri unius Papæ arrogantiam & poteſtatem à Regibus , & Imperatoribus, quæ toti Chriſtianiſmo adeo ſemper eſt infeſta. Iuſta eſt Octavii Menini I. C. Foro Iulienſis , Cenetenſiſque præfecti Oratio , *de immenſa Curia Romanæ potentia moderanda*, ad imperii Principes, quæ incipit: *Quouſque tandem veſtra ſummi Principes , humanitate incredibilique patientia Sacris initiatus ordo,rerum divinarum adminiſtratione non contentus ad novam ſibi potentiam comparandam, ad veſtram evertendam abutetur?* digna quæ hic conferatur. Excommunicare Reges & Principes jam dedoctus videtur, ubi vidit ab aliquo tempore Cenſuras ſuas ceu bruta fulmina à prudentibus & cordatis exſibilari. Et ne ultra tale quid tentet, moneo, quamvis quidem illa ſedis Romanæ methodus ſit , ad recuperanda bona ſua à monitionibus pergere ad excommunicationem , inde ad arma. Baronius , Annal. Tom. ix. ad a. 715. num. 111. de Pontifice Gregorio ii. caſtrum Cumanum per Neapolitanos recuperante : *Sed obſerva ordinem quo proceſſit , nimirum ut primum , paternis monitionibus rem ageret ; deinde, ut contemptores Eccleſiaſticis cenſuris exterreret ; demum vero, ut in eos hæc omnia contemnentes ageret armis , eiſque caſtrum expugnandum curaret. Sic Deus rem tantam aggredi voluit Pontificem & doctrina & ſanctitate inſignem , ejuſque exemplo ſanciri diſciplinam , qua ſucceſſores eruditi , ablata bona Eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus vindicarent , etiam ſi opus ſit armis , ſi cætera remedia contemnantur.* quibus tamen ut abſtineat noſter Innocentius , ego ei Auctor ſum. Zuinglii verba hic uſurpem , quæ ille in epiſtola ad Myconium, a. cIↄ Iↄxx. *ſuadebo ut Pontificem admoneat, ne excommunicationem ferat,quod putem hoc maxime è re ejus futurum, nam ſi feratur , augurer, Germanos cum excommunicatione Pontificem quoque contempturos.* Hoc tum temporis Zuinglius, hodie quo magis acciſa Pontificis authoritas , eo magis

Digitized by Google

id verendum, vel potius optandum eſſet. Durandus, S. Palatii Magiſter tract. pro celebrando Concilio part. 1. Rubric. 8. *Proverbium vulgare, qui totum vult, totum perdit, unde timendum eſt, ne Eccleſia Romana, quæ univerſa vendicat, univerſa perdat.* Satis ſuperque cauſarum eſt Germanis, vel ex præſente ſolâ Bulla ipſum, qui ejus pacem, abrogare, ejuſque nomen referre inter infames atque perduelles. Me ſi audiant, hoc primo fecerint: quomodo olim in Comitiis Brixienſibus, a. cIↄ lxxxvii. Kal. Iulii, Papam Gregorium vii. *qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia, & quidquid quiete inter pie viventes ſtare videbatur, concuſſit*, judicabant idcirco, ſic loquuntur, *canonice deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa ſede his auditis deſcenderit, in perpetuum condemnandum.* Atque omnino oporteret quidem Germaniæ Principes adverſus hanc Papæ Bullam ejuſque interdictum decernere, quod Ludovicus iv. Bavarus a. cIↄ cccxxxviii. viii. Id. Auguſti, adverſus P. Iohannem xxii. ejus proceſſum excommunicationis & ſen-„tentias fuiſſe nullas, & nullos, & nullius valoris & momen-„ti & nullatenus obſervandas, ac univerſis & ſingulis ſub no-„ſtro Imperio degentibus, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, ac „conditionis exiſtant, diſcrete præcipimus & mandamus, qua-„tenus nulla perſona ſingularis, aut communitas vel univer-„ſitas, dictas excommunicationis & interdicti ſententias præ-„ſumat obſervare, vel facere ac ſuſtinere quomodolibet ob-„ſervari. Quicunque autem contra hoc noſtrum mandatum „præſumpſerit facere, vel venire, cum omnibus feudis, quæ „ab Imperio tenet, ac omnibus juriſdictionibus, gratiis, & „privilegiis, libertatibus & immunitatibus, à nobis vel præ-„deceſſoribus noſtris ei conceſſis, ex nunc privamus. Et profecto quid ni reſpondeant Bullæ Papali, Edicto alio illi, quorum intereſt ſuam Majeſtatem à petulantia & contemtu Papæ vindicari, & pacis fœdus ſervari ſanctum atque inviolabile? Carolus v. vetera ut præteream, a. cIↄ Iↄxxvi. prolixum & vere Imperatorium Reſcriptum oppoſuit Criminationibus P.

Cle-

Clementis VII. aliiſque tum ad Cardinales, tum Imperii Principes epiſtolis nominis ſui ſamam, & majeſtatem Imperatoriam vindicavit. Quomodo etiam anno ſeq. propria manu ad eundem Papam ſcripſit: quod ſi is ſe gereret bonum patrem, ipſe quoque ſe ei probaret humillimum filium. eſt inter Epiſtolas Principum Hieron. Ruſcelli. ut & hæc Albani Ducis a. cIↄ Iↄ LVI. quando Romam obſideret, ad P. Paulum IV. *Hactenus Imperator, & Rex Philippus diſſimularunt dolores & injurias à Sanctitate tua perpeſſas. De initio Pontificatus tui, eorum ſubditos opprimere, perſequi, & bonis ſuis ſpoliare tentaſti, exinde alios principes tecum incitaſti, quo dictarum Majeſtat. regna ac dominia occupares. Satis indicio, ut tibi pax in bonum univerſi Chriſtianiſimi concluſa, diſpliceat; utque tibi non ſufficiat conſanguineos tuos, honeſtis mediis, ditaſſe, quos dicta Majeſt. ſponte de ſuorum bonis tibi largiuntur,* &c. Concluſio hæc eſt: *Deum illum rogo, te tot annis conſervet, quot pro bono Chriſtianiſmi erunt neceſſarii.* non dicit annos multos; ſed quot bono publico forent neceſſarii. Maximilianus II. a. cIↄ Iↄ LXXIII. acri edicto caſtigavit libellum Conſiliarii ſui Aulici Georgii Ederi, turbulentum, adverſus pacem religionis, & in Proteſtantes imprimis injurioſum. Prohibet quidem Pacis nuperæ Edictum, ne quis ei ſe opponat, vel in ejus præjudicium agat quippiam, ſeu Eccleſiaſtici ordinis ſit, ſeu politici; & Imperator a. cIↄ Iↄ cl. d. XXVII Iunii ſeverius iterum attentata omnia & Diſputationes contraventiones adverſus Pacis concluſionem proſcripſit. Iam quid contra Papæ Bullã hanc apertã fronte in iſta incurrentẽ decreturus ſit, & an eam placidis oculis ſit contuiturus, paſſuruſque tum pacem, tum majeſtatem ſuam proſtitui, videbimus. Gallia præteritorum modo, in Papales ejuſmodi Bullas conſtitutorum, & Veterum exempla renovet oportet, quando vel a. cIↄ CCCCI. d. XXVI Iulii, duos Pape Bulliſtas ex arce Lupara, per Lictores, in publicum produci, & mitris chartaceis redimiri, tum plauſtro ſtercorario per urbis compita trahi; & eodem menſe paucis ante diebus, libellum Papalem coram ejus tabellariis, ex Curiæ Pariſienſis ſenatus-

conſulto, lacerari conſpexit: vel Paparum Bullis Pragmaticas oppoſuit Ludovicus IX. Philippus Pulcher, Carolus V. & VI. Vt recentius aliquod, & quod huc non male quadrat, dem exemplum: quum in Galliam allatæ eſſent Bullæ monitoriales Gregorii XIV. adverſus R. Henricum IV. quibus mandabantur ſubditi, & regni Primores Henricum deſerere excommunicatum, & cavere ne eum reciperent Regem, primo Curia Parlamenti Turonenſis Bullas illas, & Auctorem, & Nuncium, qui illas ferebat, a. cIↄ Iↄ XCI. d. V. Auguſti ſic excepit: *Curia conſtituit litterarum Complicaturæ inſcribi: Lecta, publicatæ, & in tabulis relatæ, audito, & hoc requirente Procuratore generali Regis. Et ratione habita reliquarum ab ipſo illatarum concluſionum, declaravit & declarat Bullas Monitoriales, datas Romæ, primo die Martii 1590. nullas, abuſivas, ſeditioſas, damnandas, impietatum & impoſturarum plenas, ſanctis decretis, juribus, immunitatibus & libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ contrarias. Conſtituit exempla ſigillata Marcellini Landriani ſigillo, à Seſtiliano Lampineto ſubſignata, per ſupremum juſtitiæ exſecutorem lacerari, & uri, igne ad eam rem pro foribus Palatii accenſo. Inhibuit & vetuit, ſub crimine & pœna Læſæ Majeſtatis, ne quis Prælatus, Parochus, Vicarius, aut alius Eccleſiaſticus ea publicet: neve quis, cujuſcunque ſtatus, qualitatis, conditionis ſit, iis pareat, eave habeat, aut retineat. Declaravit & declarat Gregorium, qui ſe Papam dicit XIIII. ejus nominis, hoſtem pacis & concordiæ Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ, Regis Regnique, adhærentem Hiſpanicæ conjurationi; rebellium fautorem; reum crudeliſſimi omnium & inhumaniſſimi & maxime deteſtandi parricidii, commiſſi in perſona Henrici III. Regis, feliciſſimæ memoriæ, Chriſtianiſſimi, & in primis Catholici. Inhibuit & vetuit, inhibet & vetat ſub pœna ſimili, Ne quis nummularius ex menſa ſua Romam auream aut argenteam pecuniam ad bullas, proviſiones, diſpenſationes aut alias expeditiones quaſcunque impetrandas reſcribat. Si quæ impetratæ ſint, judices vetat earum habere rationem. Conſtituit ut Marcellinus Landrianus, qui ſe præfati Gregorii Nuntium dicit, bullarum gerulus, apprehendatur, & captivus in carceres Palatii adducatur, ut iſtic cauſa*

cauſa ejus agatur & peragatur. Si vero capi & apprehendi non poteſt, trinundino citetur, in loco tuti acceſſus, Sueſſonum urbi proximo. Iubet omnes urbium Præfectos, Capitaneos arcium & locorum munitorum, quæ in Regis fide ſunt, ſupradicto decreto ſubſidium & auxilium dare. Neque aliter Curia Catalaunenſis, in eodem negotio d XXIX. Auguſti, ejuſdem anni. cIↃ IↃ XCI. *Curia ad provocationem à dicto Generali Procuratore factam judicium reddens, & de abſente ſecundum præſentem judicans, ſtatuit ac pronunciat, quicquid contra defunctum Henricum III. feliciſſimæ memoriæ Regem, & hunc, qui Regni gubernacula nunc tenet, ejuſque clientes, & ditioni atque imperio ſubjectos cives conſtitutum, tentatum, actumque fuerit, id perperam, vane & falſo conſtitutum, tentatum & actum: ideoque ab actore publico & Regio recte appellatum fuiſſe. Supradictas omnes Bullas, acta, excommunicationes, & fulminationes, ut brutas & irritas, odioſas & inviſas, ſeditionis faces, impoſturarum plenas, atque adverſus ſacra decreta, Canonicas conſtitutiones, approbataque Concilia, nec non Gallicanæ Eccleſiæ jura & privilegia contextas confregit, revocavit, antiquavit: confringit etiamnum, revocat & antiquat. Sanxit, & ſancit, ut, ſi qui ejuſmodi Bullarum & actuum virtute excommunicati fuerint, hac pœnâ ſolvantur: iſtaque Bulla & omnes inde profectæ actiones, in publicâ hujuſce urbis platea per ſupremæ juriſdictionis miniſtrum, carnificem, concrementur. Edicit ut prædictus Landrianus, Nuntius vulgo habitus, qui clandeſtina via in hoc Regnum, nulla à Rege impetrata venia, irrepſit, manu in ipſum injecta comprehendatur; & in Regiam Catalauni oppidi cuſtodiam tradatur, quo in eum ex legibus extra ordinem ſtatuatur. Qui ſi nulla comprehendi ratione poterit, in trinundinum dies illi conſueto more dicatur: ei vero, qui virum illum in Curiæ poteſtatem tradiderit, decem aureorum millia perſolvantur. &c. Declaravit ac declarat Cardinales, qui Romæ agunt, itemque Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliosque Eccleſiaſticos, qui Bullas iſtas & excommunicationes ſuaſerunt & conſignarunt, quique immaniſſimum, per quam abominandum, & deteſtabiliſſimum in Chriſtianiſſimum & Catholicum in primis vita defunctum Regem perfidioſiſſime admiſſum parricidium comprobarunt, Sacerdoti-*

ti-

tiorum, quibus in hoc Regno potiuntur, poſſeſſione exturbatos eſſe. Hæc deſcribere nequidquam piguit, tum ob argumenti dignitatem & præſtantiam; tum ob exemplum, quod hodie & Gallis, & aliis, æqualiter à Papæ Bulla nupera læſis, præbere poſſunt. Vin' & Venetorum exemplum? quando illos anno hujus ſeculi ſexto, d. XVII. Aprilis excommunicarat P. Paulus V. haud multo poſt, die nimirum VI. May, ejuſdem anni, Reipublicæ nomine dux Venetiarum Leonardus Donatus *injuſtam Bullam*, Edicto alio ad Patriarchas, Epiſcopos &c. dominii Veneti ſic repulit, inter alia dicens: Præ-„dictum Breve non modo ut injuſtum, indebitumque, ve-„rum etiam uti nullum, nulliuſque roboris aut momenti No-„bis habendum eſſe non dubitamus; Atque ita invalidum, „irritum & fulminatum illegitime, & de facto, nulloque ju-„ris ordine ſervato, ut ea remedia adhibenda non duxeri-„mus, quibus Majores noſtri, & alii ſupremi Principes uſi „ſunt cum Pontificibus, qui poteſtatis, à Deo ſibi in ædifica-„tionem traditæ, limites ac modos egreſſi fuerunt. &c. Quod ſecuti Iohannes Marſilius Neapolitanus, & Theol. Doctor apud Venetos; Paulus Venetus, ordinis Servorum; Fulgentius Manfredus, ordinis Obſervantium, adverſus citationes & excommunicationes Romanas mox eodem anno, nimirum CIↃ IↃ CVI ſinguli ſuas accuratas, doctas, cordatas reſponſiones dederunt, contra Cardinales Romanos, fidei ſcilicet generales Inquiſitores. Vtq; ſimiliter in hac cauſâ irritæ per Papam, & abrogatæ pacis, quod plurimos & ſummos Chriſtianiſmi Principes tangit læditque, dignum illis, dignum Papâ Edictum aliquod adverſarium condatur, pro aſſerendâ pace, & Principum Chriſtianorum inter ſe fœderibus, ego quidem auctor ſum; niſi exiſtiment omnes, haud tanti Papam faciendum eſſe, ut ejus garritum curare ultra debeant, & ejus Bullas inſuper habendo ſic optime evaneſcere: ut quibus applicare quoque debeas quod de Paparum legibus Doctores Papiſtici vulgo docent, Becanus, Theol. Scholaſticæ part. II. Tract. III. cap. V. qu. VIII. *Neque leges Pon-*

tifi-

Digitized by Google

tiſicia obligant: niſi acceptentur à ſubditis. vel etiam quod de ipſis Papis Bellarminus lib. II. de Rom. Pontif. cap. XXIX. *Sicut licet reſiſtere Pontifici invadenti corpus, ita licet reſiſtere invadenti animas, vel turbanti Remp. & multo magis ſi Eccleſiam deſtruere niteretur, licet, inquam, ei reſiſtere, non faciendo quod jubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem.* Nec Sueciæ Regina, quæ quantum inter ſui ſexus Regina, ita inter has ipſa eminet, haud ita (opinor) abire inultam ſinet contumeliam, à Papa Nomini ſuo inuſtam, quando negat ſibi paciſcendi poteſtatem, & ob hæreſis criminationem indignã clamat, cui pacis ſerventur & conditiones & commoda: imo quos magnus Parens ſanguine ſuo peperit triumphos, & ipſa prudentia ſua pacem, quin pro dignitate etiam tuitura ſit nullus dubito, adverſus eum, cujus authoritatem & faſtum merito everſumante voluit Guſtavus I. Rex, quam regnaret. Prętcrquam quod ad vilipendium Reginę hoc quoq; interpretor, in Bulla quod ejus nulla mentio, tantummodo Suecorum in genere, quum & Imperatoris, & Galliæ Regis, atque Electoris Palatini exſerta legantur nomina, ejuſque ut præcipuæ quoque partis nomen haud taceri oportuiſſet; niſi docendus à Suecis Papa ſit Regium quod apud Suecos nomen eſt, & hoc ſi quod aliud Papis formidandum. Sed dicam plane quid hoc ſit, quod Regem aut Reginam Sueciæ, vel regnum non appellet Papa, quia nimirum pro illegitimo habent Papæ, quod iſti in Suecia regnant. Quod doceo ex libro, qui inſcribitur: *Provinciale omnium Eccleſiarum*, quod ex Cancellaria Apoſtolica excerptum, & citatum Azorio, *Inſtit. moral. part.* II. *lib.* XI. *cap.* V. ubi hæc. *Rex Suetię. Suetia ſeptentrionalis provincia eſt, cujus regnum jure pertinet ad Sigiſmundum catholicum regem, nunc in Polonia regnantem*, Quæ quomodo Succi à judicio Papali vindicaturi ſint, equidem illis relinquo. Ecce habent illuſtre argumentum, inquo ſe jam pacis ęque, ac pridem belli arbitros oſtendere poſſunt, & unum, qui ſupereſt, Papam prò merito exagitare, & conſtringere, ut belli olim cauſam, ita nunc & aſſiduo hoſtem pacis unicum & maximum. Hæc illis, &

Principibus Chriſtianis reſtat gloria, compeſcere hominem, qui Chriſtianorum damnis inhiat ſemper & exitio. Sueci autem imprimis hoc Papæ debent, videlicet pro cenſu, quem ſuper omnes illos ſe habere, tributario ſcilicet Romanæ ſedi iſto quoque regno, Pontifices & Pontificum adulatores ſcribunt. Imo rependant Papæ, & cum egregio fœnore, quod cenſus ei debent, quodq; meretur; quod erit, pro Bullâ Bella, ut dum, pacem non fert in aliis neque ulla gaudeat apud ſe *Beatus qui prehendet, & diſsipabit parvulos tuos ad petram.* Pſalm. CXXXVII. 9. Et Apoc. XVIII. 6. *Reddite ei ſicut & ipſa reddidit vobis, & duplicate ei duplum ſecundum opera ejus.* Hoc Suecus agat, hoc Gallus, hoc Imperator denique, & ſic demum paci ſua conſtabit firmitas, orbi Chriſtiano, & ipſis libertas ſua, & gloria, & ſalus.

AD-

ADDENDA.

PAG 24. citatis in principio, adjunge Dantem Aligerium, lib. *de Monarchia.* extat in Sylloge Scardii.

Pag. 40. lin. antepenult. Legantur in eandem rem Dantes Aligerius, *de Monarchia.* Lupoldus de Babenberg, lib. *de juribus regni & Imp. Rom. cap.* V. VI. VIII. IX *lib.* III. Nicol. Cuſanus de *Concord*, *Cathol. cap.* IV. Iuſtus Sinolt, *De Vicariis Imperii horumque poteſtate*, §. 39. 40. extat in Nucleo Diſcurſuum Hampelii. Ibidemque, Michael Schiferer, *de origine & poteſtate Modernorum Electorum* §. 49. *& ſeq.* Auctor Anonymus, *de Tranſlat. Imperii. cap.* VI. apud Goldaſtum, Politic. Imperial. Tom IX. Carpzovius, *ad legem Regiam Germ. cap.* II. *ſect.* VI. VII.

Pag. 41. hoc quidem numero, non vero recte ſignata: lin. pen. Scioppius, in *Conſil. Reg. pag.* 44. 45. multus eſt in titulo Catholici, Regi ſuo appropriando, & præferendo alteri, qui Regum Galliæ eſt, Chriſtianiſſimi: cui præter Theodoſium Berenicum, in *Tuba Pacis, pag.* 47. contra Scioppii Claſſicum ſacrum; opponendæ *Vindiciæ Gallicæ*, adverſus Alexandrum Patricium §. VI. *pag.* 61. & deinceps, atque *p.* 126. quibus primum Clodoveum à Remigio Rhemenſi epiſcopo, illo titulo Chriſtianiſſimi inſignitum; ut & alios Galliæ Reges ab aliis titulo Catholico, aſſerit. Et utrumque titulum Francis Regibus à Pontificiâ ſede tributum, ſcribit etiam Renatus Choppinus, *lib.* II. *de ſacra polit. tit.* 3. *p.* 287. Diſtinguo inter titulorum illorum *adſcriptionem*, quando aliquibus hic vel ille tribuitur; & *appropriationem*, ubi alicui proprius quaſi factus diſcrimen & diſtinctionem inducit. A primo tempore, quo vel Galliæ Rex Chriſtianiſſimus audiit, vel Hiſpanus Catholicus, ſume in Recaredo, uti illud in Clodoveo, diſtinctionē hos titulos feciſſe nulli facile perſuaſeris: ſed nec Pontificibus Romanis id tribuero, quod titulorum hæc,

quæ nunc obtinet approbatio vel diſtinctio ab illis veniat; ſed uſu & longa conſuetudine, & per ipſos magis Reges, vel per eorum arbitrium & ſtudium illud accidiſſe reor, quam per Papas, quos ex antiqua ambitione ſibi ſcimus attribuere perperam rerum quarumcunque fere inſtitutionem, & auctoritatem.

Pag. 42. poſt lin. 21. In Concilio Tridentino vehementer illa inter Gallos, & Hiſpanos, de præcedentia agitabatur contentio: non ſolùm illis primum à Legato Imperatoris locum petentibus, ſed & nolentibus, ut Orator Hiſpani Regis alio quo ſingulari ab illis loco ſederet, ſed ordine poſt eos: aliter ſe proteſtari, non adverſum Legatos, aut Philippum Regem, aut Concilium, aut Eccleſiam Romanam; ſed adverſus ipſum Papam Pium IV. non pro legitimo illum habentes Papâ, & provocare ſe ad Concilium aliud liberum, in Gallia cogendum. Vbi illud facetum accidit, quod quando adverſus Gallici. Oratoris expoſtulationem diceretur, cum ſcommate: Gallus cantat. hic concinnè protinus reſponderit: *Vtinam iſto gallicinio Petrus ad reſipiſcentiam & fletum excitaretur!* Illaque cauſa poſtmodum Gallis fuit præter alias, quo minus Concilium Tridentinum in regno & Eccleſiis Gallicanis, vel ejus publicatio admiſſa fuerit. Sed præterquam quod iterum illa diſputatio inter utriuſque Regni Legatos erupit a. CIↃ IↃ XCVIII in conventu Vervinenſi, prima iſtius occaſio data fuit Venetiis a. CIↃ IↃ LVII. poſtquam Carolus V. ſe abdicarat regnis ſuis, & Imperio, eaque ſic diviſerat, ut non idem eſſet Hiſpaniæ Rex & Imperator; atq; tum apud Venetos Legatus Vargas, qui fuerat Caroli antea, jam Philippi Regis, tacite conabatur quaſi eandem, quam prius, perſonam ageret, Legato Gallico ſe præferre: quo hic ferendum non duxit, quia non Imperatori nunc, ut antea, ſed Hiſpaniæ Regi cedere videretur: atque uti injuſtum ille judicabat, ita pro ſe ſententiam Senatus ſuper ea re annô ſequente CIↃ IↃ LVIII. obtinuit. Atque utcumque Imperatori quidem locum cedere Gallus haud recu-

cu-

culet, attamen non domui ideo Auſtriacæ, quia dignitas Imperialis electiva, hoc ſe facere, vel ei hoc deberi exiſtimat: & an Regi Romanorum, diſputatum etiam in Concilio Tridentino ab Antonio Quetta fuiſſe, & ab aliis examinari, ſupra diximus. Certe ad portam Ottomannicam, à tempore Henrici IV Galliarum Regis, ſibi etiam ſupra Legatum Imp. Rudolphi datam præcedentiam ſcripſit in Hiſtoriâ Legationis ſuæ Dominus de Breves. Diſputat Azorius, Lorcitanus, Ieſuita *Inſtitut. Moral. Tom.* II. *lib.* XI. *cap.* V. de Regum præcedentia, & poſtquam ex Chaſſanæo argumenta attuliſſet pro Rege Francorum, concludit: *ſi ordo ex antiquitate temporis exiſtit, ac pendet, non eſt dubium, quin Rex Francorum ſit omnium primus.* Quem Scioppio objicio, qui *Conſil. Regio pag.* 43. contrarium temerè aſſerit, & Reges Hiſpaniæ multo prius Chriſtianos fuiſſe, quam Franciæ Reges, dicit. Poſtremo adde, quod in libro, *tit. Provinciale omnium Eccleſiarum,* ex Cancellaria Apoſtolica excerpto, cujus Azorius meminit, in initio capitis primo loco ponitur Rex Francorum, inde Rex Legionis, & Caſtellæ.

Pag. 50. lin 5. addantur Lupoldus de Babenberg (extat in Bibliotheca Patrum, ultimæ editionis; & in Sylloge Hiſtorica Scardii) *cap* V. Gretſerus, *de munificentia Principum, in Sedem Apoſtolicam, pag.* 17. 47. & deinceps. Azorius, Tom. II. lib. XI. cap. V. Franciſcus Hottomanus, lib. *Brutum Fulmen Sixti V. cap.* IX.

Pag. 57. *lin.* 8. Vide *Taxam Epiſcoporum Franciæ*; quæ extat Volumine XIV. Tractatuum juris.

Pag. 61. *lin.* 20. Quæ de Wiclephi, & Huſſi ſententia à me adducta, non huc ſolum ſpectant, quod ab Eccleſiaſticis abutentibus auferendas docent opes, ſed vel imprimis quod nolint ideo ablatas, promiſcuè quo quis velit impendi; verum in uſus Eccleſiæ.

Pag. 59. *lin.* 10. Certe ſub Papatu, bona etiam donata Eccleſiæ fuiſſe purè, id eſt, non ad Papalem ſuperſtionem, ſed Eccleſiæ ad Chriſti ædificationem, & uſum, vel pauperibus

Digitized by Google

&c. nemo negare poteſt, qui vel Eccleſiæ ſtatum, vel diplomata, & Doctorum hac ſuper re teſtimonia, quæ nos ſuo loco adferimus, inſpexerit. Neque neceſſe eſt, ut nos oſtendamus, data illa fuiſſe Eccleſiæ à Papali fermento defæcatæ, quando nondum ſeceſſionem à Papatu, vel non ita generalem fecerat Chriſti Eccleſia, quam tamen etiam ſub Papatu fuiſſe nemo Orthodoxus negat. Sufficit, non ita ab omnibus Papatum agnitum, acceptum, profeſſumque fuiſſe, vel non æque, quin puro animo etiam donaria ſua Chriſto, Eccleſiæ, pauperibus (utut alii impurius, id eſt, magis ſuperſtitioſo animo & fine) illa attulerint. Cæterum Papalem Eccleſiam, ut talem (ſub qua alios probos latuiſſe diffiteri non poſſumus), ſive ut Calvinus loquitur, totam illam Romanenſis Eccleſiæ congeriem, ex impoſturis, & furtis &c. conflatam eſſe, quis eſt qui neſciat? at vero ideo non præter illam fuiſſe quoque & alios melioris notę homines, vel non data etiam ſub Papatu bona, quę verè Eccleſiaſtica jure dixeris, non Calvinus unquam negavit, qui quantum etiam pro bonis illis Eccleſię, cui data in uſus Eccleſiaſticos, vindicandis clamaverit, ipſum ſuo loco teſtantem audimus. *Hoc primum quæritur*, inquit Idem ad Bullam P. Pauli III. *in quem uſum deſtinata ſint Eccleſia bona.* Sic & Eccleſię bona hic agnoſcit, & de uſu laborat ſolum, ut in eum impendantur, in quem data olim fuerint, uſum videlicet Eccleſiæ. Neque aliter nos volumus, verbo ut omnia comprehendam, quam ut diplomata Eccleſiaſticarum donationum introſpiciantur, atque ex illis de hac tota re definiatur, quibus ſolis ſtare paratus ſum, aut cadere. Atque ne mirum tibi videatur (alloquor Auctorem Scripti nuperi, *Diſſertat. de Bonis vulgo Eccleſiaſt.*) ſub Papatu fuiſſe adeo etiam liberos à Papatu nonnullos, in conſignandis ſuis bonis Eccleſiæ Chriſti, vel pauperibus; exemplum dabo quod magis adhuc mirum tibi videatur, in maxima Papatus dominatione, quum Monachales certatim erigerentur ordines, etiam tum in Diplomatis nonnunquam haud ullam fieri Miſſę tamen mentionem, quamvis

de canticis & lectionibus Eccleſiaſticis quędam pręciperent. Tumultuaberis tu, quando dicitur, donaria quædam ſub Papatu fuiſſe ſimpliciter Eccleſiaſtica, ubi hęc audis de tabulis erectorum Monaſteriorum, ordinumque Monachalium, & velis à nobis credi vix factam olim donationem; quę non Miſſaticâ ſuperſtitione laboraret? & tamen id quod dico, apud Helvetios ſic ſe deprehendiſſe auctor eſt Zuinglius, cujus verba, ne in me temere incurras, hic tibi ſubjicio. Sic ille, Operum Tom. 1. in Exegeſi Euchariſtici negotii, ad M. Lutherum, pag. 333. *Inſtrumenta habet Collegium noſtrum Tigurinum annos nata plus ſeptingentos, in quibus nulla miſſa ſit mentio. Ordinis Benedictini ac Bernhardini monachi paſſim inter Helveticos ſic ſunt inſtituti, ut corporis dominici aut miſſæ nulla fiat mentio in Diplomatis eorum: etiamſi quidam intra trecentos annos inſtituti ſunt. Atque hæc omnia ſimiliaque ſi perpetuo rejicitis, vera tamen ſunt, & potiora veſtris omnibus.* Deinde iterum, in Sermone primo Bernæ habito. pag. 533. *Accedunt his infinita aliæ conjecturæ & ſigna, quæ noſtris in religionibus palam idem illud docere poſſunt. Tale enim quiddam eſt, quod omnia inſtrumenta vel fundatoriæ collegiorum aut monaſteriorum tabulæ vetuſtiores, quæ vel ante trecentos duntaxat annos deſcriptæ ſunt, nullam omnino Miſſarum mentionem faciunt, etiamſi de canticis & lectionibus eccleſiaſticis quædam illis contineantur.*

Pag. 209. lin. 27. Iohannes Nordermannus, de Iure Principatus ad Concluſ. 90. Res enim Eccleſiarum, Chriſti „ſunt patrimonium *c. cum ex eo, de Elect. 6.* Et quæ ad pias „cauſas ſunt collatæ, non debent alio transferri, *l. ſi quis, C. de* „*Epiſc. & Cler. l. illud. l. ſancimus. ut inter divinum. C. de S. Eccleſ.* „*arg. Matt. h. 26. 11. c. mos eſt, c. aurum, 12. q. 2. c. præſulum, 16.* „*q. 3. Lact. c. 7. de offic. Dei.* Summum eſt peccatum, ſi ea quæ „ſemel Deo ſunt conſecrata, in uſū tranferantur profanum: „erant Eccleſiæ ſeminaria, jam vero ad illicitos uſus, & ejus „bona à Monachis malé utentibus transferuntur ad malé feriatos milites, qui luſu, luxuria, libidine, & omnis generis „voluptatibus illa conſumunt. Piiſſimi noſtri majores illa ad bo-

„bonum uſum voluerunt conceſſa, non vero luxuriam & ab-
„uſum. Eratque finis illorum gloria Dei, & proximi dile-
„ctio, quę non in abuſu, ſed vero conſiſtunt uſu. Ceſſante i-
„gitur fine (qui omnium actionum eſt terminus, & ad per-
„fectionem rei requitur) & diſpoſitionis cauſa, ceſſabit quo-
„que & diſpoſitio, *l.* 1. *&* 2. *C. de donat. quæ ſuc. mod. l. ult. C. de*
„*revocand. donat. c. verum, in fi. extr. de condit. appoſ. & ibi. gloſſ.*
„*Molin. art.* 83. *de Trid. Concil.* Rectè igitur fit & ad fundato-
„rum intentionem propius accedit, ſi ad alias pias cauſas, pu-
„ta, redemtionem captivorum, dotes filiarum pauperum, ſu-
„ſtentationem egenorum, reparationes Eccleſiarum, & ſimi-
„lia conferantur. Sic fortiſſimus Germaniæ Heros, Philip-
„pus, Haſſiæ Landgravius, fugatis otioſis ac libidini deditis
„Monachis, eorum ditiſſima Monaſteria mutavit in vidua-
„rum, orphanorum variis modis afflictorum, mente capto-
„rum & furioſorum utriuſque ſexus receptacula, in quibus
„non ſolum aluntur & curantur, ſed ad omnem etiam pieta-
„tem inſtituuntur. Reliqua vero in Scholas, & Eccleſiæ pu-
„rioris miniſtros contulit. Sic Darius non ſolum abſtulit ci-
„bum Baalitis, cum animadverteret abuſum & dolum eo-
„rum: ſed etiam altaria & delubra deſtruxit, & perfidos ne-
„ci dedit. *c.* 14. *Danielis.* Rejicimus igitur decretum Triden-
„tini Concilii, quod poteſtatem concedit Clericis partem re-
„dituum Xenedochiorum capere, & quoque de decimis Lai-
„corum. *Molin. artic.* 43. *&* 82. *de Trid. Concil.* Eſt in Nucleo
Diſcurſuum, ſeu Diſputationum juris publici Hampelii. Simi-
liter Petrus Syringius, *Diſſert. de Pace religionis §.* 38. ibidem
pag. 118. Iuſtus Mejerus, I. C. Argentinenſis, in Iuris publi-
ci Quæſtione: ſintne *Proteſtantes jure Cæſareo hæretici, & ulti-
mo ſupplicio afficiendi?* contra Claſſicum Scioppii, ita loquitur.

„*Pag.* 77. *Quid, quod* & hęc ultro ſeſe ipſis offerant, quam-
„vis à nemine ſubjiciantur: quod ea quæ Præſules & Clerici
„per Imperium poſſident regna, territoria, latifundia, ſi qui-
„dem honori Numinis divini cultuique religioſo primitus
„ſint olim conſecrata: jam uſui ſuo veręque pietati ſint re-
„ducenda, vel ſi ex ſuperſtitione & errore ſuperiorum

ſe-

„ſeculorum ſint Papiſticæ impietatis vanitati dedicata vin-
„dicanda & liberanda, & expurganda ſint ab omni impie-
„tate Papiſtica, veroque Chriſtianorum cultui, & orbis Chri-
„ſtiani neceſſitatibus adſerenda. & quæ ſequuntur.

Pag.166. lin.19. Duplicem fere adhibuerunt in ſuis Teſtamentis piis, quo ea obſervarentur, adverſus profanatores comminationem, irę divinæ primum, & pœnarum infernalium; tum corporalem, & tantę ac abſtuliſſent, vel majoris mulctæ perſolutionem Fiſco. In Donatione Cancronis Comitis, in pago Rhenenſi a.DCC.LXXIV. *Si quis vero (quod futurum eſſe minime credimus) ſi nos ipſi aut ullus de hæredibus noſtris, ſeu qualibet ulla extranea oppoſita perſona contra hanc donationem à nobis factam venire tentaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, caveat ne iram Dei omnipotentis acquirat, & inſuper inferat una cum ſocio fiſco auri libras* III, *argenti* V. *multam ſuſtineat, & quod repetit evindicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & inviolabilis permaneat, ſtipulatione, ſubnixa* Alias, ſin minus bene teſtamenta illorum pia ſervarentur, inſtituebant hęredes ſuos ad bona repoſcenda. In Donatione Antridi Comitis Palatini, a.CIↃCCCLXII. *Quod ſi factum fuerit, hæredes mei illud inde abſtrahere licentiam habeant, atque inter ſe diſpertiri.* Apud Marquardum Freherum, in Originibus Palatinis, in Vtrique partis appendice, ubi varia ejuſmodi monumenta.

Pag.173. lin.30. adde Iohannem Limnęum, *de jure publico Imperii Romani lib*.I.*cap*.XIII. Ioh. Nordermannum, *de jure Principatus, Concluſ*.28.29.30. Petrum Syringium vel Iuſtum Springerum, quo nomine primum prodiit, Diſſertat. *de pace religionis*. Theodoſium Berenicum, lib. Tuba pacis, adverſus Scioppium, pag.76. &c. Carpzovium, *ad l. Regiam cap*.III. *ſect*.V.

Pag.196. lin.25. Agnoſcit hoc ipſe Cardinalis Bentivoglius, in *Relatione delle Provincie Vnite di Fiandra lib*.III.*cap*.III. ubi hæc ejus verba diligenter noto, & quia intellectu facilia, ſuo ſermone; loquitur de Papiſtis in Hollandia: *Ma i Cattolici vivono d'eſercitio tutto rubbato in materia di religione, e reſtano*

Digitized by Google

molto abbatuti ſimilmente nelle altre coſe;e non tanto per eſſer Cattolici, quanto par eſſer tenuti o ben diſpoſti, o non coſi male affetti verſo gli Spangnoli, come ſono gli heretici di quelle parti.

*Pag.*205.lin.21. Ejuſdem Scioppii liber, *Ecclesiasticus, authoritati Sereniſſimi Domini Iacobi magnæ Britanniæ Regis oppoſitus,* ubi non hunc ſolum Regem, ſed & alios indigne & improbe tractat, Regem quoque Galliæ Henricum IV. cui adaptat cap. III. illud Pſalmiſtæ: *ecce homo qui non poſuit Deum adjutorium ſuum,* Pariſiis a. cIↄ Iↄ CXII. condemnatus publice & combuſtus fuit.

ERRATA

Inter Errata, quæ pluria (fateor) intercurrunt, hoc ſilentio prætereundum non fuit, quod eſt pag. 168. *lin.* 29. Calvinorum dicam) Turſin: *pro quibus lege* Calvino-Turciſmum dicam) *Cætera corriget prudens & æquus Lector.*

FINIS.

Digitized by Google